simile. In hoc nomine ille nō petit qui cōtra dei dispositionē z cōtra suā vel aliorū salutē petit. immovero qui taliter petit contra hoc nomen eū petere dubium nō est. Vere ergo propte dictus est iesus: q nō nisi in hoc solo nomine salutē obtinere possumus. Unde
Jo. viij. de se ipso dicit. Ego sum alpha z o. principiū et finis. Quia sicut per verbū eternaliter dictū omnia producuntur: sic per verbū carni vnitū reparantur: promouentur z finiuntur.
D Sāguinem hodie fundere cepit, Scōm quod hodie factum est: q cepit hodie dns iesus suum sacratissimū sanguinem pro nobis fundere: cū ipsius caro cultello iciderētur lapideo. Tempestiue cepit pati pro nobis: z qui peccatum nō fecit penam hodie portare incepit pro peccatis nostris. Nō solum enim in virili: sed etiā in infantili etate sanguinem suum pro nobis voluit fundere.
Plorauit z mr eius. Plorauit autem puer Jesus hodie propter dolorem quem in carne sensit: nam verā carnem et passibilem sicut ceteri homines habuit. Sed eo plorante credis ne q mater potuerit lachrymas continere? Plorauit ergo z ipsa. Compatere et tu sibi z plora etiam cuz eo: quia hodie ipse fortiter plorauit. Nam in solennitatibus istis multum gaudere debemus propter salutem nostram quam que fiuit: sed multum compati z dolere propter suas angustias quas pro nobis sustinuit. Multum etiam ex hoc ammirari debemus ad tolerandum penas pro peccatis proprijs cū cernimus ipsum tantas tolerasse p alienis. vnde Ber. Quis nō erubescat refugere
Bern. multo minores penas pro peccatis suis cuz nouerit xpm tanta pertulisse non pro suis sed alienis? Et sciendum q sex vicibus fudit sanguinem suum pro nobis. Primo in circumcisione et hoc fuit nostre redemptionis initium. Scōo in oratione z hoc fuit nostre redemptionis desiderium. Tertio in flagellatione: z quarto in coronatiōe: z hoc fuit nostre redemptionis meritū q liuore eius sanati sumus. Quinto in crucifixione: et hoc
1. Pet. ij. Ps. ix. xxxiij. fuit nostre redēptionis precij: tunc em q nō rapuit exoluebat. Sexto in literis apertnōe z hoc fuit nostre redemptionis sacramentū per qō figurauit nos per aquam baptisma tis debere mundari qui quidem baptismus habiturus erat efficaciam a sanguine xpi. Per primū docemur nos spiritualiter circūcidere z peccata abūcere. Per scōz mētis angustiā p salute nostra sustinere. Per tertiuz carnē nostrā domare. Per quartū aiaz nraz virtutibus ornare. Per quintū membra nra mandatis dei ligare. Per sextū vulneratuz cor in charitate dei habere. Uides ergo quotiens xps suū fudit sanguinē ppter nostram redēptionē. vbi sunt nostre lachryme: vbi gemitus: vbi fletus: vbi gratiarū actiones pro tam copiosa sanguinis effusiōe? Uenite adoremus z procidamus ante eū. ploremus ante dnm qui fecit nos: z tam copiose redemit.
Bern. vt em ait Ber. Suffecisset ad redēptionē oris vna preciosissimi sanguinis gutta. sz data est copia. vt in bnficij recordatione ?tus diligentis clarescceret. copiosa em apud euz ps. cxxix redēptio. Ut aūt dictum est ritus z religio circuncisionis ab abrāā sumpsit exordiū: q primus vnius dei cōfessus est fidē z in signū huius prio accepit circuncisionē q fuit signū distinguens fideles ab infidelibus. Credēs F em abrāā adhuc in prepucio positus: filiū se habiturū quē deus ei promisit: huius rei signum circuncisionē accepit vt q credēs iustificatus sit cerneret. Fuit ergo data z instituta Circuncisio cur istituta circuncisio. Primū propter meritū fidei abrae: vt sicut fidē distabat a nationib9 ceteris: sic distaret etiā signo circūcisiōis. Itē vt ppls q ex eadē pgenie nascitur9 erat p circuncisiōis signū peculiaris deo agnosceret: z ab alijs nationib9 discerneret ac semē ei9 q credens deo hoc ipm acceperat esse sciretur. Itē vt si q ex eodē populo i plio corruisset hoc signo circūcisionis inter gentes cogniti: q de stirpe sancta descēderāt: sepulture traderent. Et ideo in heremo nō circūcidebāt vbi soli sine gentibus cōuersabant. Item in remediū peccati originalis z ad repressionē cōcupiscētie carnalis. Data est etiā circuncisio in pparationē susceptionis fidei: q circūcisio est quedā pfessio mosayce legis fuāde sicut z baptism9 est pfessio legis euāgelice: z p pfessionē illā disponebāt ad istā. Circūcisio igit pteriti tēporis mandatū fuit: z signū
Petrinis cultris fiebat circūcisio. Circūcidi voluit xps ob multa. pmissi xpi quā vsq ad xpm oportuit autoritatē habere: vt tandiu curreret donec nasceretur pmissus abrae quo nato z promissiōe impleta oportuit circuncisionē z signū pmissionis cessare. Unde fiebat cultris petrinis: q petra erat christus. Uoluit aūt xps circūcidi ex causis plurib9 tāz si esset legi subiectus. Prio vt oīderet se esse de gne abrae qui circuncisionis mandatū accepit: z cui de christo repromissio facta est. Secundo vt patribus assimilat9 iudeis satisfaceret: ac scādalū z omnē excusationē in se nō credendi: z eum nō recipiendi ipsis auferret. Tertio vt legē veterē et circūcisionē quā deus instituerat approbaret: ac eā sanctā iustā z bonam fuisse monstraret. Quarto vt obedientie et humilitatis virtutem nobis suo cōmendaret exemplo preceptū legis (cui tamē subiectus nō erat) obseruando. Quinto vt legem quam dedit: alijs etiā ipse impleret: z qui in similitudine carnis peccati nō autem in carne peccati venerat remediū quo caro peccati mundari cōsueuerat nō respueret. Sexto vt legis onus in se sustinens alios a legis onere quod portare nequiuerāt liberaret: quia factus est sub lege: vt eos qui sub lege

erant redimeret Septimo vt pro nobis sanguinē suū nō solū i ętate virili sed etiā in infantia funderet: z tempestiue pati inciperet. Octauo vt in se ꝟitatē carnis hūane ostenderet: z hereticos q̄ dixerūt eū nō verū corp⁹ sed fantasticū habuisse cōfunderet. Nono vt castitatē q̄ a circūcisione actus illi⁹ membri est cōmendaret: z cōcupiscentiā carnalez reprobaret. Decimo vt in ipso carnalis circūcisio finē z spūal' exordiū haberet z nos fore spūaliter circūcidādos demonstraret: vt em̄ apl's ait. Finis legis xp̄s ad iustitiaz omni credēti. Hodierno itaq; die cessat circūcisio: habemus p ea baptismum qui est maioris gr̄e z minoris pene: nam gratia baptismi supueniens carnis circūcisionez euacuauit: quēadmodum fructu aduenięte flores decidūt et marcescūt. vnde Grego. Quod apud nos valet aqua baptismatis hoc egit apud veteres vel p paruulis sola fides vel p maiorib⁹ virtus sacrificij: vel p his qui ex ipsius stirpe abrae p dierūt misterium circūcisionis. Et ꝟm Bedā idem auxiliuz curatiōis in lege circūcisio cōtra originalis peccati vuln⁹ p̄stitit qō nūc baptismus tempore gratie cōfert nisi qō introitus in regnum nōdum patebat circūcisis vt modo baptizatis. At ꝟo non solum baptizamus hoc facit: sed etiam passionis adiūctio que si circūcisioni adiuncta esset: z similiter ibi fieret: ideo autē in carne prepucij fiebat circūcisio: quia in parte illa magis concupiscentia dn̄atur per quā originale pctm̄ ppagat. Ubi ergo via peccati est ibi apte signabatur peccati remedium. Significat autem per circūcisionē carnis circūcisio mētis qua mundatur anima a vitijs: z ideo debemus circūcisionem spūalem in omnibus intus et extra habere: z ex omni parte spiritualiter vitijs circūcisi esse. Circūcisus em̄ xp̄s est: vt omnia peccatorum vitiorūq; supflua hoiem abscindere a se debere doceret. vñ ꝟm Bern̄. Duplex est circuncisio que a nobis fieri debet. s. interior z exterior: exteriorē cōsistit: scilicet in habitu ne sit notabilis: in actu ne sit reprehensibilis z in sermone ne sit cōtēptibilis. Interior similiter in tribus cōsistit scz in cogitatiōe vt sit sancta: in affectione vt sit pura. in intētione vt sit recta. hec Bern̄. Debemus igit̄ esse circūcisi corde a cogitationib⁹ noxijs z imūdis: a iudicijs falsis z temerarijs ab intētionib⁹ z volūtatibus iniquis: vt coram deo ptimescam⁹ versare in corde qō coram hoibus erubescere mus dicere vel facere: q̄ que dicta vel facta hoibus: hec sunt cogitatiōes deo. Debemus quoq; esse circūcisi lingua a verbis turpibus: detractorijs: mendosis: ociosis z supfluis: q̄ de oi ꝟbo ocioso (etiā ignoraēter plato sicut z de cogitatōe minutissima) reddēda est rō in die iudicij. Debemus etiā esse circūcisi oibus sensib⁹ z mēbris corpis nostri a phibitis z illicitis a voluptuosis z supfluis oib⁹ abstinēdo z nō solū a pctō: sz z ab omni occasiōe peccati nos subtrahēdo: q̄ nisi quis occasionē pcti vitauerit vix pctm̄ declinabit. Tali circūcisione oia vitia z pctā tollunt z excludunt. Uñ z octauo die circūcisio merito fiebat in qua z vltima resurrectio fiet q̄n mēbris oib⁹ circūcisis. i. vitijs z pctis abscisis totus ex integro innouatus oiq; supfluitate mūdat⁹ hō ad immortalitatē resurget. Octaua dies ipa est q̄ z prima. In hac em̄ mūd⁹ cepit xp̄s resurrexit: in hac vna z vniuersalis resurrectio erit. Sex etem̄ sunt hui⁹ seculi etates i q̄b⁹ p deo laborib⁹ isistere: z p adipiscēda sempiterna requie ad tp̄s opari necesse est. Septima etas nō in hac: sz in alia vita q̄escētiū vsq; ad tp̄s resurrectiōis oim. Octaua aūt etas ipsa est dies resurrectiōis sine vllo tpis fine beata. Tūc aūt nō solū circūcisi: sz oibus ab eis pec catis abscisis mūdi z immaculati eternum nomē sci suscipiēt z hereditatē. Qui g̃ mala z vana cogitare vel loqui aut facere nō appetit iste iteri⁹ z exteri⁹ pfecte circūcisus est. Parū aūt pdest circūcisum esse ex pte vna z nō ex alia: vt em̄ ait Pius papa. Nihil prodest homini ieunare z orare z alia religionis bona agere nisi mēs ab iniquitate z ab obtrectationib⁹ lingua phibeat. Nihil q̄dē pdest. s. q̄tum ad vitā eternā: pdest em̄ q̄tū ad tpalia. vñ z Beda. Nemo sane cū circūcisionē p̄dicari audierit: vnius solum mēbri ab oib⁹ q̄tinētiā autumet imperari quasi vel a fore nicatiōe tm̄ abstinētē vel licito matrimonio tēperāter vtētē vel ꝟginitate gloriosum existere absq; aliarū ꝟtutū adiectiōe sufficiat z nō oim pot⁹ quos corde vel corpe gestam⁹ sensuū castigationē p̄cipi. Ille itaq; vera circūciliōe mūdat⁹ est q̄ obturat aures suas ne audiat sanguinē z claudit oculos suos ne videat malū q̄ custodit vias suas ne deliquat in lingua sua: z attēdit sibi ne grauet cor ei⁹ in crapula z ebrietate: q̄ lauat iter innocētes manus suas: z ab omni via mala phibet pedes suos: q̄ sup oia castigat corp⁹ suū z seruituti subijcit omniq; custodia seruat suū cor: qm̄ ex ipso vita pcedit. Sz z ipa bona actio sua q̄ i abscōdito ē circūciliōe nō min⁹ idiget vtiq; ieiunio oro: elemosynā facio g'tiaz itrinsecus querā. Quapropt̄ z apl's abscōditam corde circūcisionē sedulo mēdat cui laus nō ex hoib⁹ sz ex deo est. hec Beda. Debemus g̃ oē pctm̄ int⁹ z extra vitare: et ex oi pte spūaliter circūcisi esse. Totiēs etiā hō circūcidit: quotiēs post pctm̄ ad penitētiā reuertit. Hāc lumina aūt circūcisionem p̄cedere oportet octo spūales illuminatiōes diuinaruz gr̃arū q̄ p. viij. cunctis dies intelligunt z sic octauo die circūcisio in nem mē aia celebrat: vez peccatoris ad deum conuertis pressio: peccati recognitio: cōtritio: cōfessio: satisfactiōes.

Ro. xj. Baptism⁹ euacuauit circuncisionem. Grego.

Beda.

Circuncisio cur in ꝓpucijs.

Circūcisio duplex nobis necessaria

Octaua die circūcisio e resurrectio.

Etates mundi.

Pius papa.

Beda

Esa. xxiij. Ibidem Ps. xxxiij. Luc. xxj Ps. xxv. Psal. cxviij. Prouer. iiij.

factio: peccati detestatio: in futurū cautio: et ex tunc octauo sequit̄ impij iustificatio: qua gr̄a infundit̄ z pctm̄ expellit̄ z i ipsa die octaua. s. in iustificatiōe impij celebrat̄ circūcisio in aia penitētis. Que quidē circūcisio nō est aliud ꝙ amputatio vitioꝝ q̄ hz fieri i cultello penitētie. Sicut em̄ in circūcisione corpali fit amputatio superflue carnis: sic in circūcisione spūali fit amputatio vitioꝝ z pctoꝝ q̄ sola sunt homini supflua. oia em̄ alia creata i homine sunt valde bona. Et nisi ista circūcisio fiat i aia ipsa est filia pditiōis ſm illud Gen. xvij. Masculus cui⁹ ꝓpucij caro circūcisa nō fuerit pibit de pp̄lo suo. ¶ Itē isti octo dies sūt viij. illuminatiōes spūs septiformis i septē ꝟtutib⁹ p̄ncipalib⁹: cū pseuerātia finali q̄ est octauo. Et qz nisi p xp̄m pctā nō tollunt ipse est em̄ agnus dei q̄ tollit pctā mūdi: nō (vt dictū est) circūcisio cultrꝫ fiebat petrinis: qz petra erat xp̄s. Hec illa iudeoꝝ circūcisio sign̄t: z sine hac significatiōe iutilis est. Et iō xp̄s circūcisus ē vt circūcisiōis significationē nobis cōmēdaret. Sicut em̄ nobis ē nat⁹: nob baptizat⁹ z passus: ita z nobis nō sibi est circūcisus. Spūalē ergo circūcisionē significatā p corpalē ꝟe studeam⁹ vt illā spūalē q̄ in octaua resurrectiōis in nobis futura est ab omni corruptiōe culpe z pene ꝓsequi mereamur. Tres itaq̄ ꝓstat esse circūcisiōes. vna ē sacramētū scz circūcisio q̄ est i corpe. due ꝟo sunt res illius sacramēti: vcz circūcisio a peccato q̄ quotidie est in aia: ac circūcisio a peccatoꝝ ab omni pena peccati: que in resurrectione erit in anima z in corpore. Oratio.

Señ. xvij.

Johā. j.

Christ⁹ nob nō sibi circūcisus.

Circūcisiōes; tri plices.



O Jesu clemēs q̄ de ꝟgine natus sub lege circūcidi voluisti: circūcide iesu misericors cogitatiōes: ꝟba et opa serui tui: vt nil tue volūtati ꝟsū cogitādo loquēdo opādo pagā z in sensu sit mihi cogitatus dei: z ois narratio mea in p̄cept̄ altissimi z i opib⁹ mādatoꝝ tuoꝝ dirigāt oēs act⁹ mei. Ecce dñs cora te sunt cor meū lingua mea sensus: z mēbra conāt q̄dē sz p se nō possunt. Fac tu qđ ipsa nō possunt: z pfice in bonis desiderū mei pctōris q̄ consueuisti desiderium suū dare iustis. Amen.

¶ De apparitione dñi. Capi. xj.

A Mat. ij. Nume. xxiij.



Tertiadecia ꝟo die puer iesus manifestauit se gentibus. i. magis q̄ erāt gētiles. Prophet atuz quippe seu vaticinatū fuerat p Balaam pphetā gentiliuz q̄ oriretur stella ex iacob et cōsurgeret homo de israel vbi ostenditur q̄ ortus noue stelle apparentis erat signum xp̄i nascētis. Isti ergo videntes nouā stellam cognouerūt p inspirationē diuinā q̄ illa erat que per balaam p̄dicta fuerat: z ideo statim mouerunt se de locis suis: vt ad venerādum puerum natū venirēt. Isti a balaam genus duxerant z nō minus fidei ꝙ generis successores z heredes erāt. vnde nō a magica arte sed a magnitudine scientie vocati sunt magi: quasi in sapientia magni z erāt in scientia astroꝝ periti quos em̄ hebrei scribas: greci philosophos: latini sapientes: hos pse magos appellāt. Et ideo erant magi nō maleficī: sed sapientes p̄mitie fidei nostre. Qui iō etiaz reges dicti sunt: qr illo tpe philosophi z sapientes regnare cōsueuerunt. Unde de antiquoꝝ temporum felicitate Seneca sic dicit. Summa felicitas erat gentilium in quibus nō poterat potētior esse nisi melior. Illo ergo seculo qđ aureuz perhibet officiū erat imperare nō regnum. Parum erat regi sine arte z difficultate sibi inuenire aliquod receptaculum. Unde de quodam philosopho tūc regēte statim subiungit. Dyogenes cynicus cum vidisset puerum caua manu aquam bibentem fregit p̄tinus exemptum e perula calicem hac obiurgatione sui. Quādiu homo stultus superuacuas sarcinas habuit Qui se complicuit in dolio z in eo cubitauit. hec Seneca. O q̄tuz distat inter rectores huius temporis z illius qr nūc oia q̄ illis contraria: scz diuitias: honores z delitias querunt: z ideo in futuro forte peius gentibus habebunt. [Et venerūt magi ab oriēte]. i. a partibus q̄ respectu hierusalez sunt versus oriētem: vt ſm Chrisō. Unde dies nascit̄ inde p̄cederet fidei initium: qr fides lumen est aiarum. z ſm Bern̄. Merito ab oriēte veniunt q̄ solem iustitie nouum nobis ortuz annūciāt: letisq̄ rumoribus totum mūdum illuminat. Uenerūt autem spāliter de finibus persarū medoꝝ: z chaldeoꝝ: vbi fluuius est saba: a quo z sabea regio illa dicit̄ iuxta quam est arabia vbi magi reges fuisse memorantur. Sunt autem due arabie. Una cōtermina et vicina iudee z respectu hierusalez ab oriēte: de qua vident̄ magi venisse. Alia ꝓtermina indie distās a hierusalem quasi vnius anni itinere: z de hac infra. xiij. dies nō poterant venire. vnde Remig. Sciēdum est q̄ aliqui solēt dicere q̄ puer qui tūc nat⁹ est in tā breui spatio temporis de vltimis finibus terre eos ad se perducere potuit: vel si fuerūt successores balaam regio istoꝝ nō longe distat a terra p̄missionis: idcirco in tam breui spatio temporis hierusalez venire potuerūt hec Remigius. Factum est autē vt visa stella quicquid per eam significabat̄ sanctis spiritus illustratione mox intelligeret. Christū igitur deum z hominem in stella querebant quem diuina inspiratione per stellam signi

Magoꝝ genus z denotatio.

Reges.

Seneca

Seneca de dyogene.

Cur ab oriente. Bern̄.

Arabie due.

Remigius de subito aduēt.

C Stella a magis visa ab alijs differt.

ficari intelligebant. Ista stella differebat ab alijs multipliciter. Primo in substātia: quia aliarū stellarū materia est materie celestis et quinte essentie: hec aūt de substātia corruptibili fuit. Scdo quo ad eius principiū effectuū: qr alie stelle a deo p verbum create sunt nulla cooperāte natura sz ista ministerio angeli a verbo facta est. Tertio in duratione: qr alie a pncipio mūdi sunt pdite: z in eternū manebunt: ista xpo nato creata est: z postea esse desinit. Quarto in situ. qr alie sūt i celo: ista aūt nō fuit sita in firmamento: sz in aere nō longe a terra. Quinto in magnitudine qr fm ptholemeum quelibet stellarū firmamēti visibilis nobis maior est tota terra forte ista nō fuit vltra q̄titatē duorū vel triū cubitorū. Sexto in motu: qr alie mouent circulariter ab oriente in occidentem: hec aūt ferebat motu recto ab ortu in meridiē. Septimo in statu alie mouent motu continuo z nunq̄ stāt: ista aūt cū magis euntib⁹ ibat: z cū stātib⁹ z quiescentib⁹ q̄escebat. Octauo in vicissitudine apparitiōis z occultatiōis cū em̄ in trauerūt hierusalē occultauit se: deinde vbi herodē reliquerūt seipsaz mōstrauit. Nono in tpe: qr alie lucēt solū de nocte. Hec vero in meridie sole lucēte apparebat quā lux diurna nō impediebat: qr fm Chrisō. ipsos etiā solis radios ppria fulgore superabat. Decimo i significatiōe: qr alie signāt tēpoz z annorum distinctionē: ista vero significabat creatoris natiuitatē. Undecimo in effectu: qr alie habent efficaciā certā ad transmutationē istoz inferiorū. ista aūt nullū habuit effectū nisi q notauit natū saluatorē. Duodecio in ministerio. cetera em̄ astra creauit deus in ministeriū cunctis gentib⁹: hec aūt stella in ministeriū solius xpi est edita. Tredecimo in singularitate apparitiōis qr quelibet stella apparet oibus q̄ sunt in hemispherio ei⁹: sz ista visa est tm̄ trib⁹ magis. Quartodecimo i motore: qr alie stelle nō habēt motores ppios: ista aūt habuit motorē ppriū. s. angelū qui natiuitatē xpi pastorib⁹ nūciauit. Multa et magna hac die facta sunt p dōm iesum: z maxime circa ipsam ecclesiā. Primū est: qr ipsa hodie in psona magorū ab eo in spōsam est recepta: qr est ex gentib⁹ maxime cōgregata. Nā die natalis sui in psona pastorū iudeis apparuit de q̄b⁹ nō nisi pauci verbū dei receperūt. Hodie xo apparuit gētib⁹ q̄ ecclesiam impleuerūt qr in stelle fulgore dei gra: z in trib⁹ magis vocatio gentiū precessit. xpi em̄ magi pmitie gētiū fuerūt: z gētes in xpm credituras signauerūt. Un festū hodiernuz proprie est festum ecclesie z fidelium christianorum. Secūdū est: qr ecclesia hodie sancta est ab eo desponsata et eidē per baptismum vere coniuncta: quem tali die anno suo. xxx. recipere dignatus est. Et ideo letanter cantatur. Hodie celesti spōso iuncta est ecclesia: quoniā in iordane lauit xps eius crimina. Nā in baptismo despōsat alia xpo qui virtutē sumpsit a baptismo suo: z iō aiarū baptisatarū cōgregatio vocat ecclesia. Tertiū est qr tali die. s. anno reuoluto post baptismū fecit ad nuptias pmū miraculū qō ēt ad ecclesiā z spirituales nuptias adaptari pōt ꝓut infra suo loco apparebit. Hic ergo vt cātat ecclesia trib⁹ miraculis ornatū sanctū diem colimus. vñ vt dicit Maximus eps: z in antiquioribus libris dies illa ōr pluraliter dies epiphaniarū. i. plurū illustrationū xpi. epiphanes em̄ illustratione sonat. Has tñ tres manifestationes ꝓpriis q̄dē noib⁹ distingūt epiphaniā vocantes eā que per stellā facta est q̄si de sursuz facta: theophaniā eā q̄ i baptismo q̄si a deo. i. a pfe factā: bethphaniā eā q̄ in nuptijs q̄si in domo factā. beth enim domū sonat. Rectoq̄ tria hec in vno die acta nobis misteria pdicātur q̄ trinitatis ineffabilis archanū vno die sub noie confitemur. hec Maximus. Insup fm Orig. etiā hac die pauit quatuor milia hoim de septē panibus z paucis piscibus. Uides itaq̄ q̄ venerabilis est dies ista quā dñs elegit ad tot mirifica z magnifica facienda. Cōsiderās ergo ecclesia tot magna beneficia hodie sibi a sponso exhibita grata existere volēs exultat: iocūdat et iubilat: ac diē hanc magnifice solēnizat. Dicam⁹ itaq̄ nūc de primo: qr de alijs dicendū erit infra ordine suo. [Cum ergo] fm prophetiā Michee [natus esset iesus in bethleē iude] que est in tribu iuda qō ōr ad distinctionem alteri⁹ bethleē: q̄ est in galilea in tribu zabulō [in dieb⁹ herodis regis]. s. anno regni sui. xxx. p qō oñdit xps pfinitum xpi nascentis. pphetauerat em̄ patriarcha iacob illo tpe xpm nasciturū qñ deficeret sceptrū siue rex z dux de populis iudeorū z hoc impletū est in herode ascalonita q̄ fuit idumeus z primus regnauit alienigena. [Ecce magi] et gentes vniuersam ecclesiā futurā ex gentibus repsentantes a trib⁹ oriētalib⁹ [venerūt hierosolymā] ciuitatē regiā ibidē de xpo nato inquirentes z dicētes [vbi est q̄ nat⁹ est rex iudeoz] ecce ergo titul⁹ a magis hic nunciat⁹ a iudeis reprobat⁹ ibi: noli scribere rex iudeorū. a scriptura confirmat⁹ ibi qō scripsi scripsi [vidimus em̄ in oriente stellā ei⁹]. s. ppriā qr hāc creauit ad sui oñsionē [et venim⁹] psonaliter [adorare] humiliter [eum] singulariter. Uenūt pastores vt certificentur vt supra. veniunt reges vt venerēt vt hic veniunt senes: vt gratulētur vt infra. Primum pertinet ad prelatos: secundū ad actiuos: tertiū ad contēplatiuos. primi vident z predicant. secundi venerantur z adorant. tertij amplexantur z tenēt. fm quosdā magis iudeā intrātibus stella disparuit vt

Maximus de tribus apparitionib⁹.

Orige.

D Magna fctā hac die ecclesie.

E Uenerūt pastores: reges z senes ad christū.

amittentes itineris ducem necesse haberent recurrere ad ciuitatem regiam scilicet hierusalem: et ibidem inquirere de rege nato ꝑmvero alios cum magi hierusalem ad querendum de puero ingressi fuissent: stelle ductum amiserunt quoniam auxilium humanum requirentes iuste perdere diuinum meruerunt: q; recte diuino deseruntur auxilio qui humanū preponunt diuino. Et pōt stella ista illuminatio gratie intelligi: q; dū boni a malis consilium querunt veram illuminationem amittunt. ¶ Sed siue ante ingressum in hierusalem: siue post ingressum disparuit factum est hoc a deo pluribus de causis. Prima ꝓpter ipsos magos: vt qui prius fuerant cōmoniti celesti signo confirmarentur etiam dicto prophetico ex doctorum ibi residentium responso. Secūda propter christum: vt eius natiuitas in ciuitate regia publicaretur ⁊ ꝓphetia de loco natiuitatis christi impleta monstraretur. Tertia vt studio magorum damnaretur pigritia iudeorū q; gentibus solicite xp̄m querentib⁹. ipsi in nullo moti sunt ad querendum. Quarta vt iudei christum non recipientes: inexcusabiles de aduentu eius notitia remanerent cū magi iudeis tēpus et iudei magis locum natiuitatis ostenderent per hoc etiam figurabatur ꝙ fides christi erat a gētibus deuote recipienda: ⁊ a iudeis pro maiori parte in infidelitate remanentibus refutanda. Isti magi fixi fuerūt in timore christi ⁊ fide firmati: quia non obstante ꝙ scirent iuxta edictum imperiale: capitali sententia puniendū esse quicūq; regem alium ꝯ subiectum romano imperio nominaret. christum tamen intrepidi sunt confessi. vnde Chrisost. Sed nūquid nesciebant ꝙ in hierusalem regnabat herodes? Nunquid nō intelligebant ꝙ quicūq; rege viuente alterum regem ꝓnunciat aut adorat punitur in sanguine? Sed dū cōsiderabant regē futurū nō timebant ꝓnētē adhuc nō viderāt xp̄m: ⁊ iā parati erāt mori ꝓ xp̄o. O beati magi q̄ ante conspectū crudelissimi regis prius ꝯ xp̄m viderēt xp̄i facti sunt confessores. Hec Chrisо. [Audiēs aūt herodes rex] talia de puero nato [turbatus est] timens ne regnaturus esset pro eo se tāq̄ alienigena destituto. vbi Augu. Quid erit tribunal iudicātis q̄n superbos ꝛreges cuna terrebat infantis? Timeant nūc reges ad p̄ris dexterā iam sedentē quē rex impius timuit adhuc mīis vbera lābētē: ⁊ nō solūt turbat⁹ est. ipe: sed [et ois hierosolyma cū illo] nouitate miraculi percussa: ⁊ fauere volens herodi quē timebāt: q; sibi ſubiecta. Sepe em populus plus eis iniuste fauet quos crudeles sustinet. vñ rex iniust⁹ oēs ministros hz impios ⁊ adulatores. Turbat q̄ ſ hz Chri. ois hierosolyma ⁊ cum eo: vel cā adulatiōis vel timoris. Turbantur etiam ille ⁊ isti quia de aduentu iusti non possunt gaudere iniqui: vel accipiendo hic partem pro toto: omnis hierosolyma intelligitur illa pars que sibi fauebat. sic communiter dicitur quando maiores ciuitatis aliq̄d faciunt: ꝙ tota ciuitas illud facit: sic in proposito: qui erant ibidē maiores: et in regalibus officijs assistentes illi cum rege turbati sunt [et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi] sapientes iudeorum [scisciabatur ab eis vbi christus nasceretur.] Quia enim volebat christum perdere: ideo studuit de loco natiuitatis christi diligēter inquirere ab illis qui scripturas prophetarū predictas de xp̄o nouerant et genealogias descendentes a dauid sciebant. [At illi dixerūt ei] ꝙ [in bethleem iude]. i. quesita est in terra iuda ꝓut scribit in michea: ſm Augu. Judei in hoc facto ꝙ docent alios locum natiuitatis et tamen ipsi nō vadunt: similes sunt fabricatoribus arche noe qui alijs vbi euaderēt prestiterunt: et ipsi diluuio perierūt. Similes etiā sunt lapidibus miliariū qui alijs viā indicant: nec ipsi per eā ambulant. de quib⁹ etiā dicit ibidē Aug. ꝙ ostēso alijs vite fonte ipsi sunt mortui siccitate. Per scribas aūt ⁊ sacerdotes qui locū natiuitatis xp̄i ꝓphetia declarauerūt: ⁊ tñ ipm xp̄m nō adorauerūt: sed magis persecuti sunt: signātur doctores bone doctrine: sed male vite: qui quē p̄dicant sana doctrina: persequunt mala vita. [Tūc herodes clā] et occulte [vocatis] ad se [magis didicit ab eis. tps stelle q̄ apparuit eis] Cognito em loco natiuitatis xp̄i ex iudeoꝝ respōsis voluit scire tps natiuitatis ab ipsis magis: vt si ad ipsum redirent ex tēporis et loci cognitiōe posset xp̄m iterficere: ⁊ cū esset alienigena nō confidebat de iudeis: et ideo voluit cōsilium suum latere eos [et mittens illos in bethleem dixit] eos dolose ⁊ volens decipiendo. [Ite et interrogate diligenter de puero] nato [et cum inueneritis renunciate mihi vt et ego veniens adorem eum] spondet falsum obsequium vt facilius eos decipiat: ⁊ ad redeūdū ꝓ ipm inducat. falsa q̄ppe fuit herodis ꝓmissio: q; ꝛ Chrisо. De uotionē ꝓmittebat: sed gladiū acuebat⁊ malicia cordis sui humilitatis colore depingebat: talis est consuetudo oim malignorū q̄n aliquē in occulto grauius ledere volunt hūilitatē illi ⁊ amicitiā fingūt. Et ꝛ Raba. Finxit herodes tā vultu q̄ verbis se adorare eū velle: quē inuida cogitatione tractabat occidere: et hoc vt vel ad ipsum magi alacri⁹ redirent ⁊ ne iudei quorū rex erat futurus ab eo ipsum absconderēt: cuius personā oēs hypocrite tenent: qui dum ficte deū querunt inuenire illū nunq̄ merentur. Et sicut herodes sub specie religiōis voluit occidere xp̄m

Cur stella disparuerit.

F. Magorū fides

Chrisо.

Augu. de timore herodis.

Chrisо.

Augu. de iudeis indicātib⁹ christū.

Chrisо. de persidis.

Raba.

sic hypocrite ꝯtū in eis ē occidūt eū ꝑm illō
Heb.vj apl'i. Rursuz crucifigētes sibimetipsis filiuz
dei:nā ꝑm Grego. Simulata scitas ē duplex
Chrisо. de indi- iniq̄tas ꝑm Chrisost. herodi sil'es esse ꝓbant
gne cōi- q̄ sacra cōtione misterij indigne abutuntur
cantib⁹. adorare q̄ppe se fingūt ꝛ eū quantū i ipsis ē
interimunt. Juxta illud apl'i. Qui māducat
j.Co.xj. ꝛ bibit indigne:reꝰ erit corpis ꝛ sāguinis dñi
[cū āt magi audissēt regē] herodē nihil ma
li suspicātes [abierunt] recedētes. s. de hie
rl'm vt irēt ꝟsus bethleē edocti de hoc ꝓ ꝓ-
phetiā. [Et] cū hierl'm egressi fuissent [ecce
stella quē viderant in oriēte] q̄ disparuerat
iterū eis apparuit:q̄ auxiliuz deserētes hu
manū meruerūt recuperare diuinū. In ipso
aūt loco q̄ eis apparuit stella facta ē i memo
riā hui⁹ ecclesia. Deinde [ātecedebat eos]
ꝛ via ostēdebat [vsq̄ dū veniēs staret supra]
locū ꝛ vicina domui [vbi puer erat.] Stabat
quasi supra caput pueri: vt quasi innueret ꝛ
diceret: hic ē q̄ natꝰ est rex quem testabar: vt
quē loquēdo mōstrare nō poterat testādo mō
Ꝟ strare. Et sic stella duce cū magno gaudio
Stella vbi visa stare. ad tuguriū i q̄ dñs iesꝰ natꝰ ē puerūt. Am
biguū ē q̄ ⁹ istoꝝ fuerit. s. an magi in oriente
positi viderūt stellā sup iudeā existentē imo
bilē. vl' viderint stellā i oriēte existere q̄ eos
pduxit in iudeā. Potuit em̄ nasci in oriēte et
eos precedendo in hierl'm pducere: ꝛ sentit
Fulgē. Chrisо. ꝛ tenet cōius. Fulgēꝰ tñ videt velle
q̄ eā ꝓmo viderint. imobilē sup iudeā q̄ de-
dit eis signū veniēdi in iudeā q̄ hierl'm tāq̄
caput iudee adierūt: ipsis egressis: tūc mo-
tu notabili eos ꝑcessit q̄ peracto officio suo
in ꝓpriā materiā reuersa ē. [Et intrantes
domū] magi. s. diuersoriū [inuenerūt puerꝝ cū
maria matre eiꝰ] forte tūc sedente ꝛ tenente
sup genua puerū: valde gauisi sunt: quia a
desiderio suo fraudati nō sūt nec tamen la-
borauerūt. vnde Chrisо. Propterea gratula
ti sunt: qm̄ q̄ quesitū est desideratūq̄ repe-
rerant qm̄ effecti fuerāt nunciꝫ veritatis. ꝛq̄
nō frustra tā longe vie cōfecerunt spatia. tā
ardēti q̄ppe erga xp̄m cupiditate flagrabāt
J Felix maria: nā iesus sine maria nō nascit:
q̄ ipsa ministra incarnatiōis sine maria nō
inuenit: q̄ ipsa famula educatiōis: sine ma
ria nō crucifigit q̄ ipa socia passiōis. Joseph
autem ꝑm Chrisо. idcirco tacetur: q̄ nullum
Chrisо- sto. cur de officijs ad nutritiū pertinētibus comme-
moratur. Uel ꝑm Hylariuz ꝛ Raba. Diuina
Joseph tacetur. dispensatiōe actū ē vt illa hora absens esset
ne pr̄ eius crederetur vel aliqua suspitiōis
Hylariꝰ occasio daretur gētib⁹ q̄ deus non esset qui
Adora- tio ma gorum. primitias suas statim nato saluatore ad euz
adorādum miserūt. Ingressi ita q̄ [procedē-
tes] taz mēte q̄ corpore genua flectūt puero
iesu humiliter ꝛ adorant in carne deum ve-
ruz adoratiōe. s. latrie reuerenter. Honorāt
vt regem: ꝛ adorant vt deū: videt em̄ hoiez ꝛ
C agnoscunt deū: ꝓcidunt in signū humilitatꝫ
sine q̄nullus vere adorat: q̄ omnis adorato:
oēm fastū ꝛ cōfidētiā sui deponere dz: vt quā
corpe detectionē ꝓfert in oculis dei alo gerat
contritiq̄ cordis ꝛ hūilitati victimā offerēs
deo se curādū ꝓmittat. Quāta tūc exultatio
tibi fuit o ꝟgo beatissima q̄s cogitare valeat
q̄n eū quē nuper genueras tam q̄li deū ado-
rare videbas? O q̄s magna fuit hoꝝ magoꝝ Magorum
fides. Quid em̄ erat credere q̄ ille puerul⁹ fides.
sic viliter indut⁹ cū paupcula mr̄e ꝛ i loco sic
abiecto sine societate: sine familia: sine oi or
natu iuēt⁹ eēt rex et ver⁹ deꝰ. Et tñ vtrūq̄ cre
diderūt. Paruulū em̄ nō adorassent ꝛ hono
rassent si puulū tātūmō credidissent. Tales
duces ꝛ talia primitiua nos habere opor te-
bat. ex q̄ ꝓz q̄ cognouerūt xp̄i diuinitatez ꝓ
diuinā reuelatiōez. Cū em̄ videret puerū pā
nis vilibus inuolutum in gremio pauperis
matris positum nullum regie dignitatis ha
bentem signum: non est verisimile q̄ talem
reuerentiam ei exhibuissent: nisi in eo aliq̄d
supra hominem cognouissēt. vnde Bernard⁹ Bern.
Adorant magi ꝛ offerunt munera adhuc la-
ctenti matris vbera. Sed vbi est o magi vbi
ē purpura regis huius? nunquid viles pā-
ni isti quibus est inuolutus? si rex ē dyade-
ma vbi est? sed vos eum vere videtis in dya-
demate quo coronauit eum mater sua in sac
co nostre mortalitatis de quo consurgens
ait. Conscidisti saccum meum ꝛ circundedi- Cāt.iij.
sti me letitia: et iteruz. Sed vnde vobis hoc ꝑs.xxix
o alie nigenevt a vobis adoretur xp̄s? Nec
enim in israel tantam fidem inuenimus.
Sic vos non offenditvilis habitatio stabuli:
non pauperes cune presepij. Non vos pau-
peris matris presentia: nō lactentis scanda
lizat infantia quid facitis magi quid facitꝫ?
Lactentē puerū adoratis in tugurio vil'i in vi
libus pannis. Ergo ne deus est iste? Deus
certe in templo sctō suo deus i celo sedes eiꝰ
ꝛ vos eum queritis in vil'i stabulo in matris
gremio. Quid facitis q̄ ꝛ aurum offertis? er
go rex est ipse: ꝛ vbi aula regia: vbi thronꝰ:
vbi curie regalis frequētia? Nūquid aula
est stabulum: thronus presepium curie fre-
quentia ioseph ꝛ maria. Quomodo ita insi-
pientes facti sunt viri sapientes: vt adorent
paruulum despicabilem: tam sua etate q̄s
paupertate suorum? Insipientes facti sunt:
vt fierent sapientes ꝛ predocuit eos spiritus
quod postea predicauit apl's: qui vult esse j.Co.j.
sapiens fiat stultus: vt sapiens sit. Nonne
timenduz erat fratres ne scandalizarēturvi
ri isti et illusos se crederent cum tanta indi-
gna viderēt? A regia ciuitate vbi regez que-
rendum coniectabantur: ad bethleem villaz
paruulam diriguntur. Ingrediuntur in sta
bulum inueniunt inuolutum pānis infantu
lum. Nō illis sordet stabulū: nō offēdūt pā-

nis: nō scādalizātur lactētis infantia pcidūt añ eū. veneranť vt regē: adorāt vt deū. Sed pfecto q̄ illos adduxit ipse z instruxit: z qui p stellā foris āmonuit ipse in occulto cordis int⁹ edocuit. ℔ Bern. vñ z Aug. Nō sub pollice cella regalis: nō de membris purpura: nō in capite dyadema fulgebat: nō pōpa famulantiū: nō terror exercit⁹: nō gloriosior fama pliorū: hos ad eū viros ex remotis cū tātovoto supplices attraxerat. Jacebat in psepio puer ortu recēs: exigu⁹ corpe: contemptibilis pauptate. Sed magnuz aliq̄d latebat i puero qō illi homines nō terra portāte: sed celo narrāte didicerāt. vñ et Chrisо. [Et itrātes domū iuenerūt puerū cū maria mre eius.] Matre inq̄ ei⁹ nō dyademate coronata: non auro refulgēte: aut i lecto aureo recūbēte: sz vix tunicā vnā habēte: nō ad ornamētū corpis: sz ad tegumentū nuditatis qualē habere poterat carpētarij vror peregre pstituta. Si ergo regē terrenū q̄rentes venissent magis fuissent pfusi q̄ gauisi: qz tanti itineris labore sine causa suscepissent. Nūc aūt qz celestez regē q̄rebant z si nihil regale videbāt in eo tamē soli⁹ste lle testimonio ptenti gaudebāt oculi eoz ptemptibilē puerū aspicere qz spirit⁹ i corde eoz terribilē eū mōstrabat. vñz Leo papa. Nec imerito cū tres adorādū puerū noui syderis claritas ōduxisset: nō eū iperātē demonib⁹: nō mortuos suscitātē: nō cecis visuz aut claudis gressuz: aut mutz eloquiū reformantē: vel in aliqua diuinarū virtutū actiōe viderūt: sz puerū silentē quietuz sub matris solicitudine cōstitutū. In q̄ nullum quidē apparet de potestate signum: sed magnū prebeť de hūilitate miraculū. Tota enim vita saluatoris q̄ z diabolū superauit z mundū: hūilitate ē cōcepta: hūilitate ē cōfecta. Dispositos dies sub psecutiōe finiuit. Nec puero tolerātia passionis: nec passuro defuit māsuetudo puerilis. Vñ tota christiane sapientie disciplina non in abūdantia verbi: nō in astutia disputāndi: neq̄ in appetitu laudis z glorie: sed in vera z voluntaria hūilitate cōsistit: quā dñs iesus abvtero matris vsq̄ ad supplicīū crucis p omni fortitudine et elegit z docuit. ℔ Leo. Ut ergo possis et tu diabolū z mundū vincere coneris p viribus hūilitatis ac patiētie virtutes exemplo christi fuare: qz his munit⁹ poteris facilē aduersarios et inimicos tā visibiles q̄ inuisibiles superare. ¶ Et magi inuēto puero apuerūt thesauros suos i q̄ moraliter informamur vt thesauros nostros i via nō pandam⁹: donec preteritis hostib⁹ soli deo ex occultis cordiuz offeram⁹. Et [obtulerunt] singuli puero Jesu [aurū thus z myrrhaz] Traditio fuit antiquorū vt null⁹ ad deū vel ad regē veniret vacuus z sine munerib⁹. Arabes autem auro ¶ diuersis generib⁹ aromatuz abundant: et talia munera offerre cōsueuerūt: z ideo magi ista obtulerūt. Et licet morē sue gentis in dōis offerēdis seq̄renť: ℔ tamē diuina inspiratiōe ē factū: vt aliquid misterij muneribus demonstrarent z fidē suā misticis reb⁹ pfiterenť. tū scz trinitatis fidem et misterū reuelantes z in xp̄o trinitatē adorantes: tū eum regem z dominum deū sed mortalez significantes z xp̄i regiā potestatē ac diuinaz maiestatē z hūanaz mortalitatē venerātes. Hec eñ tria magi de xp̄o cognouerūt vt supra direrunt: vbi est q̄ natus est: ecce humanitas: rex iudeoz: ecce regia potestas: venimus adorare eū: ecce diuinitas. Significať eni in xp̄o regia potestas p aurū qō regi soluiť in tributū. nā aurū propter sui nobilitatē mun⁹ est regale: z ideo ostendit puerū regem esse z se illud decere. Signať vo diuina maiestas p thus: qō deo offertur i sacrificiū z ideo ostēdit puerū esse deū: qō etiam erat oblatio sacerdotalis: z puer ille erat sacerdos cui null⁹ vnq̄ fuit equalis. Signať q̄z hūana mortalitas p myrrham q̄ cōdiri solēt corpora mortuoz: z xp̄s rex z sacerdos voluit mori p salute omniū. vñ Augu. Aurū ergo soluiť quasi regi magno: thus imolatur vt deo: myrrha pbeť tanq̄ p salute omni moriturο. Unusquisq̄ āt eoz pdicta tria obtulit qz vt dictū est misterio congruit. Null⁹ enim vere christianus dicť q̄ non xp̄m z deū z regem z passuz cōfiteať: qō illis trib⁹ muneribus significať. vñ Remi. Isti magi nō singuli singula obtulerūt: sz singuli tria: z singuli eū suis muneribus regē deū z hominē pdicauerunt. hec Remigius. Hos ois vere christianus imitať: q̄ christū verū deū regem et passum cōfiteť. Offeram⁹ ergo et aurū vt eum omniū regem esse z vbiq̄ regnare credam⁹. thus vt deū verū z creatorē omniū esse cōfiteamur. myrrham vt sic illū deū esse credamus quē hominē z mortalē ppter nos factū esse nō dubitem⁹. Omnia enim hec sancta fides veraciť christo offerre nō desinit dū vnū eundēq̄ deū verum verūq̄ hominez credit et vere p nobis mortuū veraciť recognoscit Habem⁹ itaq̄ ℑm Hylariū in his non modicam sacramentorū cognitionem. in homine mortz: i deo resurrectiōis: in rege iudicij. Et ego domine iesu in extremo vestigio seruoz tuorū adoro te sedētē i gloria dei patris vbi q̄ regnātem: z offero tibi splēdorē fidei: quate credo regē omniū seculoz. deum de deo z hominē de virgine mortuū pro peccatis nostris ℑm Ber. Obtulerūt auri preciū ob paupertatē: scilicet ad pauperis matris z filij sustentationē thuris ad ornamentū ob sordidam stabuli mansionē z contra loci fetorez: myrrhe vnguentū ob infantuli vt assolet corporis tenerītudinē z debiliuz membroz pueri cōsolidationē. Quia ergo obtulimus xp̄o

Augu.

Tria in xp̄o cognita a magis.

Augu.

Remig. ℣ singuli tria obtulerunt

Hylarij

Ber. de munerū rōne

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

sua offeramus ei ꝛ nostra. Quia enim regez ꝛ deum hoiem eum esse credimus suum est. nostra vero sunt q̄ nobis a deo donata sunt.

Munera dei in nobis deo grata ꝛ offerenda.

Sunt em̄ in nobis tria munera deo placentia: ꝛ hec offeramus. Primum est aia nostra q̄ notat p aurū: qz sicut auro nihil est nobilius vel p̄cio sius aut pulchrius: sic nihil nobili⁹ vel p̄cio sius aut pulchrius, q̄ aia corā deo reputat. Scdm est corpus nostrum qđ p myrrham designatur. myrrha em̄ est amara et corpus est amaricādum p castigationes ꝛ passiones. Tertium est cōuersatio sancta et honesta in vtroq; sez in corpore ꝛ aia: ꝛ hoc designat i thure. thus aūt nō redolet nisi in igne cremet. sic ꝙuersatio nostra non reddit odorē deo nisi cremet igne tribulatiōis. Debemus etiā offerre xp̄o aurū dilectiōis eo q̄ p nr̄a salute subijt penā passiōis ac thus deuote laudis p gratiarū actionē: ꝛ myrrham compassionis p mortis eius recordationez. habet etiā ecclesia moraliter aurū in pfecta sapiētia ꝛ doctrina ac recta fide. thus in deuota oīone vel bona cogitatiōe ac sancta ac bene deo redolēte ꝙuersatione. myrrhā in penitentie amaritudine ꝛ carnis mortificatiōe ac bona opatione. aurū ergo offerūt doctores. thus martyres ꝛ cōfessores. myrrhā tez penitētes pctōres. Omnis em̄ oblatio in his tribus munerib⁹ ꝓtinet. Talia ergo munera magi obtulerūt in quibus ꝛ fideu ꝫitatez ꝛ totā ecclesiasticā disciplinā significauerunt

Bern.

ꝫm Bern. Aurum offerimus saluatori: cū p noie ipsius ex integro derelinquim⁹ substātiā hui⁹ mūdi. Jā ꝫo necesse est vt q̄ terrena cōtēpsimus flagrāti desiderio celestia requiramus. Sic em̄ offerimus thuris odoramentuz quo nimirum designātur oīones sanctorum. Oportet etiā nō solū vt p̄sens seculū

p

contēnas: sed ꝛ carnē ipsam castiges ac seruituti subijcias. Duas igit̄ alas hz oratio vt cōtemptum mūdi ꝛ afflictionē cordis nec dubiū quin celos penetret: ꝛ in ꝓspectu dei sicut incēsum dirigat̄ in q̄ cū auro ꝛ thure myrrha quoq; ei offert. hec Bern. Sic ergo magi xp̄z honorauerūt de substātia triplici: sez corporali: qz ꝓciderūt: spūali qz adorauerūt tpali qz munera obtulerūt. Plus quippe nō hz hō nisi corpus aiam ꝛ temporalia. Bene autem tres magi fuisse dicūtur: qz q̄ ad fidē venit indiuiduā trinitatē ꝓfiteri debēt: siue qz q̄ deū adorāt tres principales ꝫtutes: sez fidē: spem: ꝛ charitatē debēt habere: siue qz q̄ deū videre desiderāt cogitationē locutionē ꝛ operationē seu memoriā intellectū ꝛ volūtatem debēt a malis obseruare ꝛ in bonis occupare. vñ ꝫm Grego. Sancti viri bene reges vocantur: qz cūctis motibus carnis nō ꝓsentiē do succūbere: sed bene regēdo ꝓeesse nouerunt. Et ꝫm Jsidorum. Reges a recte regendo vocātur: ꝛ ideo recte faciēdo regis nomē tenetur: peccādo amittitur. ꝛ hi veniunt ꝛ recedunt ab oriēte q̄ q̄ intelligit ꝓsperitas humana q̄ est triplex. s. diuitiarū delitiarum ꝛ honorū. Per stellā aūt que magis apparuit significari pōt virgo maria que interpretat maris stella. Hec aūt stella apparet magis seu regibus cōdescendendo sibi deuotis se bñ regentib⁹: ꝛ eos p huius mūdi mare turbulentū nauigātes dirigit ad portū salutis qui est christus. et ipsum inuenientes venerant munera ei offerentes. s. aurū charitatis ꝛ thus deuote oīonis: ac myrrhā mortificatiōis carnis. Eodē aūt die cū xp̄s in iudea esset natus: ortus ei⁹ magis in oriente est nūciatus. Uidebant nāq; stellā nouam in qua puer appebat. supra cui⁹ caput crux aurea splēdebat. audierūt vocē sibi dicētē. Jte in iudeam ꝛ inuenietis ibi natum nouum regem. Igitur in iudeā festinauerūt ꝛ audacter eā intrātes regi celebrato munera obtulerunt. Hi ergo tres magi p tres robustos p figurati fuerūt q̄ regi dauid aquā de cisterna bethleē attulerūt. Tres robusti exercitū inimicorum nō timentes: sed viriliter castra eorū trāseūtes aquā hauserūt. sic tres magi potentiā herodis nō formidantes: sed audacter iudeā intrātes de nouo rege interrogauerunt. Tres robusti prexerūt bethleē p aq̄ cisterne quā hauserūt de cisterna terrestri. tres magi venerūt bethleē p aqua gr̄e eterne quā susceperūt de pincerna celesti. Figurabat g̃ illa bethleemitica cisterna q̄ i bethleē mansciturus erat celestis pincerna q̄ ꝓpinaret aquā gratie oi sitiēti: et daret aquā vite nō habenti. ¶ Figura hui⁹ noui regis et hui⁹ noue oblationis p̄monstrata fuit in regno salomonis. Salomō residebat i throno de ebore candidissimo q̄ vestit⁹ erat auro purissimo. Uniuersi reges terre regē Salomonē videre cupiebāt et ei munera p̄ciosissima apportabāt. Sed ꝛ regina saba talia ꝛ tāta munera ei offerebat quāta ꝛ q̄lia in hierusalē visa nō erāt. Thron⁹ vero salomonis est beata ꝫgo Maria in q̄ residebat Jesus xp̄s vera sapientia hic thron⁹ factus est de ebore candido ꝛ auro puro: ebur ꝓpter sui candoꝛ frigiditatē designat virginalis mūditie castitatē sed ebur antiquū in ruborē ꝫtit. sic longa castitas martyrū reputat. Aurum qz invalore p̄cellit omne metallū. significat charitatē que est mater omniū virtutū. Maria ergo dicitur eburnea ꝓpter virginalem castitatē: et auro vestita ꝓpter perfectissimā charitatē: et pulchre virginitati coniungit charitas: quia sine charitate coraz deo nihil reputatur virginitas. Thronus salomonis sup sex gradus erat exaltat⁹ et Maria sup excellit beatorū sex status. s. patriarcharum prophetarum: apostolorum: martyrum: confessorum: ꝛ virginū. Duodecim leoncli sup

Munera magorum tria de tribus.

Grego. qui reges.

Jsidor⁹ de eodē

Maria est stella moralit

Q Apparitio xp̄i in oriente.

Figure. ij. Reg. xvij.

iij. Regum. x.

Thron⁹ salomonis.

Castitas longa.

sex gradus thronum exornabant: qz duode cum apli Marie tanqz regine celi ministrabāt: vel qz duodecim patriarche pgenitores Marie erāt. Sūmitas throni erat rotūda: qz Maria erat sine angulo sordium et tota mūda. Due manus sedile hinc inde tenebāt: qz pater z spūs a matre filij nūqz recedebāt.

S Magorum reuersio.

¶ Tandē magi reuerēter ac deuote pedes pueri deosculati sunt z adorato dño omniqz obsequio pacto: z deuotione pleta ac benedictiōe accepta inclinātes se cū magno gaudio recesserūt: qui cū de reditu deliberasset respōsuz accepērūt i somnis. p diuinā reuelationē ne ad herodē redirēt: qz cognita veritate nō licet retro ire. Per hoc etiā admonemur q cū malis hoibus societatē aliquaz nō ptrahamus: z cognitos errores vitemus

Seneca de consilio mutando.

vñ Seneca. Nō ē leuitas a cognito errore discedere: nō ē turpe cū re mutare psiliū: qz ergo intus in pscientia grebāt qd vellet diuina volūtas de reuersione ad herodē: sicut enim moyses tacēs clamabat sic isti pio affectu interrogabāt qd diuina volūtas iuberet: ideo dei meruerūt rñsionē. s. internē vel āgeli ministerio factā: z descēdētes ad mare p naues trāsfretātes i tharsis scilicie abierūt: z sic p aliā viā in regionē suā redierūt. qz sm Hiero. infidelitati miscēdi nō erāt iudeoz ppter

Naues tharsenen.

qō factū herodes iratꝰ postea naues tharsensium incēdit. sm pphetiā dauid. In spū vehemēti pteres naues tharsis. vñ Chrisо.

Psal. xlvij.

Intuere aūt magoz fidē qualiter nō scādalizati sunt in seipsis dicentes. Si magnus est

Chrisо. De fide magoz

puer hic q necessitas: fuge z occulte recessionis: hoc em ē vere fidei nō grere cās eoz q vere pcipiūtur sed suaderi solum ab eis. hec Chrisо. In hoc ergo forma datur credentibꝰ vt deoti ad deum venient z in oibus operi-

Uie mutādere ratio.

bus suis qd iubeat attēdāt: scz ne ad diabolum redeant: sed per christum qui est via: veritas z vita. z per semitas virtutū ad patriā reuertantur. Hic itaqz admonemur omnem salutem z spem in christo locare: z ab itinere priozis vite abstinere: z per aliud iter in-

Augus. cedere. vnde Augu. Non qua venimus via redeamus: nec priozis nostre quersationis

Grego. vestigia repetamus via mutata est. vñ Grego. Magnū vo nobis aliquid magi innuūt: q in regionē suam per viā aliā reuertunt. regio quippe nostra paradisus est ad quaz iesu cognito redire p viā qua venimus phibemur. A regiōe etem nra supbiēdo: inobediendo visibilia sequēdo: cibū vetituz gustādo discessimus: sed ad eā necesse est vt flēdo. obediēdo: visibilia ptēnēdo. atqz appetitum carnis refrenādo redeamus. Per aliā ergo viā in regionē nostrā regredimur: qñ qui a paradisi gaudijs p delectamēta discessimꝰ

¶ ad hec p lamēta reuocamur. hec Grego. Ad hoc etiā significādū q p aliā viā in regionē nostrā redire debeamus. Dominꝰ papa in processionibus redit p aliā viā ab ea p quaz est egressus. Magi vero reuersi studiose plꝰ

Processio pape

qz prius deum colentes glorificauerunt et p dicantes multos erudierunt. Pie aūt credi potest q domina paupertatis amatrix zelans fortiter p paupertate z intelligens filij sui voluntatē totū aurum infra paucos dies pauperibus erogauit. Uñ qñ intrauit tem-

Aurum datum.

plū nō habuit de quo agnū emeret quem offerret p filio: sed emit turtures vel colūbas que erat pauperū oblatio. Uides hec preconia paupertatis in duobus. Primo quia hodie puer iesus elemosynā accepit vt paup z mater sua silr. Scdo qz nō solū nō procurabat acquirere. sed etiā q dabant nolebat retinere. Increscebat desiderū paupertatis: si aūt bñ attendisti z profunditas creuit hūilitatis. Sūt ēt q seviles z abiectos in aio suo reputāt z in oculis suis nō extollunt: sz sic eē nolūt in oculis aliorū. Nō sic puer iesus dñs omnium: etiā alijs suos defectus z vilia patere voluit: z nō paruis z paucis sed regibꝰ et eorū socijs quos in comitatu suo adduxerant et in tali casu z tēpore in quo multū timendum erat. Nā cū illi venirent vt regem iudeoz quē etiā deū esse credebāt inuenirēt dubitare poterant ne talibus de ipso visis reputantes se delusos sine fide z deuotiōe recederent. Sed nec ppterea dimisit hūilitatis amator dās nob exēplū ne sub spē alicuius apparentis boni recedamus ab hūilitate: z q discamus etiā in aliorū oculis viles z abiecti velle apparere. Expeditis igitur magis z versꝰ patriā suā regressis: adhuc stat dña mūdi cū puero suo iesu z nutritio eiꝰ ioseph apud pēpe in illo locello patiēter z hūiliter vsqz ad quadragesimū diem: ac si quis mulier alia de populo z puer iesus hō purꝰ eēt z ipsi legis obseruatiōem diligerēt. Stabat igit dña vigilās z attēta sup dilecti filij sui custodia. O cū quāta solicitudine z diligentia ipm gubernabat: ne vel mi minimo defectuz haberet. Cū quāta ēt reuerētia cautela z pio timore ipm cōtrectabat quē suū deū z dñz eē sciebat. Flexis quidē genibꝰ accipiebat ipm de cunis z reponebat in eis. Cū quanta etiā iocunditate confidentia z autoritate materna ipm āplectebat. osculabat. strigebat dulciter z in eo delectabat quem filiū suū esse cernebat z certissime sciebat. Quā sepe cū curiose z prudenter tenella mēbra ipius fasciēs, cōponebat: sicut em fuit hūillima sic fuit et prudentissima. vñ in singulis officijs z obsequijs sedule ministrabat vigilāti z dormiēti nō solū infantulo: sed etiā grandeuo. O q libenter eū lactabat. vix fieri potuit quin magnā z alijs feminis inexptā dulcedinē in talis filij lactatione sentiret. Ipsa virgo infantē hūc concepit sine pudore. peperit sine do-

Hūilitatis indicia.

¶ Marie in filiuz cura z amor.

lore. lactauit celesti rore. virgo ante partum in cõceptione. virgo in partu in ꝑtu enixione. et virgo post partũ in pueri dulcissima lactatiõe. vñ Aug. Ipsaꝫ ꝟginẽ matrẽ dulciter alloquẽs ait. Lacta mater xp̃z z dñm nostrũ z tuũ. Lacta panẽ de celo venientem. lacta eũ q̃ talẽ fecit te: vt ipse fieret in te tibi z munꝰ fecũditatis attulit cõceptꝰ: z donũ ꝟginitatiꝫ nõ abstulit natꝰ. vñ Ansel. Uerũ dũ hũc parUgu. Ansel. uulum inter manus suas ꝟsari z ad vbera sua pẽdere atq; ad paruas pueri corꝑis lesiones puuloꝝ more vagire cõspiceret: quo ꝑcor affectu mouebaꝫ pijssimꝰ animꝰ eiꝰ: quo ve studio ad occurrẽdũ cũctis q̃ icõmoda illi forte timebat parabaꝫ castissimũ corꝑ eius. Sz z de sctõ sene ioseph refert Bern. q̃ pue-

peccatū abominaris. Et certe intātū desideratio nobilitatꝫ aīe ducit ī abomiationē peccati: ꝙ etiā nō habēdo respectū ad p̄mia vl̄ ad penas adhuc īduceret ad nō peccandū: qz aīa nobilis oīa ista caduca reputat nimis vilia z indigna ad ħ vt ipsa eis velit coinq̄nari. Et hec est quedā sctā z nobilis supbia aīe generose: quā etiā habuit ille gentilis Seneca q̄ dixit. Si scirē deos ignoscituros z hoīes ignoraturos: adhuc ꝓpter peccati vilitatē peccare dedignarer. Hoc igit̄ tēpluz dei mentale debet esse ornatū z depictū varijs coloribꝰ virtutū: videlicet colore albo castitatis: rubeo volūtarie ꝓ christo passionis: croceo spiritualis iocunditatis: viridi virtuosi exercitij: blaueo celestis cōsiderij: aureo charitatis: demū nigro hūilitatis. In istud igit̄ tēplū, sic cōpositū: sic ornatū debemꝰ inducere puerū Jesuz verbū eternū: ibiq̄ debemꝰ offerre ꝓ eo par turturū aut duos pullos columbarū. i. gemināt dilectionē dei videlicet z proximi vel̄ solitudinē cōtēplationis z publicū actionis: aut castitatē mētis z corporis: qz turtures sunt aues castissime ad multiplicationē bonoꝝ operū: qz colūbe sūt aues de prole fecūde. Debemꝰ ēt euz cū symeone portare ī vlnis ap̄lexando euz brachijs veri amoris. Debemꝰ nihilominus eū bñdicere ꝓ omnibus bñficijs mētis in huiusmodi pregustatione diuine dulcedinis exhibitis: vt sic desiderio dissolutionis affecti: beatam fruitionem verbi eterni expectemꝰ: cantantes canticū iubilosum cū symeone z dicētes. Nūc dimittis seruū tuū domine: ſm verbū tuū ī pace. Magna est ergo presens solēnitas ꝓpter multa q̄ in ea facta sunt: quā tamē tria specialiter attollunt. Primū est christi in tēpluz inductio p̄sentialis. Secundū est parētū eiꝰ ꝓ eo oblatio legalis. Tertium est symeonis senis cōsolatio salutaris. Et ſm hec tria festū istud sortit̄ tria vocabula. Nam ratione p̄mi dictū est hypapanti: qđ idē est qđ p̄sentatio eo ꝙ ipso die christus p̄sentatus ē ī tēplo. Ratiōe secūdi dicit̄ festū purificatiōis: eo ꝙ tūc beata virgo pro sui purificatione ſm legē licet nō indigeret: oblationem fecit. Ratione tertij dicit̄ cādelabra vl̄ festū luminis eo ꝙ hodie cādelas bñdictas z accensas in manibꝰ gestantes repr̄esentātes z sectātes in hoc deuotionē symeonis. Hoc tēplum dñi sanctū de q̄ hic ꝺr: in monte moria est ꝓstitutū ī q̄ voluit abrā immolare ysaac filiū suū: in q̄ etiā loco iacob dormiens vidit scalā erectaz vsq̄ ad celū. In ħ, q̄z mōtevidēs dauid āgelū stantē z cedentē populū in terram corruit: et penitens grauiterq̄ se affligens a deoveniā meruit. In ħ monte aurea vina iebusei erat quā dauid ad cōstituendā ibi domū dñi emerat: eo ꝙ misericordiā in illo loco cōsecutus fuerat. In hoc sancto loco cū salomoꝝ opere consummato dño sacrificia offerret: nebula impleuit domū z apparuit gloria dñi z ignis descendēs de celo deuorauit holocausta. Cū aūt ibi flexis genibꝰ z manibꝰ ad celū expansis salomō dominum orasset: vt q̄cunq̄ bñficia petiturꝰ ingrederet̄ p̄ces eiꝰ a domino reciperent̄. apparuit ei dominꝰ dicens exaudiui orationē z deprecationē tuā elegi enīz sanctificaui mihi locū istū. In ħ loco heliodorꝰ a rege ātiocho missus: vt locū sanctū violaret z spoliaret: flagellatꝰ z sine intermissiōe multis plagis vulneratꝰ: ꝟberatꝰ est. Templuz autē dñi vocat̄: qz in eo sacrificia dño offerebant̄: ſz modo consecratū est in honore salutoris mundi z genitricis eiꝰ Marie. Qđ licet primo a babylonijs z postea a romanis fuerit destructū a fidelibꝰ tamē z religiosis viris opere rotundo in eodē loco magnifice z miro artificio est iterum reparatū. In hoc loco beata virgo cū alijs virginibꝰ ꝺr ministrasse templi cortinas z vestimēta sacerdotalia ip̄parando literas sacras addiscens: ieiunijs vigilijs: orationibꝰ z diuinarū lectionū studijs vacans. In ħ loco dū sanctꝰ zacharias incensum dño offerret: apparuit ei angelus nuncians sibi orationē suā esse exauditam z iohannis natiuitatē futurā. In hoc loco: vt hic dicit̄. dñs noster Jesus xp̄s a parētibꝰ est oblatꝰ: a symeone susceptꝰ: a sancta Annavidua oibꝰ q̄ expectabāt redēptionē israel annūciatꝰ. In hoc tēplo iesus cū iā duodecim esset annoꝝ inuētꝰ ē ad disputationē sedēs ī medio doctoꝝ Supra pinaculū huiꝰ tēpli Jesū diabolꝰ statuit z vt se deorsū mitteret tēptādo suggessit ab hoc tēplo vēdentes z emētes etecit: ac mensas nūmulariorꝝ et cathedras colūbas vēdentiū euertit. In tēplo hoc dum moraret̄ ī hierl'm: docebat iudeos ſz eū emulantes. In tēplo hoc liberauit adulteraz ab accusantibꝰ eā. Imminēte etiā eius passiōe tota die erat ī templo hoc docens z vespere ī bethaniā secedens huiꝰ tēpli velū ī morte eiꝰ scissuz a summo vsq̄ deorsuz vt pateret itroit̄ ad sācta sctōꝝ. Ab huiꝰ tēpli pinaculo ꝟiꝰ meridiē. b. Jacobꝰ ap'ls p̄mꝰ sub gra hierosolymoꝝ epūs predicās precipitatus pertica fullōis pcussꝰ martyrio ē coronatꝰ. Jnt̄ ħ tēplū z altare qđ ē āte tēplū foris in atrio ad meridiē zacharias filiꝰ barachie martyr occubuit. Jpsum vero tēplū rotundū cōstat ex octo parietibꝰ pclusū exteriꝰ p circuitū: iteriꝰ rotūduz ꝟo ingentibꝰ colūnis marmoreis p triuiū: in medio q̄z in ipsa altitudine ī modū fornacis est obductū. Est aūt itrinsecꝰ scriptū in supmo ordine. Audi dñe hymnū z orationē quā seruꝰ tuꝰ orat corā te hodie vt sint oculi tui apti z aures tue itēte sup domū istā die ac nocte. In vno q̄z ꝟo pariete extrinsecꝰ scriptus sūt singuli istoꝝ ꝟsuuz in circuitu: ita vt p totaz ciuitatē legi possint. Contra ciuitatem. Pax

Superbia sancta. Seneca de peccati feditate.

x Solēnitatis huius magnitudo

Hypapāti Purificatio.

y Moria mōs in quo templum dñi z tēpli insignia.

Tēpluz rotūduz

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

eterna ab eterno pfe sit huic domui. Contra tēplū militū. Bene fundata est dom⁹ dñi supra firmā petrā. Cōtra bethaniā. Nō est hic aliud nisi dom⁹ dei ⁊ porta celi. Cōtra mōtē oliueti. Beati qui habitāt in domo tua dñe. Contra vallem iosaphat. Bñdicta gloria dñi de celo sancto ei⁹. Cōtra claustrū tēpli. In domo dñi oēs dicēt gloriā. Cōtra mōtē syon. Tēplū dñi sanctū est: dei cultus est: dei edificatio ē. Itē J ciuitatē. In domū dñi letātes ibim⁹. Hoc tēplū in inferiori parte vbis in vicina muri ad orientē: nec longe a muro ad meridiē est situ. In hui⁹ tēpli ecclesia solebāt esse cū abbate canonici regulares fm regulam beati Augustini dño seruientes. Non longe aūt ab hoc tēplo dñi ē tēplū aliud imēse q̄titatis ⁊ altitudinis: qđ dom⁹ salt⁹. i. de lignis libani vr ⁊ tēplū salomonis vocāt: qr salomō ibi docebat ⁊ iudicia faciebat: ⁊ ad distinctionē alteri⁹ p̄dicti qđ spāliter appellāt tēplum dñi. Ut g̃ Maria ⁊ ioseph pfecerūt oia q̄ fm legē debebant nihil omittētes q̄uis nō tenerent recesserūt de hierusalē volentes redire in galileaz ciuitatē suā nazareth. Erat q̄dē (vt dicit theophil⁹) eox ciuitas bethleē sicut patria. nazareth vo tāq̄ habitaculū. Vadez tu semp cū eis ⁊ adiuua portare puerū Jesum ⁊ seruias eis in quibus poteris. Oratio.

O Jesu desiderabilis q̄ i tēplo te iusto symeoni. te advidēdū desiderāti ad āplexādū misericorditer tribuisti. veni Jesu dulcissime et toto desiderio te expectanti teipsum clemēter indulge: ⁊ quicq̄d impuritatis in me inueneris p̄ gratiā purificantē expelle: ⁊ cor meū templū tuū dignanter inhabitando pfice: ibi te brachijs desiderij amplexar et teneā. Da mihi semp desiderare te fontē luminis q̄ es apud pfem ⁊ non prius de hac vita exeā q̄ te oculis cordis videam qui es amor ⁊ desiderium vita ⁊ premium te desiderantium. Amen.

De fuga dñi in egyptū. Correspōdet euāgelio. Angelus dñi apparuit i somnis Joseph. Cap. xiij.

A Mat. j.



Cū ergo maria ⁊ Joseph pergerēt versus nazareth nesciētes adhuc sup hoc cōsiliū dñi et timor tā de puero iciperet dilatari [angelus dñi apparuit in somnis ioseph dicens ei] vt surgens acciperet puerū ⁊ matrē eius ⁊ fugeret i egyptū: quia [futurū esset vt herodes q̄reret puerū ad perdendū eū.] Quoniā humilitatē perfectā triū specialiter adornari decet comitatu virtutū. s. paupertatis in fugiendo diuitias vt fomenta supbie: patientie vero inequanimi ppessione contēptus: obedientie quoq̄ in alienis parēdo mandatis: ideo supne reuelationis oraculo Jesus in egyptū trasfertur vt peregrin⁹ ⁊ paup in puulis ipsius cā occisis occidit: ⁊ q̄si in q̄libet trucidat ⁊ ad p̄tam reduct⁹ adeo erat subdit⁹ parentib⁹: vt nūq̄ vel ad momētū secederet nisi cū duodecim factus annorū remānsit in hierusalē non sine matris dolore q̄situs: nec sine gaudio inuēt⁹ Joseph vo euigilans matrē excitat: ⁊ q̄cūq̄ ipse ab angelo audierat ei narrat. Ipsa vo icōtinēti ⁊ nulla mora ꝛcta surrexit ⁊ ad iter arripiēdū disposuit se. Concussa sunt em ad hāc vocē oia viscera ei⁹: et ēt circa salutē filij nolebat negligēs saltē inueniri. Cōspice et meditare ista: et qūo puerū Jesum dormiētē mr̄ eleuat: ⁊ puer sic iportune excitat⁹ plorat ⁊ ꝑpatere ipsis si qua in te sūt viscera pietatis. Cogita q̄ p̄solatio mr̄i eē poterat: qñ ipa puella delicata q̄ de ptu recēter surrexerat: in terrā longinquā p vias aspas ⁊ icognitas cogebāt fugere: qñ puerū tenellū sic p vias lōgas cogebāt circūferre qñ inter idolatras cōpellebāt manere. Jgit de nocte versus ptes egypti ire cepert q: nox magis q̄ dies fuge cōpetit vt sic negociū magis occulte fieret ⁊ secreti⁹ pcula eminētia euaderēt. ne. s. fuga a vidētib⁹ accusari apud regē posset. Lz em de h̄ haberēt reuelationē diuinā: nō tñ pter h̄ debebant omittere qđ poterāt facere fm viā hūanā. Ecce fugit xp̄s ⁊ nocte fugit: vt fuga q̄ p se difficilis est noctis obscuritate difficilior fiat. Fugit aūt i egyptū vt eos spāliter illuminaret p̄ ceteris ⁊ sanaret. vñ Augu. Audi ēt magni misterij sacramētū. Moyses qñq̄ in egypto pfidis clauserat diē. illuc xp̄s aduenies sedētib⁹ in tenebris reddidit lucē. vñ Chrisо. Sed q̄re in egyptū? Recordat⁹ est em dñs q̄ in finē nō irascit quāta mala fecerat sup egyptū: iō misit filiū suū in eā dās illi recōciliatiōis signū ⁊ ꝑpetue amicitie pign⁹: vt decē plagas egyptiorna medicina sanaret. O mutatio dextere excelsi vt pop⁹ q̄ añ fuerat pseuto: populi p̄mogeniti postea fieret custos filij vnigeniti. Et iterū i egyptū puul⁹ mittit: vt illā regionē q̄ p oib⁹ terris flāma ipietatis ardebat: igne pot⁹ fidei succēderet ex his psuadēs ēt de alijs mūdi ptib⁹ sperāda esse meliora. Et vt ēt addiscam⁹ q̄ ab ipsis vite iitijs ad tēptatiōes debeam⁹ atq̄ insidias ꝑparari. Nā ab ipsis cunabulis xp̄i istud effectū est: vt tu vez hoc audiēs cū videris tribulatiōes varias ⁊ mille sustinere discrimina nihil oīno turberis: sed vt isto munit⁹ exēplo viriliter cūcta sustineas sciēs tribulatiōes maximas insepabiles q̄sdā comites esse tutū. hec Chri. Jō ēt fugit i egyptū magis q̄ in aliā terrā: vt oīderet se verū moysen: vt sicut moyses populū dei de

Hūilitatis pfecte ornamenta.

Fugi labores et difficultates.

B Curiū egyptū ⁊ Augu.

Chrisо.

pharaone et egypto liberans in terrā duxit ꝓmissiōis: ita ipe populū fideliū de diabolo et inferno liberās secū ad regnū duxit beatitudinis. Multa q̄dē bona cōsiderare potes in pñti negocio ꝛ materia. Primo considera quēadmodū dñs in sua ꝑsona circa ꝓspera fuscepit, etiam aduersa. Etenim in natiuitate sua magnificatus fuit a pastoribus tanq̄ deꝰ ꝛ parū post circūcisus tāq̄ peccator. Deide veniētes magi eū plurimū honorauerūt: ꝛ ipse nihilominꝰ in stabulo remanēs inter bestias stabat: ꝛ vt cuiusdā hom̄culi filius plorabat. Postea pñtatꝰ in tēplo symeō ꝛ ānā extulerūt q̄plurimū: ꝛ tūc ab āgelo dr ꝙ fugiat i egyptū. Et multa talia i vita sua poteris ꝓpēdere q̄ ad nr̄am istructionē possumꝰ retorq̄re. vñ Chrs. Misericors deꝰ mestis rebꝰ q̄dā ēt iocūda ꝓmiscet: qđ certe in sanctis oībꝰ facit quos neq̄ tribulationes neq̄ iocū ditates sinit habere cōtinuas: sed tū ex aduersis: tū ex ꝓsperis iustorū vitā q̄si admirabili quadā varietate cōtexi. Quod hic quoq̄ eū fecisse cōsidera. Uidēdo q̄ppe sanctus ioseph grauidā spōsam: in turbationē incidit maximā. Sed affuit repēte āgelꝰ suspitionē soluēs ꝛ timorē prorsus extinguēs. Deide videns puerū signo natū: maxia exultatiōe repletꝰ ē. Sz rursus huic gaudio piculū grāde successit: cū tota ciuitas turbarēt: ꝛ ipse rex fureret. Sed ꝛ hūc merorē rursus letitia subsecuta est: apparitiovez stelle: ꝛ adoratio magorū. Post hāc quoq̄ iocūditatē iterū piculū iterūq̄ formido. Querit herodes aiaz pueri ꝛ fugere necesse est ꝛ in longinqua ptrāsire. hec Chrs. Cū g̃ cōsolatiōnē habueris tribulationē expecta ꝛ ecōuerso. Uñ nec in cōsolationib⁹ debem⁹ extolli: nec i tribulationibꝰ frāgi. Dat ei nobis deꝰ cōsolatiōes ad spē subleuādā ne deficiam⁹: ꝛ tribulatiōes ad hūilitatē cōseruādā: vt cognoscētes nr̄am miseriā semp in suo timore stem⁹. Scōo cōsidera circa dei ꝓsolatiōes ꝛ bñficia: ꝙ q̄ ea ꝓcipit: nō ꝓcipiēti se ꝓferre nō dz: ꝛ q̄ nō ꝓcipit nō deiciat aio nec ꝓcipiēti inuideat. Nā ꝛ angelorū locutiones hēbāt ioseph ꝛ nō matri. cū tñ lōge esset ea inferior. Itē ꝛ qui ꝓcipit si nō ꝓcipit ꝓ suo velle: nō dz esse ingratꝰ vel murmurare: cū ēt ioseph q̄ tātꝰ erat apud deū: nō palā sed in somnis tales locutiones acciperet. Tertio ꝓsidera q̄liter deꝰ ꝓmittit suos ꝓsecutionibꝰ ꝛ tribulationibꝰ vexari. Et vere magna erat tribulatio matri ꝛ ioseph cū videret puerū iesum ad occisionē q̄ri. Quid enī grauꝰ audire poterāt? In hoc ēt tribulatio erat ꝙ in terram longinquam quam ignorabāt ꝛ ꝓ vias asperas eos ire oportebat cū essent inhabiles ad eūdū dña ꝓpter iuuētutē: ioseph ꝛo ꝓpter senectutē. Ipse ēt puer quē portare hēbāt: adhuc tenerrimꝰ erat. Peregrinari q̄z hēbāt i terra aliena: pauperes et q̄si nihil habētes. Oia enī ista sunt afflictionū materia. Tu q̄z cū turbarꝛ patiētiā habe nec credas tibi a deo ꝓuilegiū dari qđ nec sibi tribuit nec mri. Quarto ꝓsidera benignitatē dñi. Uides q̄ccito ꝓsecutionē patiꝛ ꝛ fugaꝛ de terra natiuitatis sue: ꝛ q̄ benigne cedit furori illiꝰ quē poterat in momento ꝓdere. Magna patiētia dñi sed nō minor eiꝰ hūilitas. Ille enī añ faciē persecutoris fugit: cui angeli ministrāt. Deus est: sz vt hō fugit herodē miserū q̄ refugiū est oiz. Profunda hec eiꝰ hūilitas ꝛ mira patiētia. Nolebat ꝓsecutori vicē reddere nec eū offendere: sed fugiēdo insidias vitare. In q̄ dedit nobis exēplū: vt et nos sic facere conemur. s. aduersantibꝰ vel ꝓsequētibꝰ nō resistere: vel de ipsis vindictā expetere: sz patiēter expectare ꝛ furori ipsorū cedere: ꝛ qđ plꝰ est: (vt alibi docet) ꝓ eis orare. Qr enī dñs ne occideret ꝑsulatꝰ est in egyptū sīḡt electos sepꝰ malorū ꝛobitate suis a sedibꝰ effugādos: vel ēt exilio dānandos. In quo ēt debilibus exemplū reliquit: ꝛ eos ad patiētiā cōfortauit. Nā q̄ fugit sacri fuit exempli: nō timoris: vt exēplū daret suis: maxie cū fuga ꝛ cōseruatio ꝓlati ꝓdest ecclesie, vt Pauli: ꝛ q̄n grex non periclitat de fuga ꝓlati. Moraliter per fugā istā in egyptum: significatur fuga iusti a periculoꝛ perditione peccati in statū penitētie vbi debet manere vsq̄ ad obitus herodis id est donec cessent impugnatiōes hostis. fugiebat quoq̄ dñs añ faciē serui sui: immo potius serui diaboli: nō q̄ mortē timeret: sed vt tempore congruo sustineret. Non enī fugit mortē qui mori venerat. nec insidias expauit: qui insidias ꝛ ꝑsutias diaboli aperire venerat. Portauit eū mater tenera ꝛ iuuenis valde: ꝛ sanctus ioseph multū senex in egyptū per viam siluestrē obscurā: nemorosam ꝛ inhabitatā ꝛ ꝓ viā etiā valde longā. Dr enī ꝙ ad iter cursoris sunt. xij. vel. xv. diete, ꝓ eis autem forte erat duorū mensium vel plurū. Iuerunt autē (vt dicit) per desertū illud per quod filij israel transierūt in quo ꝛ. xl. annis steterunt. Sed quomodo de victu secū portando faciebant? Ubi etiā ꝛ quomodo de nocte hospitabantur ꝛ quiescebant? Raro enī domos i illo deserto inueniebāt. Cōpatere ergo eis quia labor difficilis magnus ꝛ longus ꝛ tā puero q̄ ipsis: ꝛ vade cū eis: ꝛ adiuua portare puerum iesum ꝛ in omnibus quibus poteris exhibe eis ministeriū. Nō debet videri nobis labor penitentiā agere, ꝓ nobis ipsis ꝓ quibus labor tantus ab alijs et a talibus et totiēs est assumptꝰ. vñ Ansel. Noli in tua meditatiōe fugiētē in egyptū reliquere i comitatu. Inspiciat oculus deuotionis paruulū iesum dulces mām̄illas glorioseꝛginis matris dulciter sugentē ꝛ mām̄illas maternas filiali amore tractātē. Quidvisu iocundius

C Bona i xpi fuga quia dulcib⁹ miscet amara.

Chrisō.

Quod ioseph ꝛ nō mri nūciatū est.

D Tribulari iustos.

Etas ad fugā inhabilis.

Benignitas ꝛ patientia dñi.

E Electoꝝ exilia et eiectiones ac fugevtiles.

Moraliꝛ

Longitudo itineris et difficultas.

Ansel.

Quid delectabilius? Cerne illū q̄ imensus ē paruulis brachijs ad materna colla pēdentem: ꝛ dicas. Felix sū: felicior q̄ dū illū video quem reges optauerūt videre ꝛ nō viderūt. Dign⁹ ē visu: q̄ speciosus ē forma p̄ filijs hominū. Cogita ꝛ recogita q̄ animo ꝛ q̄ cogitatiōe tenebaꝫ illa dulcissima mater ei⁹ cū illū dñm tantū ac tātillū i brachijs suis exultās ꝛ leta teneret: cū ei vt infantulo gestiēti dulcib⁹ osculis ac frequētib⁹ cōgauderet: cū eū lachrymātem sup genua sua q̄bus poterat modulis ꝓsolaret: cū denicq; alijs atq; alijs studijs ad q̄ ipsa materna pietas informabat ei p̄ q̄litatū vicissitudinib⁹ sedula blandiretur. Jtē vlterius notandū ē q̄liter maria in via apprehensa est cū puero iesu a latrōibus. Opinare verū esse qđ ōr eū eē a latronibus ꝓprehensuꝫ in via: ꝛ adolescētuli cuiusdā bñficio ereptū. Erat is (vt dicūt) p̄ncipis latronū filius q̄ p̄da potus cū paruulū in matris gremio aspexisset tāta i ei⁹ speciosissimo vultu splēdoris maiestas apparuit: vt eū supra hoiem eē nō ābigens: incalescēs amore āplexat⁹ ē eū. Et o inq̄t beatissime paruulorū: si alīq̄ se tēpus obtulerit rursus miserēdi: tunc memētote mei: ꝛ huius tēporis noli obliuisci. Ferūt hunc latronē fuisse: q̄ ad dexterā dei crucifixus alterū blasphemātē corripuit dicēs. Neq; tu times deū q̄ i eadē dānatiōe es. Et nos q̄dē iuste: hic ꝙ nihil mali gessit. Cōuersus ꝙ ad dñm: eū in illa q̄ i paruulo apparuit. antuēs maiestate pacti sui nō imemor: memēto inq̄t mei dū veneris in regnū tuū. Jtaq; ad incentiuū amoris h̄ non inutile arbitror: vt opinione: remota oi affirmādi temeritate. Hec Anselm⁹. Herodes aūt cū magi q̄s estimabat p eādē viā regressuros ad eū nō reuerterent ꝛ nihil sibi renūciarēt putauit eos visiōe stelle ꝺceptos ꝛ erubuisse ad eum redire: ꝛ ideo cessauit a pueri inq̄sitione. Vl' tot ꝛ tātis occupatiōib⁹ regia cura distēdebaꝫ: vt a pueri inq̄sitione auerteret vl' impediret. Sed cū postmodū audiret q̄ in tēplo gesta essent q̄d Simeon dixerit: ꝛ q̄d anna ꝓphetauerit: tūc fama pueri nati crescēte turbat⁹ ex his magis timuit: ꝛ sentiens se illusuꝫ a magis ad ipsū nō redeū tib⁹: irat⁹ ē valde: tū ꝓpter sui cōtēptū: tū ꝓpter timorē amittēdi regnū: ideo de morte puerorū bethleemitarū tractauit: vt cū illis occideret ille q̄ incognit⁹ sibi fuit. Putabat eni q̄ si oēs pueri occiderent: vn⁹ quez q̄rebat euadere nō posset. Nō estimās infelix: q̄ nō ē cōsiliū: nō ē sapientia: nō ē prudētia ꝓtra dñm. Dum ergo de nece puerorū dispone ret p epistolā hortat⁹ est a cesare augusto vt romā veniret. Qui cū iter faceret p cilicia audiēs naues tharsēsiū magos trāsuexisse: iratus valde in spiritu vehemēti id est in ira cōburi ꝛ conteri fecit naues de tharso ci-

licie: q̄b⁹ magi credebant occulte rediisse ꝙ qđ dauid ꝓphetauerat dicens. In spiritu vehemēti cōteres naues tharsis. Et ō roma reuersus hierosolymā: misit speculatores et iussit occidi [oēs pueros q̄ erāt i bethleez inde ꝛ in oib⁹ finib⁹ ei⁹ et locis adiacentibus a bimatu ꝛ infra] id est biennes ꝛ minores etatis vsq; ad puerū diei seu noctis vni⁹ ꝙ tēpus qđ a magis de orta stelle exq̄sierat: vt nec i loco nec i tēpe celaret q̄ nat⁹ erat q̄ maxima pars tertio miliario a bethleem ad austrum sepulta est. Bimat⁹ spaciū duoꝝ annoꝝ ōr: a bis ꝛ imatos grece qđ est ann⁹ latine: ꝛ inde bimatus quasi bin⁹ ann⁹ appellaꝫ. vnde ōr bimus bima bimū: scz animal duorū annoꝝ ꝛ trim⁹ ma mū annoꝝ triū. Inter opiniones diuersas plurimū snia ꝛ vsitatior h̄et: q̄ herodes euoluto āno post xpi natiuitatē occidit infantes: ꝛ q̄ stellā eadez die qua nat⁹ erat dñs ortā didicerat: ꝛ ex ortū stelle dñz annis culū ꝛ insup aliquot dieruꝫ esse sciebat: ideo q̄ supra etatē ei⁹ vsq; ad bimos ꝛ infra vsq; ad vni⁹ diei seu noctis infantes deseuit pueros: timēs ne puer cui sydera famulabatur paulo supra etatē suā vel infra: speciē suam trāsformaret: vt etatē sui tēporis occ'taret. Sic ergo post annuꝫ ꝛ quatuor a natiuitate dñi dies verisimile est eū occidisse infantes. Tunc ipletū est illud Hieremie. [Uox in rama audita ē: ploratꝰ ꝛ vlulatꝰ] ꝛc. Rama nō ē hic ꝓprium nomē loci: sz ē hic nomē cōmune ac interpretat ꝛ sigt excelsuꝫ vt sit sensus. Uox in excelso audita est. i. lōge lateq; dispersa: q̄ multū exaltata circūquaq; diffundebaꝫ ꝑ sua magnitudine imensa. Multꝰ em̄ ploratꝰ ꝙtū ad fletū paruulorū: et vlulatꝰ quātū ad lamētū matrū ibi erat: vbi tot parentes tot hoies vtriusq; sexꝰ visa tāta crudelitate etiā si vellent voces cohibere nō poterāt. In paruulis aūt mors faciebat finē doloris in matrib⁹ vero semp per memoriā reparabatur ꝛ ideo dicit vlulatꝰ multꝰ. Uel in excelso audita ē q̄ de morte innocentiū mittebaꝫ quorū sanguis vsq; ad celos ꝑ iterfectores eoꝝ clamauit: ꝛm illud. Uox pauperis penetrat nubes. Cuius aūt bethleē, sit i tribu iuda orta de lya ꝛ hierꝫ in tribu beniamin orta de rachel: ploratꝰ rn̄ ōr rachel filios iude. i. bethleez quasi suos siue q̄ iuxta bethleez. i effrasit sepulta ac ratione sepulture ꝛ ex materni corpusculi hospitio nomē matris accepit ꝛ dicta ē maꝫ ipsius bethleez ꝛ habitantiū i ea: siue q̄ iuda ꝛ beniamin due trib⁹ iuncte ac vicine sibi ꝛ prime erāt: q̄ iuxta se hereditatem acceperāt ꝛ funicul⁹ fortis beniamin ꝓpe hierm̄ perueniebat: ꝛ herodes preceperat nō solū in bethleez: sed ꝛ in omnibus finib⁹ ei⁹ interfici pueros ꝛ p occisionez bethleez intelligim⁹ multos. rachel filios de bēiamin ꝑ victima fuisse occisos qđ euangelista

Bimatꝰ

Hiere. iij. ꝛ. xf. Roma.

Rachel.

Qūo in latrōes incide runt.

Lu. xxiij.

De nece puerorū

Raba. insinuat ad exaggerãduz scel⁹ herodis q̃ ex effrenata crudelitate ꝫ fecit. vñ dicit Rabanus. Crudelitas in nullo modũ tenuit. nõ ẽ cõtenta vastatione bethleem: sz adiacentia loca vastauit. Plorauit aũt [rachel filios et noluit cõsolari: qz nõ sunt]. i. de ꝫ q̃ nõ essẽt z sup hoc q̃ mortui erãt: qz ĩ eternũ victuros esse sciebat. Rachel q̃ ouis vl' vidẽs p̃cipiũ dr ecclesiã significat: cui⁹ tota intentio vt deũ cõtẽpletur inuigilat z ipsa est ouis cẽtesima quã pastor in humeris ad caulas reportat. Hec g̃ filios suos plorauit: qz p̃ psecutione fidelium gemit. Nõ vult aũt cõsolationẽ recipere de hoc qz nõ sunt. i. qz nõ sunt mortui vt qui vicerũt seculum morte rursus ad seculi certamia secũ tolerãda redeãt iterũ pugnaturi sz gaudet poti⁹: qz feliciter sũt z regnãt cũ christo p̃ martyriũ coronati. Plorat ergo ecclesia bonos vt martyres: qz videt eos iuste cruciari: sz qz scit illos beatos nõ vult tẽporaliter: sz eternaliter consolari. Plorat in sup etiaz malos vt ipenitẽtes: qz videt eos damnari: z qz videt illos irremediabiliter perditos nõ vult consolari. ¶ Ubi sciẽdũ q̃ triplex est gen⁹ martyriũ: quidã em̃ patiuntur voluntate z actu: vt stephan⁹: q̃dã volũtate nõ actu: vt euangelista iohannes: tertij nõ voluntate sz actu: vt innocentes in q̃bus christus cuius vice mortui sunt: suppleuit si q̃d defuit voluntatis. Uñ ordinauit eoz festa post natiuitatẽ dñi fm maiorẽ martyrij dignitatẽ. Primo stephani. Secũdo iohãnis. Tertio innocentũ. Nam dilect⁹ ecclesie christus / cãdidus ĩ iohanne: rubicũd⁹ ĩ stephano. elect⁹ ex milib⁹ in innocẽtibus. Innocentes ergo z si vsum nõ habeãt z sic testificari nõ poterãt christus tamẽ cuius vice mortui sunt suppleuit si q̃d defuit voluntatis: ipsi aũt nõ loquẽdo: sz moriendo testificati sunt. Laxato igit vocabulo martyres christi. i. testes dicuntur. quos enim testes latine dicimus: grece martyres appellãtur: nõ qz proprie testes christi sũt: qz nec p̃ fide christi nec p̃ iusticia occubuerũt: sz qz p̃ fide christi. i. loco christi occisi sunt: qz in eoz numero christus q̃rebat occidi in q̃ eũ z q̃ nõ loquẽdo tamen moriẽdo sunt cõfessi. ¶ Multis vero de causis põt q̃s martyr fieri: scz pro iusticia: vt abel / p̃ lege dei: vt machabei. p̃ assertiõe veritatis: vt Esaias z Hieremias p̃ argutiõe peccati: vt Johãnes baptista. p̃ salute populi: vt christus. p̃ fide z nomine christi: vt stephan⁹. p̃ libertate ecclesie: vt Thomas. pro christo seu loco christi: vt hi pueri. Uñ ecclesia p̃ his pueris solennizat q̃ius ad iferos dscenderũt: z ob hoc quedã cantica letitie pretermittuntur. vñ Chrisostom⁹. In bethleem omnes occidunt infantes q̃ dum innocenter p̃ christo moriuntur primi christi martyres extiterunt: z perfecte laudis martyriũ cõsequuntur. vñ nõ immerito infantes illi beati per ola extiterũt q̃ primi mori p̃ christo meruerunt. vñ z Augustinus. O paruuli beati modo nati: nunc̃ tẽptati nondũ luctati: iaz coronati. Et iterũ. Nunc̃ prophan⁹ hostis beatis paruulis tantũ p̃desse potuisset obsequio quãtũ profuit odio. Nã quantũ p̃tra eos iniquitas abũdauit tantũ gratia diuine bñdictiõis effulsit. Et dũ insequit christũ regi nostro coeuũ: p̃curauit exercitũ stolis victricib⁹ candidatũ. hec Augustin⁹. Cõsidera hic quomodo Christ⁹ adhuc infans tenerrimus iã cepit pati in se z suis: z vehemẽter ei cõpatere si qua i te sunt viscera pietatis. vñ Anselm⁹. Sed z tenella ꝫ Christe tua infantia a psecutorũ gladijs tuta nõ fuit. Adhuc em̃ inẽ dulcia matris vbera sugẽs depende bas quãdo apparuit ãgel⁹ i somnis Joseph dicẽs. Surge z accipe puer̃ z matrẽ ei⁹ z fuge in egyptũ z esto ibi vsq̃ dũ dicaz tibi. Futurũ eni est vt herodes q̃rat puerũ ad pdendum eũ. Jaz extunc bone Jesu pati cepisti. Nõ solũ aũt illã aie infantie vexationez in teipso ptulisti: sz etiã mortẽ in pusillis tuis: quorũ multa milia inter mãmillas matruz p̃ te Herodes trucidauit imitatas excepisti. hec Anselm⁹. In rege herode crudelitas im piorũ existimãtiũ martyr̃ cede posse religio nẽ christianã extinguere z i occisiõe paruulorũ cũctor̃ martyrũ q̃ paruuli. i. hũiles z innocẽtes occisi sunt ab impijs forma p̃cessit. Sed nõ sic religio in christo fundata extinguit: qz vt Leo ait. Nõ minuit psecutiõibus ecclesia: sz auget. vñ fm Bedã z Ber. Herodiana malitia z babylonica crudelitas ẽ nascẽtẽ velle religionẽ extinguere z paruulos israelis allidere. Si q̃s em̃ q̃d ad salutẽ pertinẽs: si q̃s religiõis z sanctitatis ortũ vl' p̃fectũ vel cõsummationẽ impedit vel psequit talis plane cũ egyptijs paruulos israelitici germinis necare conat: imo cũ herode nascẽtẽ saluatorẽ pseq̃t. Qõ ãt nato dño psecutio cepit significat p̃ oẽ tps vite p̃sentis nõ deesse futuros q̃ electos dei psequerent: sicut dñs in euãgelio ait. Si me psecuti sũt z vos psequent. Et apostol⁹. Oẽs q̃ pie volũt viuere in christo psecutionẽ patiunt. Qõ ꝫo pueri p̃ dño occisi sunt significat p̃ hũilitatis meritũ ad coronã martyrij eẽ veniendum: qz vt ait dñs. Qui se hũiliat exaltabit. puero z enim innocentia hũilitatẽ significat simpliciuz de q̃b⁹ dñs ait Sinite paruulos venire ad me: taliũ est eni regnũ celor̃. Qõ aũt occisi sunt: sed christus euasit: insinuat corpora martyrũ ab ipijs posse perimi: sed xp̃m p̃ quo psecutio seuit nullaten⁹ posse a fidelib⁹ auferri. siue ei viuim⁹ siue morimur dñi sum⁹. ¶ Moraliter occidũt pueros multos z multiplicit pharao submergendo: herodes detrũcãdo: ãtioch⁹ suspẽdendo: medi sagittãdo. In flu-

Exẽpli. quinto. Innocẽtes habendi martyres.

Martyruz gen⁹ triplex.

Martyrij fit multis ꝺ causis

Chriso.

Augu.

Ansel.

R Herodis imitatores.

Leo. Beda. Bern.

Johan. xv. Apls. ij Timo. ij Luc. xiij

Mar. x. Roma. xiij.

Moraliter.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

mine submergēte significatur delectatio presentis voluptatis. In gladio detrūcāte inflictio pñtis aduersitatis. in sagitta de lōge pcutiēte timor future asperitatis. in suspēdio spes siue ambitio future ꝓsperitatis. Sic ḡ diabolus q̄ pharao. i. dissipans ꝑ inuidiā: q̄ herodes. i. gloriās ꝑ supbiā. q̄ medus. i. mē surās. s. culpe penā ꝑ malā intētionē. q̄ antiochus. i. silētiū pauptatis ꝑ fraudulētiā. pauptertatem eīm celat⁊ diuitias suggerit. hic occidit pueros ꝑm quatuor affectiones q̄ sunt gaudiū pñtis ꝓsperitatis ⁊ spes future. tristitia pñtis asperitatis ⁊ timor future. Et est notabile q̄ iterficiunt pueri in q̄ stultitia: in bethleē in q̄ abūdātia. a bimatu ⁊ infra in q̄ supabūdātia ⁊ hoc ꝑpatiēdo luget ecclesia. Cū aūt Maria ⁊ ioseph cū puero Jesu intrarēt egyptū oīa idola illi⁹ ꝓuincie in remplis suis corruerūt. sicut ꝑ Esaiā fuerat ꝓphetatū. Tradūt eīm q̄ sicut in exitu filioꝝ isrl̄ de egypto nō fuit dom⁹ egyti in q̄ deo ꝓcurāte nō iaceret mortuū primogenitū: ita nec mō fuit tēplū in egypto in q̄ nō corruisset idolum. Sicut ⁊ ante archā dñi corruit dagon idolum cū archa approꝑinquasset ad ipsum. Spūaliter etiā corruūt vitia ingrediēte dño domū cuiuscūq; pri⁹ desertā ꝑ pctā. vt etiā ꝺr in scholastica hysto. q̄n hieremias in egypto ꝑ captiuitatē duct⁹ fuerat ꝓphetauit eis q̄ i futuro q̄dā ṽgo paritura eēt: ⁊ tūc oēs dīj ⁊ oīa idola egypti ruerēt. Egyptij ḡ imaginē ṽginis cū puero sculpebāt⁊ sibi honores exhibebāt. Hec aūt ꝓphetia mō q̄n xp̄s cū mr̄e intrauit egyptū est ipleta: nā oīa idola egypti corruerūt⁊ ṽginē (sicut ꝑdictū fuerat) peperisse indicauerūt. Hoc idē ꝑfiguratū fuit i moyse ⁊ pharaōe in cōtractiōe dei sui Hamonis ⁊ corone. Ut eīm in scholastica hysto. dicit̄ pharao rex egypti coronā regalē habebat i qua imago dei sui Hamonis egypti sculpta fuerat. filia ḡ pharaonis q̄ moysen puerū i filiū adoptauerat postea quadā vice decreuit: vt eū pharaoni regi vidēdū ꝓberet. Cui pharao alludēs coronā suā imponebat quā ille in terrā ꝓiciēs penit⁹ ꝑfringebat. Et cū eum occidere voluisset dixerūt q̄dā q̄ puer hoc ex insipiētia fecisset. Moyses nutu dei saluat⁹ ē a nece pharaōis: sic xp̄s nutu dei saluat⁹ est de gladio herodis. Moyses natus ē vt filios israel educeret de egypto. xp̄s hō fact⁹ est vt eriperet nos de inferno. Moyses deū regis egypti cū corona ꝑfregit: xp̄s oīa idola egypti ⁊ deos in nihilū redegit. Hāc ruinā idoloꝝ illa statua ꝓtēdebat quā ex nabuchodonosor i somno videbat. De mōte aūt sine manibus q̄dā lapis est abscisus ⁊ in pedes illi⁹ statue seu imaginis ⁊ idoli est illusus. Cōtriuitq; eā ⁊ in puluerē redegit ⁊ postea idem lapis in mōtē magnū excreuit. Lapis ille significat xp̄m q̄ abscisus est de mōte sine manibus: q⁊ natus est de maria sine tactib⁹ maritalib⁹. Lapis iste. s. xp̄s ꝓtriuit in egypto oīa idola de quacūq; erāt materia. Et ꝑfracta statua lapis ille in montē magnū excreuit: q⁊ destructa idolatria fides xp̄i ꝑ totum mūdum inoleuit: ⁊ xp̄s creuit in mōtem talē ⁊ tātū q̄ summa immēsitate repleuit tā celū q̄ mūdū. Per trāsitū dñi i egyptū ꝓpter pscutionē herodis significat⁹ fuit trāsit⁹ apostoloꝝ ad gētes ꝓpter pscutionē eis motaz a iudeis. Per reditū aūt eius i iudeā defuncto herode significat̄ illuminatio iudeorum in mūdi finē. vñ ꝑm Remig. Per ioseph desi gnant̄ ꝓdicatores: ꝑ puerū fides ⁊ notitia salu atoris: ꝑ Mariā ecclesia ⁊ sacra scriptura: ꝑ persecutionē herodis pscutio facta a iudeis: ꝑ fugā ioseph in egyptū trāsit⁹ ꝓdicatorū ad gētes ad q̄s fidē xp̄i ⁊ ecclesie tulerunt relicto herode. i. iudeoꝝ infidelitate. ꝑ tps aūt quo fuit i egypto spatiū tpis ab ascensione dñi vsq; ad aduētū antixp̄i ꝑ obitū herodis extinctio iuidie i cordib⁹ iudeoꝝ in fine. Tūc itaq; dñs in egypto ignorātie tenebras effugauit ⁊ idoloꝝ vanitate discussa dei veri cultū veneratiōnēq; reparauit. Ubi ignis ſ dei succēsus intātū excreuit q̄ etiaz deserta eius repleuerit. Dñi eīm pśentiā postmoduz heremus egypti meruit vt paradiso melioꝛ et celo clarioꝛ effecta videret. vñ Chrisо. De niq; si q̄s nō ad egypti veniat solitudines paradiso prorsus omnem illam videat heremum digniorem et innumerabiles angelorū cetus in corporibus fulgere mortalibus. Est eīm cernere tota illa regione diffusuz exercitū xp̄i ⁊ admirabilē illū regiū gregē virtutūq; celestiū ꝙuersationē i terris micātez Nō ita varijs astroꝝ chorīs celū refulget vt egypt⁹ inumeris monachoꝝ distinguit̄ atq; illustrat̄ habitaculis. Noctes q̄dē sacris hymnis ⁊ vigilijs. dies ṽo oꝛonib⁹ manuūq; operib⁹ exercēt aplice curſū ṽtutis imitantis. hec Chrisо. Juerūt ergo ad quādā cuitatē thebaide que vocat̄ heliopolis ⁊ ibi aliquā domū culā cōducētes habitauerūt ꝑ septez annos tāq; aduene ⁊ peregrini pauperes ⁊ egeni. Sed vñ et quo isti tāto tpe viuebāt nūq̄d mēdicabāt? Legitur aūt de dña q̄ colo ⁊ acu q̄rebat sibi ⁊ filio necessaria. Suebat ergo ⁊ filabat dña mūdi pro pcio pauptatis amore ⁊ zelo. O quot ⁊ quāte hmōi advenis fiebāt iniurie quas dñs vitare nō venit sed suscipere. Quid etiā si aliq̄n filiꝰ famē patiens panē petijt nec vñ daret mater habuit? Nōne in his ⁊ similib⁹ totaliter concutiebāt viscera eius. Cōsolabat̄ verbis filiū ꝓut poterat: ⁊ nihilomin⁹ opere victū ꝑcurabat ⁊ sibi forte aliq̄n de victu substrahebat vt filio reseruaret. Et si ex ope manuum oportebat quererevictū. q̄d dicemus de vestimentis: quid de vtēsilibus scz lectis ⁊ alijs

Remig.

W. Chrisо. De egyptiparti bus.

Heliopolis.

Maria operosa

Idoloꝝ casus.

Esa.ij. Idola penitus ꝓterent.

Moral⁹

Virgo a Hieremia predicta.

Corona pharaonis.

Hamon

Danie. ij. Lapis abscisus sine manibus.

ifra domuz oportunis. Nūqd duplicia? Nū qd supflua? Nūqd curiosa inhēbat? Necc̄tra pauptatē sūt et hec si habere posset nollet ea pauptatis amatrix. Sed nunqd dña suēdo vel alia opera faciēdo faciebat more quozūdā opera curiosa? Absit. Est em̄ perituloſū z valde magnū vitiū ꝓpter multa de quo latiꝰ dicet infra. Cōſpice nūc dominam in laboribus z opib⁹ ſuis filādo ſuēdo texendo ſolicitā quō facit ea fideliter atq; hūiliter cū diligētia habēdo z nihilominus ſup filio ſuo z gubernatiōe domus curā diligētiſſimā habēdo vigilijſq; z oſonib⁹ iuxta poſſe ſemper itēdēdo z toto affectu cōpatere ſibi z cōſidera q; nō habuit omnino gratis regnū dei domina regni. Sed z ioſeph ſanctus faber lignariꝰ aliqd opaꝝ in arte lignaminis. Uñ qz cōpaſſionis occurrit materia tādē cū aliquā morā cū eis cōtraxeris pete recedēdi licentiam z benedictione accepta primo a puero ieſu: deinde a matre: poſtea a ioſeph genib⁹ flexis z cū lachrymis cōpaſſiōe magna vale facias eis: qz tāq; exules a patria ſine aliqua cauſa z exbāniti remanent ad peregrinādum ibidem per annos. vij. in ſudore vultus ſui victuri. Oratio.

O Omine ieſu xp̄e qui adhuc infans ꝓſecutiones z exilia pati z infantes tūc ꝓ te occidi voluiſti: da mihi miſero hec oia ac etiā mortē ſi opz ꝓ te patiēter tolerare cūctaq; ꝓſpera mūdi deſpicere z nulla eiꝰ aduerſa formidare. Et vos o ſctiſſimi innocētes flores z p̄mitie martyrū q; p innocētiā z martyrij palmā dei filio infāti adheſiſtis: dignemini de plenitudine gr̄e z innocētie vr̄e infirmitati z miſerie peccatorum meoꝝ veniam z gratiam ab eodem dei filio benigniſſimo obtinere. Amen.

De reditu dñi ex egypto: et initio penitētie iohānis baptiſte. Corresp̄odet euāgelio. Defuncto hero de ecce angelus dñi ꝛc. Capi. xiiij.

A Mat. ij.



Completis autē fere septē annis q̄b⁹ dñs peregrinat⁹ est in egypto z hero de mortuo vocat⁹ est dñs ex egypto: qz sicut dicit in hystorijs triceſimo āno regni herodis nat⁹ est christus. z xxxviij. anno regni ſui mortuus est herodes. Hoc aūt factū ē vt ꝓſecutiue adimpleret q̄ dictū est a dño p Oſee ꝓphetā. Ex egypto vocaui filiū meū. ſ. cōſubſtātialem. Hoc aūt de vocatione z exitu iſrael de egypto ad literam legitur qui etiaz quādoq; puer z filius a dño appellat. Iſta g̃ autoritas hz duplicē ſenſum Iſrael: qz verificata est ad lr̄am de populo iſrael vocato a dño de egypto ꝓfectꝰ tñ de dño nr̄o ieſu xp̄o qz ip̄e est filiꝰ dei naturalis. aliij aūt ſunt filij p adoptionē. Primo g̃ anno archelai ſenioris filij herodis. z āno dñi octauo [apparuit āgelꝰ dñi ioſeph i ſomnis dicēs ei. Tolle puerū z mr̄em eiꝰ z vade i terrā iſrael]. ſ. in iudeā [defuncti ſunt em̄ q̄ q̄rebāt aiam pueri]. i. vitā corporalē. ſ. herodes z cōplices eiꝰ: z fautores in mortē dñi. ſ. ſcribe et phariſei. Qz hz ioſephū. Herodes p̄cepit in morte ſua plures de nobilib⁹ iudeoꝝ iterfici vt ſic cogeret iudeos q̄ eū oderāt, flere i ſua morte. vel herodes mortuꝰ ē ad lr̄az alij q̄ ad ptātē. Ex h̄ g̃ loco ſcōm Hiero. intelligim⁹ nō ſolū herodē ſed et ſacerdotes z ſcribas eodē tēpore necē domini fuiſſe meditatos. Ut aūt ait Remigius. Per hoc q; āgelus in ſomnis ioſeph apparuiſſe dicitur miſtice deſignat q; illi qui a curis terrenis z ſecularibus negocijs requieſcunt perfrui angelica viſione merent. Igitur ioſeph [cōſurgēs] tanq; ꝓptus obediēs [accepit puer̄] tanq; nutritꝰ ſolicitꝰ [et matrē eiꝰ] tanq; comes obſequioſus z ccepit redire [in terrā iſrael.] Uadunt ergo z tranſeunt per deſertum per quod venerūt. Uade z tu cum eis auxilium z ſeruitiū exhibens z impendens ipſis in quibus poteris. Et in ipo itinere poteris ꝓpati eis z reſpicere ipſos fatigatos et labore deuictos: z tā de die q̄ de nocte parū quietis habētes. O q̄tū puer egregiꝰ ac delicatꝰ rex celi z terre ꝓ nobis laborauit z quācito ceperit. vñ et ꝓpheta in eiꝰ ꝓſona p̄dixit. Pauper ſum ego z in laboribus a iuuētute mea. Penurias magnas labores arduos. z afflictiones duras corporis cōſtātiſſime aſſumpſit z ſeipſum q̄ſi odio ꝓ amore nr̄i ſe habuit. Certe ſolꝰ hic labor de q̄ nunc tractamus ad plenā redēptionē noſtrā ſufficere debuiſſet. Dicitur autem q; ꝓpe finē predicti deſerti iam puer iohannes bapti. penitentiam agere ceperat cū tñ nullum peccatū haberet qz ōz petiſſe deſertū dum septē annoꝝ eſſet: z q; locus iordanis vbi baptizauit ipſe iohannes est ille vbi trāſierūt filij iſrael quando venerunt de egypto per ipſum deſertū ꝓpe quē locū in eodem deſerto iohānes fecit penitētiā. Predicator penitētie futurus quāto citius potuit aſpa ſolitudinis elegit z petijt. vbi primeuam etatem trāſegit: vt viuens in deſertis vitam auſterā duceret: z ab amore z illecebris mundi z ſez auditores ſuos ſuſpēderet facilius z reuocaret: z vt ibi cōtēplationi vacaret liberꝰ diuinā ſapientiam hauriendo quam poſtea effudit predicando. Bonum est igitur eius exemplo ab adoleſcentia iugum dñi portare z dū natura tenera est bonis ſe aſſueſcere et in predicandis autores actu precedere. Ex

Oſee. xij.

Herodis crudelē pcep tum.

Remigius.

B Labores xp̄i a iuuentute.

Pſal. xxxvij.

Johan. bap. penitentie locus.

Treno. iij.

C Deserti cōmendatio.

quo sumit argumētū q̄ anteq̄ quis pfectus fuerit alioq̄ magisteriū obtinere nō debet. Manebat iohānes in deserto vbi est aer prior celū aptius z familiarior deꝰ vt q̄ nōdū baptismi z predicatiōis tempus aduenerat vt orationibꝰ vacaret et cū angelis conuersaretur: z extra multoꝝ maliciā nutriret: z ne minem vereret arguere nihil sibi pscieꝰ z esse fide dignius q̄ xp̄z erat p̄dicaturus: z de ipo testificaturus. Nemo enim alterius testis esse potest idoneꝰ nisi prius fuerit suus. Fugit igit turmas z tumultū populi ne exicohabitatiōe ptraheret ifamiā vel vita aliquam maculam scādali vel delicti. Qui si in mūdo māsisset forte malitia z puersatiōe hoim deprauatus fuisset. Mundum itaq̄ fugit: vt sanctitatē suā custodiret z ne leui saltē ꝙbo vel peccato vitā macularet. Nā ſm Chriſo. Sicut impossibile est arborē iuxta viā positā fructꝰ vsq̄ ad maturitatē seruare sic hoChriſo. de mundo puertente. minē iuxta mūdū positū vsq̄ in finē vite innocētiā custodire. Sūt aūt quedā arbores q̄ hz i horto sint plātate ita q̄ ad stipitē trāseūtes nō possunt attingere tamen ramos suos pviā expādūt: z ideo molestātur a trāseuntibus sic est de religiosis in negocijs secularibus seꝝplicantibꝰ. Excellēs valde z mirabilis est puer iste iohānes. Jp̄e em̄ fuit primꝰ heremita ac p̄ncipium z via religiose viuere volētiū. De cuiꝰ singulari puersatione Petrus rauēnas ita scribit. Infra teneritudinem annoꝝ beatꝰ iste puer spiritu ducēte ad heremū ductus est. Nec obstitit etatis infirmitas quā maiestas dñi fecūdauit. Relict iohānes mūdū: hoies fugit: patriā nescit: parētes aspernatur: z in solius diuinitatis apicē beate cōtēplatiōis figit obtutꝰ. Mira rerū cōuersatio hoiez vix mūdū ingressuz mūdi gloriā fugere z seculi cupiditates non solū obliuisci ſz̄ nescire ꝑpetuū cū diuinitate stabilire z sortiū. Recessus mōtiū siluarū anfractꝰ z valliū subteriacēs vastitas puero patriarche domicilia cū nox coegerat p̄buerūt Sic iohānes etatz supgressus infātiā z nobiliozis gñis generositatē oblitꝰ soli vacat diuinitati: forma vite monachoꝝ ꝓpositū anachoritaq̄ p̄ncipiū: totiꝰ religiōis assertio. Uñ et Chriſo. Sicut sacerdotū p̄ncipes sunt apli Johannes baptiſta est sic monachoꝝ p̄nceps iohānes baptista est q̄tū tradit hebreoꝝ scriptura z vsq̄ hodie in memoria est. Cōsiderate monachi dignitatē vestrā iohānes p̄nceps vre ē dignitatis. Jp̄e monachꝰ statim vt natꝰ est in heremo viuit: in heremo nutrit: xp̄m expectat in ſsolitudine nō vult cū hoibꝰ puersari: in heremo cuz angelis pbat: feliz ista puersatio despicere hoies: angelos q̄rere: vrbes deserere z in solitudine xp̄m inuenire. Christū nō q̄rebat in templo: sed in deserto. Separauit se a multitudine. Oculis expectātibus xp̄m nil aliud dignū est aspicere nisi xp̄m. felices sūt q̄ imitant iohānē quo maioz inter natos mulierū nō fuit. hec Chriſo. Jnfelices ergo monachi sunt qui iohānē principē suū nō sequētes solitudinē suā deserunt z in vrbibus cū hoibꝰ cōuersant quibꝰ solitudo carcer est z oppidū paradisus. Nō sicut Hiero. sentiebat q̄ dicebat. Uideant alij q̄d sentiant: vnuſq̄sq̄ em̄ sensu suo ducit: mihi oppidū carcer est z solitudo paradisus. hec Hiero. Agnoscat g̃ monachus nomē suū. monos em̄ grece vnus latine: z achos grece tristis latine ꝺr inde monachus q̄si vnꝰ z tristis iterp̄tat. Sedeat solꝰ z tristis z officio suo vacet alienūq̄ officiū nō vsurpet. Qui tñ si docere vult audiat cōsiliū hugonis q̄ dicit. Utilitas habitus tui z simplicitas vultꝰ z sanctitas cōuersationis tue docere ꝺebēt hoies. Melius fugiēdo mūdū doces q̄ sequēdo. Qui ēt scōm cōsiliū gregorij reuerētiā sui habitus in actu: in cogitatione: in locutione semp circūspiciat: vt eos q̄ mūdi sunt pfecte deserat. z quod oñdit humanis oculis: habitu hoc añ dei oculos moribus p̄retendat. Nō ergo glorieris q̄ in solitudine vel religione sis aut longo tp̄e fueris nisi in ea bñ vixeris: q̄ nihil tibi ꝓderit: immo magna dāna pateris si heremita vel religiosus vocaris z vitā nō agis. Ut em̄ ait Hiero. Nō hierosolymis fuisse: sed hierosolymis bñ vixisse laudandū est. Uñ Augusti. ad fratres heremitas. Nō em̄ satis ꝓdest q̄ istū locū expetiuimꝰ si tales simꝰ q̄les i seculo esse poteramus. Nūq̄d nobis habitatio huius secreti aliq̄d ꝓdest q̄n tyrannico dñatu malitia i nobis regnat: q̄n ira supeq̄tat: q̄n maiorē nobis victoriā humanus oculus q̄ diuinus inducit: q̄n laudabiles heremite extra mūdū nos esse credimus: et p diuersarū passionū vitia mūdū intra nos inclusum tenemus: ita vt q̄ putabamus nos p̄cibus nostris seculo ipsi succurrere. pene necesse sit vt videamur magis seculi intercessoribꝰ indigere. Dubiū q̄ppe nō ē q̄ illa aia q̄ cōcupiscentia voluptatū possessa efficit: mūdane cōuersationis nō possit effici regnum diuinitatis. Jdeoq̄ fratres videte vocationē vestrā. Uenire q̄dē ad heremū summa pfectio est: sed nō pfecte i heremo viuere sūma dānatio est. Quid em̄ ꝓdest si locꝰ corꝓaliter q̄etus teneat: et inq̄etudo i cordeversetur? Quid iquā ꝓdest si in habitatiōe silētiū in habitatoribus sit vitioꝝ tumultus z colluctatio passionū: si exteriora nra serenitas teneat z interiora tēpestas. Nō em̄ ideo ad locū istū venimꝰ vt nobis mūdus famuletur: vt rebus omnibꝰ abūdantes oi quiete fruamur nōvtiq̄ ad requiē: nec ad securitatē: sed ad pugnā huc venimus: ad agonē processimus: ad exercēda cū vitijs bella ꝓperamꝰ: vt lingue gladio retūdamur: vt nō solū nō inferamus iniurias

Hiero.

E Monachi nomē et q̄lis sit vita.

Hugo.

Hiero.

Augu.

sed nec statim sentiam⁹ illatas. hec Aug. Sz heu pauci hodie religiosi reputunt q̄ de bono in meli⁹ pficiūt: z de vtute i vtutem ascēdūt.

F Bern. ō vñ Bern. Multo faciliꝰ repies multos securo mo lares puerū ad bonū q̄z vnū ō religiosis trāf nachoꝝ ire ad meliꝰ. Rarissima auis i terris ē q̄ de pfectu. gradu quē i religiōe semel forte attigerit vl parū ascēdit. Aut ascēdas necesse ē: aut descēdas si attētas starevt ruas necesse est. Et iterū. Minime p certo ē bonꝰ q̄ melior eē nō vult. z vbi icipis nolle fieri melior ibi desinis

Redi= tus xpi. eē bonꝰ. hec Bern. ¶ Joseph aūt z Maria cū puero Jesu trāseūtes iordanē venerūt i trā isrl̄ ꝑm āgeli iussionē. Nō em̄ determinauerat angelꝰ in q̄ loco terre isrl̄: nec noluerat terre aliquā ciuitatē determinate vt dubitā te ioseph iterū reuerteret. z ex reuersiōe āgeli istruēt eū de loco ioseph ex frequētiori visitatiōe āgeli z locutiōe cū eo certior redderet z magꝭ ꝓsolaret. Qō iesus i patriā suā reuerteret: nos q̄z i patriā nr̄az festinare āmonet. [Audiēs] vo ioseph [q̄ archelaꝰ] filiꝰ herodis senior regnaret i iudea ꝓ suo pr̄e timuit illuc ire ꝓ archelao paterne crudelitatis heredē: q̄ ille tāq̄ ꝑncipalis magis ꝓ pr̄e zelabat: z oīs ipet⁹ pſecutiōis i bethleē eiusq̄ finiḃ⁹ deseuiebat. Judea aliq̄n accipit ꝓ tota terra. xij. tribuū. vt ibi. Not⁹ i iudea deꝰ. Ali

Judea Psal. lxxv. q̄n ꝓ sola trā trib⁹ iude: vt ibi Judea z hierusalē nolite timere. Aliq̄n ꝓ terra duaꝝ tribuū. s. iudez bēiamin: vt hic ōr: q̄ archelaꝰ regnauit i iudea. Diuisum ḡ erat regnum z iā a plurib⁹ regebat. Ad cuꝰ euidētiā ē sciē dū q̄ ꝑm opinionē magis ꝓbabilē herodes

S Herodz testamē tum z filij. moriēs ꝓdidit testamētū in q̄ ordinauit archelaūfiliū suū regni sui successorem ita tñ q̄ coronā sibi nō imponeret nisi ꝑ romanū imperatorē. Ad sumēdū igit dyadema romam venit: sz z fratres eiꝰ duo. s. herodes antipas z philippꝰ q̄ cū ipso post mortē pr̄is supstites erāt: q̄ alios tres filios scz antipatrū suum primogenitū z alexandrū z aristobolū pater ante mortē suū miserabilē necauerat etiam romā venerūt z paterne hereditatis ptē petierūt. Tādē ipator z senatꝰ romanoꝝ volen

Diuisio iudee. tes frāgere iudeoꝝ supbiā z auferre eis rebellādi occasionē: abstulerūt eis regiū nomē z diuiserūt regnū i q̄tuor ptes. s. tetrarchias q̄rū duas. s. iudeā z abilinā dederūt archelao filio seniori: ktiā vo. s. galileā z regionez trāsfluētē dederūt herodi antipe sub q̄ iohānes est decolatꝰ: z dñs passus: sz q̄rtā scz ytureā z traconitidē regionē dederūt philippo cuiꝰ vxorē abstulit ipe herodes ātipas fr̄ eiꝰ. Et sic archelaꝰ erat dyarcha: sz alij duo fuerūt tetrarche. Adhuc aūt ꝑter herodē ascalonitā z herodē ātipā: supradictꝰ ēt ktiꝰ herodes. dictꝰ agrippa filiꝰ aristoboli filij herodis ascalōite fuit q̄ Jacobū fr̄ez iohānis gladio occiditz petrū icarcerauit. Et q̄ archelaus fuerat a pr̄e quātū in se erat in toto regno iudeoꝝ substitutus: ideo magis fauebat factꝭ a pr̄e ꝓpter qō ioseph timuit ire in iudeam [et ām̄onitꝰ in somnis] ꝑ angelū iuit cū puero z matre eiꝰ in galileā vbi dñabat alius filius scz herodes q̄ ꝑ portione sibi debita a patre quātum in se erat ante priuatꝰ fuerat ꝓpter qō ioseph ibidē cū puero securiꝰ mansit q̄ z ipsa terra isrl̄ erat: q̄z eā isrl̄ incolebat. [Et veniēs habitauit in ciuitatē que vocat nazareth] vt ibi xp̄s nutriret vbi fuerat cōceptus: lz in bethleem fuerat natꝰ ibi em̄ securiꝰ habitare poterat q̄z in hierusalē vel bethleē vbi archelaus manebat. vñ Chri

Chriso. soſto. Uenit igit iesus i nazareth nō solū pericli timore verūetiā patrie amore cogēte scz vt securiꝰ ibi habitaret z gratiꝰ. hoc aūtē factū est [vt adimpleret qō dictū ē ꝑ ꝓphetā q̄m nazareꝰ vocabit] ly vt tenet ꝓsecutiue nō causaliter: q̄z ꝓphetia nō est causa euētꝰ rei: sed euētꝰ est causa impletiōis ꝓphetie. Na

ly Nazareus. zareꝰ aūt xp̄s est nūcupatꝰ: tā ex loci appellatiōe vbi ꝓceptꝰ est z nutritꝰ q̄z ex sacramēto legis ꝑm quā nazareꝰ sanctꝰ iterp̄tat: z dominū oēs scripture sanctū dicūt z testāt. Sicut ergo elegit locū vbi nasceret: sic z ciuitatē in qua coadolescēs nutriret: cuiꝰ nomen est indicio qō essentialiter ipse fons sanctitatis in sctitate nutritꝰ: sctūs sanctoꝝ q̄si nazareus nazareoꝝ recte ōr. Nazareth em̄ flos

Nazareth. cāpi vel germē nouellū vel sctitas iterp̄tat: de cuiꝰ radice germinis sctūs sctōꝝ. i. nazareus a scēdisse legit. Uñ z ex hoc q̄ xp̄s dictꝰ est nazareꝰ discipuli eiꝰ z xp̄iani priꝰ cōi noie cōsueuerunt' nazarei vocari: sed postq̄ petrus antiochenā sedē tenuit cōi cōsilio gre

Nazarei nūc christiani. co noie a xp̄o xp̄iani dicti sunt. In nazareth ergo ꝓcipi z nutriri xp̄s voluit: vt ꝑ hoc daret intelligi q̄ florida fuit z eiꝰ cōceptio: q̄z sine pctō originali z eiꝰ conuersatio quia sine

Berñ. actuali. Uñ ōr Ber. q̄ amat florigerā patriā flos de radice iesse. In hoc aūt q̄ dereliquit egyptū z venit in galileā habitauitq̄ i nazareth dat nobis exēplū q̄ statū culpe debemus deserere z de vitijs ad vtutes trāsire: i pseuerātiaq̄ bonoꝝ operū florere: vt sic ad patriā celestē valeam⁹ puenire. Ecce reduximus puerū iesuz de egypto. Eo reuerso sorores dñe alijq̄ ꝓsanguinei z amici ꝓcurrūt z ad visitādū eos festināt. Ipsi aūt nazareth remanēt z pauperē vitā ducūt. Ubi more solito ioseph opas fabriles locauit: z Maria filādo z suēdo z alis put potuit laborauit: ac nihilomin⁹ circa filiū suū diligēs z solicita

Ansel. fuit. Ut em̄ ait Ansel. nec ē aliqua scientia q̄ possit penetrare: nec eloquētia q̄ possit pdicare q̄ta dulcedis sedulitate puulū fouerit. q̄ta diligētia obseq̄oq̄ adolescētē z i robur etatis puexerit vadētē. Et vt ipsamet cuidā deuote persone reuelauit multotiens cum

De sedulitate marie i filium.

filium suū gremio ꝓfoueret ꝓe nimia deuotionis dulcedine caput suū capiti filij acclinās tātas lachrymas effudit: vt caput z totā eiꝰ faciē lachrymis amoris rigaret z dicebat O salus z gaudiū aīe mee. Quis hec audiēs vel mēte tractans se a lachrymis poterit ꝓtinere? Exinde vsq̄ ad.xij.ānū pueri Jesu nō legit aliq̄d de ipso vel eiꝰ parētibꝰ. Dicit tn (verisimile est) q̄ in nazareth adhuc est fons paruꝰ ad quē dña aliq̄n ibat: z de quo puer iesus frequēter aquā hauriebat z matri ministrabat. vtpote q̄ subditꝰ illi erat. Pro summis ergo ōlitijs: iterdū aquā tribuit sue matri q̄ dat escā oī carni. Ubi etiam herbas in agris collegit: de q̄bꝰ mater olera ꝓficeret. Faciebat hmōi seruitia mr̄i hūilis dns. non em̄ habebat aliū seruientē vel iuuātē i necessitatibꝰ. In hūilitate se tēpestiue exercere cepit. de qua postmodū pre ceteris ⁊tutibꝰ gloriādo dixit. Discite a me q̄ mitis sum z humilis corde. vn̄ Ansel. Nihil vesanitaꝛ estimes tibi accessurū si eū apō nazareth puerū iter pueros ꝓtēplerꝛ: si obsequētē mr̄i: si operāti nutritio assistētē intuearis.

Si periculū q̄tū caueri pōt nō caueret magis tantaret deū q̄ in deo speraret. Un̄ q̄uis de⁹ oia possit discipulis tñ suis ait. Si vos p secuti fuerint i ciuitate vna: fugite i aliā. Et ipse idē fugit z latuit. Et ꝓpter h̄ ꝓbatio ferri cādēt z monomachie. i. duelli tāq̄ illicita ꝓhibētur in iure. Si ꝙ deficit hūana ratio z ꝓuidētia: z hō nō habet aliud q̄d faciat: tūc secure ad dei potētiā se q̄uertat: z sue ꝓuidētie cōmittat nō tentādo sz deuote confitēdo: qz sic nō est dicēda tentatio: sz qz xp̄s adhuc habebat q̄d faceret: qz boni erant ibi grad⁹ p quos ꝙ pinnaculo descēdere poterat: ideo diabolo sic respondebat. vbi: Chriso. Nihil mot⁹ nihil indignat⁹ sz cuz multa modestia scripturarū ei rursus voce respōdet nos vnq; docēs: qz diabolū p patiētiā atq; tolerātiaz nō per signa superari nihilq; ad ostētatiōez nr̄i atq; ad amorē facere gloriandi. Et iterū. Aspice aūt quō nō turbat⁹ est dñs: imo ō scripturis hūillime cū iniquo deceptat z ꝓforme ris xp̄o p posse. Noluit diabol⁹ arma christi q̄b⁹ succubuit. Ex māsuetudine eum cepit: ex hūilitate deuicit: tu quoq; cuz videris hoiem effectū diabolū z tibi obuiātē eo modo deuicas. Doceas animā tuā formare os ꝓdecēs ori xp̄i. Sicut eīm cū roman⁹ forsitan, residet

Q Monomachia i. singularis pugna.

Chris. ō xp̄i patientia.

iudex nō exaudiet respōsuz ignorātis eo mō
R loqui: sicz xps nisi suo mō loquaris nō exau
Moral'r diet te nec vocabit te. hec Chriso. Moraliter
Alta ca: multos diabolus eleuat in altū: vt facili⁹ ad
dūt citi⁹ grauiorē trahat casum sicut cornix nucē ele
uat vt ab alto deiectēdo frāgat: sic z pugil so
ciū a terra sublenat vt pternat. multi em̄ du
cunt in altū pl'atiōis z deiciunt ibiq; in val
f. Regū le simplicz stat⁹ fuerāt securi. Jn mōtib⁹ em̄
xxxj. z ij gelboe ceciderūt fortes israel. vñ p̄m Augu.
Reg. f. ēpto qs in loco superiori tāto in periculo ma
Chriso. iori ꝺ̄ sat. z p̄m Chri. Prelatos subuertit ela
tio: ideo ad talem locū dñs se assumi pmisit:
nec tñ tbi diabolo consensit: vt in talib⁹ locis
positi diabolo resisterēt supra pinnacula tē
pli: etiā diabolus hoiem statuit q̄ se ceteris
Berñ. meliorē estimet: z p falsam humilitatē deor
sum se mittat. Extūc g̃ p̄m Berñ. qz dñs nihil
ostendit diuinitatis arbitrat⁹ hostis eū esse
Tertia hoiem. Tentauit eū tertio vt hoiem. Exinde
tentatio em̄ assumēs eū: reportauit em̄ eū i mōtē val
christitꝺe de excelsum scōo miliario a quarētena ver
auari= sus galileā: vt sczloc⁹ cōgruat tentationi: vt
tia cur sicut i deserto vbi ē esuries tentauit de gula:
facta in supra pinnaculū vbi chatedra est doctor⁹ de
mōte ex vana gloria: sic in monte vbi videtur hec tē
celso. poralia tentat de auaritia. [Et ondit ei oia
regna mūdi] nō ea que nesciebat idicādo.
Chriso. sed p̄m Chriso. Ostendit ei ac si aliqs in loco
excelso posit⁹ manū extēderet dicēs. Ecce ex
illa parte est affrica: ex illa palestina: ex illa
grecia: ex illa italia z hmōi. Uel ostēdit. i. ex
posuit z enarrauit ei in momēto z in breui=
bus oia regna mūdi. i. oim regnorū pompā
z gloriā ac magnitudinē: vel oia cōcupiscibi=
lia in mūdo: sicut sunt diuitie: delitie z hono=
res: vt quasi speciosaz delectabilia suaderet
Momē= z vel sic eū sibi subiceret. Momētū est decia
tum. pars pūcti vel quadragesima pars horе: pū
ctus em̄ ārta ps horе est: p h̄ g̃ significat bre=
uitas vel trāsit⁹ bonor⁹ tpalium mūdi huius.
Ambro. vñ Amb. Bene aūt i momēto tpis secularia
Cur in z terrena mōstrat: nō em̄ tā ꝓspect⁹ celerita=
momen tis indicat q̄ caduce fragilitas ptātis expri
to. mit. Jn momēto em̄ cūcta illa p̄tereūt: z sepe
honor seculi abit anteq̄ venerit. Et tentauit
eū de auaricia dñm oim ex arrogantia z ia=
ctātia pmittēs mēdaciter q̄ dare nō poterat
z dicens. [Hec oia tibi dabo] z te regē faciā
[si cadēs] tāq̄ inferior [adorauerīs me] tā
q̄ superiorē q̄vere esset cadere z diabolo se
Chriso. de dia= subūcere. vnde Chriso. Nihil em̄ sic diabolo
boli pol hoiem subiici facit vt inhiare opib⁹ ac habē
licitatio di amore superari. Et iterū. Regna mundi
ne. pmittit illi q̄ regna celor⁹ credentib⁹ p̄para
uit: gloriā seculi pollicet ei q̄: dñs est g̃lie ce=
lestis. Spōdet se vniuersa dare q̄ nihil hz ei
Supbia q̄ oia possidet: ab eo se iubet adorari in ter=
antiqua ra: quē āgeli et archāgeli adorāt in celo. hec
diaboli. Chriso. vbi z glo. Ecce antiqua diaboli sup=
bia. sicut em̄ in principio voluit se similē deo
facere: ita nūc volebat diuinū cultū sibi vsur
pare. Et est hic notādū q⁹ si cōsiderem⁹ prin
cipiū hui⁹ tentationis: tūc tēptatio est auā=
ritie. Si finē tēptatio est idolatrie z bñ iūgit
q⁹ auaricia est idolor⁹ seruit⁹. Cōsiderandū Gloria
etiā q⁹ gloria mūdi q̄ cū mūdo peritura est: mundi.
in mōte z in supcilio demonstrat z diabolus
hoiem ducere ad mōtē nitit vt corruat: et ei
subiciat suadēs vt seruiat ei negligēs iusti
tiā dei a cuius seruitio liberet nos xps p̄ no
bis tentat⁹ z passus. Dñs aūt ad cāpestriaz
humilia descēdit: vt diabolū humilitate su
peraret. Nec intuebat sibi ostēsa oculo con
cupiscētie sicut nos: sz sicut medici sine lesio
ne videt morbos. Cū g̃ volueris fieri magn⁹
z alt⁹: z āte oculos mētis ista ꝓponis scito q⁹
diabolus tibi regna mūdi ostēdit q̄ si cōseq̄ T
volueris necesse est vt pcidens diabolū ado
res: qz adoratur⁹ diabolū ante corruit z nūq̄
sine casu diabolus adorat. Uñ Amb. Hz em̄ Ambro:
ambitio domesticū piculū: et vt dñetur alijs Ambi
prius seruit z curat obsequio vt honore do tio ser
net: z dū vult eē sublimior fit remissior. Ois uit.
quidē ptās et ordinatio potestatū a deo est:
sed a malo ptātis ambitio: nec est ptās ma
la: sz is q̄ male vtitur ptāte. Docemur ergo
ambitionem despicere eo q⁹ diabolice subia
cet ptāti. hec Amb. ¶Sz z hic homicida ille
succubuit z dñs z victor autoritate diuina cō
minat⁹ eum abiecit et abscedere iussit dicēs
[Uade] z recede a me sz in ignē eternū [sa
thana] q̄ veritati z hoim saluti aduersaris.
Jn quo vt ait Chriso. finē tēptandi diabolo
ponit ne ꝓgrediat vlteri⁹ tēptans. Cōtinuo Chriso.
em̄ illū i fugā vertit neq̄ alijs iā eū p semet=
ip̄m tentationib⁹ appetijt. Ubi etiā docemur
ꝓprias iniurias portare: sz nullo mō dei iniu
rias tolerare. vñ Chri. Christ⁹ cū pass⁹ fuis= Iniuria
set tēptationis iniuriā dicente sibi diabolo. ꝓpria to
si fili⁹ dei es mitte te deorsum: nō est turbat⁹ lerāda:
nec diabolū increpauit. Nūc aūt qñ diabol⁹ sed non
dei sibi vsurpauit honorē dicēs. hec oia tibi diuina.
dabo si cadēs adorauerīs me. exasperat⁹ est
z reppulit eū dicēs. [Uade sathana] vt nos
illius discam⁹ exēplo nr̄as q̄dē iniurias ma
gnanimiter sustinere: dei aūt iniurias neq̄
vsq̄ ad auditū sufferre: qm̄ in ꝓprijs iurijs
esse quēpiā patiētē laudabile ē: iurias aūt
dei dissimulare nimis ipiū est: vbi et Hiero.
Nōvt plerisq̄ putāt eadē sathanas: vt apls
petr⁹ sntia cōdēnat. Petro em̄ ꝺr vade retro Hiero.
me sathana. i. seqre me qui cōtrari⁹ es volū Marcꝰ
tati mee: hic ꝺo audit vade sathana: z nō ꝺr viij.
ei retro me: vt subaudiat. Uade i ignē eter
nū q̄ parat⁹ est tibi z āgelis tuis: deinde dñs
subiūgit. [Scriptū est] oīi homini [dñm]
oim sczper potentiā [deū] sczper creationē
[tuū] sczqui debet esse tuus p cultū spālem
[adorabis] iteri⁹ fide spe z charitate [z illi

U soli seruies] exterius seruitute latrie. Et p hoc ꝛ Aug. Nō excludit seruit⁹ debita; dñis tpalibus. Et ꝑm Bedā iubemur hic soli deo seruire ꝑ seruitute latrie q̄ soli diuinitat; cultui debet. vñ ꝛ hi q̄ hāc idolis impēdūt idolatre nūcupant: sed ab aplo iubemur ꝑ charitatē inuicē seruire seruitute dulie q̄ cōis est: siue deo siue hoi siue cuilibet rerū nature. Itaq; vt ait Beda dicēs. Diabolus saluatori si pcidēs adoraueris me ecōtrario audiuit q; ipe magis adorare eū debeat deū ꝛ dñm suū: q̄si sibi diceret. Nō ego te ꝭ tu me debes vt dū adorare: ꝭ adoratio diaboli subiectiōis est nō deuotionis. ¶ Ex supradicto ordine tētationis ptz q; diabolus incipit a leuioribus ꝛ pcedit ad grauia: deinde ad grauiora: tandem ad grauissima. Incepit em̄ a tentatiōe leui q̄n tētauit eū de gula q̄ tētatio leuis est maxime tpe famis: et finaliter post alias peuenit ad grauissima q̄n tētauit eū de idolatria. Uicit autē xp̄s ipsas tentationes eis in suis principijs obuiādo. Nā mox cū diabolus tētatiōes inferebat xp̄s eas repellebat. Sic ꝛ hō mox vt diaboli tentationes senserit eas i suo initio dz repellere. Nā vt dicit Hiero. Lubricus est serpēs antiquus: et nisi capite teneat tot⁹ statim illabit. Habet em̄ serpēs ifernalis caput. s. malā suggestionē: hz corpus scz cōsensum: hz caudā. s. opis ꝑsummationē. Ubi aūt ponit caput suggestionis statim ponit corp⁹ cōsensus: ꝛ vbi ponit corpus cōsensus: statiz ponit caudā opis: videlicet in suo capite. i. in sua suggestione est cōterendus ꝛ tūc nocere non poterit: nec q̄tū ad corpus: nec q̄tū ad caudā: q; amputato capite suggestiōis tota est cōfracta vis serpētis infernalis. Et ꝑsummata. i. supata oi tētatiōe ad quā explēdā dñs venerat lucifer nō inueniens q̄d ageret: audito dei nomine reliquit eū quē tm̄ nunq̄ tenuit: q; superat⁹ a tentatiōe cessauit ꝛ recessit ab eo tanq̄ vict⁹ ꝛ cōfusus vsq; ad tp̄s. postea em̄ non tm̄ dolose tētaturus: ꝭ aperte ꝑ iudeos eū ꝛ in se ꝛ in mēbris suis impugnatur⁹ aduenit: q; appropinquāte tpe passionis pſecutionē ei ꝑ principes sacerdotū suscitauit: nō ꝑ seipm̄ solū sed et per alios ac p organa ꝛ instrumēta sua ꝓpria cepit eū impugnare putans eū mortis timore deijcere. ꝑm Chrisō. diabolus nō quasi obediēs ꝑcepto recessit sed diuinitas xp̄i et spūs sanct⁹ qui erat in eo excussit inde diabolū q̄ quidē ad nostrā ꝓficit cōsolationē: q; nō tandiu homines dei diabolus tētat q̄diu vult: sed diabolus non q̄diu xp̄s ꝑmittit ꝛ si eū ꝑmittat paulisp tentm̄ nocet tare ad nostrā vtilitatē: tm̄ repellit ꝓpter nostrā infirmitatē: q; nō patit nos tētari vltra q̄ possumus sustinere. vñ Aug. Si tātū pos set nocere diabolus q̄tum vult aliq̄s iustorū nō remaneret. Trib⁹ autē ꝑmissis cōgressionib⁹ in quib⁹ adhuc exercet militia xp̄iana

ois tentatio ꝺz cōsumpta in suis radicibus ꝛ superata: q; in gula: superbia: auaricia: ex q̄bus tentatio oritur oia vitia sibi cōfederata sunt peremptа. In his em̄ tribus est oiz materia delictorū quo; ā semina in ipsa origine sunt cauēda: q; iohāne attestāte oē q̄d in mūdo est cōcupiscētia carnis est ꝛ concupiscētia oculo; ꝛ superbia vite. Cui triplici hostis telo totidē arma ꝺefensionis: scz scutū triangulū opponere debemus: vt ieiunio cōcupiscētiā carnis: oratione superbiā: elemosyna auariciaz repellam⁹. Sicut autē ille hostis antiqu⁹ a dño vsq; ad tp̄s recessit ꝛ tpe passiōis rediēs non in dolo sed aperte eū impugnauit: sic et nos aliquādo tentare intermittit ꝛ q̄n in tentatione nō ꝓualet a nobis vsq; ad aliud tp̄s recedit: vt quasi securos inueniēs repēte rediens facilius inopinat⁹ irrūpat. ¶ Instruimur ḡ h̄ ad cautelā: q; ꝭ aliquā tētationē superem⁹ semp tm̄ diabolū ad pugnā paratuz inuenimus: tpe vero passionis oino victus diabolus relegatus est in infernū in diebus antichristi soluēdus ꝑm Apoc. Johānis. vñ Aug. innuit q; iste tētator fuerit lucifer primus angelus: ille superior qui primū hoiez supauerat: credendus est aūt ipe diabolus hois formā ad horā assumpsisse in qua dñz circūducere ꝛ ei colloqui posset. ¶ Et notandū q; ordo tētationū xp̄i sic ꝑm Mat. positus fuit ꝑm ordinē tentationū a de qui fuit iste. In quacūq; die comederis. ecce gula: eritis sicut dij. ecce inanis gl'ia: sciētes bonū ꝛ malū. ecce auaricia q̄ nō est tm̄ pecunie: ꝭ ꝛ sublimitatis ꝛ sciētie cū supra modū ambit. ꝑm ꝙo Aug. Certū nobis nō est que fuerit scōa ꝛ que tertia. Sed duo euangeliste varie narrāt. pōt assignari: q; vna tentatio est de cupiditate p̄ncipaliter: alia de elatione ꝛ frequēter cōtingit q; vnū vitiū ex alio nascit ꝛ econuerso. ꝛ ideo Mat. p̄ponit vnā. Lucas ꝙo aliā. Unde remigi⁹ ob hoc euāgelistarū hāc iste: illā ꝙo ille p̄mittit: q; inanis gloria et auaricia adinuicē se gignūt. Christus ꝙo diabolū in tentatione gule superauit ꝛ hoc in quodā idolo belis et draconis p̄figurauit. In babylone em̄ idolū belis pro deo colebat: q̄ multū comedere ꝛ bibere dicebat: q̄ Daniel destruxit ꝛ sacerdotes ei⁹ interemit. Ibidē etiā in spelūca draco latitabat quē gens tāq̄ deū estimabat: cui sacerdos statutis horis cibū offerebat: daniel aūt massaz de pice ꝛ adipe ꝛ pilis cōfecit ꝛ in os draconis iniecit. Quaz cū cōedit statim est erupt⁹: et sic vterq; deuorator ꝛ gulosus ꝑ Danielē est destruct⁹: ꝛ tō daniel xp̄m designauit q̄ tentationē gule superauit. Xp̄s etiā superauit diabolū in tētatione superbie. ꝛ hoc p̄figuratū fuit olim in dauid ꝛ nece golye. Golyas superbissime de forti tudine sua se iactauit quē dauid fūda ad terrā deiecit ꝛ ppꝛio gladio iterfecit. Golyas gi

Uitiorū materia in trib⁹ De q̄b⁹ tētat⁹ est xp̄s. Remedia ꝙ vitia.

Augu. Lucifer tentator christi.

Tētat⁹ xp̄s ordine q̄ adam.

Remigius. Figura gule dracōnicte. Danie. xiij.

Figura superbie dracōnicte. j. Regū xvij.

gas figurā supbi tenet luciferi. dauid autē pastor qui hūc prostrauit xp̄s est q̄ in tentatione supbie humiliter triūphauit. Tertio xp̄s diabolū in tētatiōe auaricie superauit qō z dauid in nece leonis z vrsi prefigurauit. leo z vrsus auariciā figurabāt: qz auferēdo sibi ouē eā ppetrabāt. Dauid aūt ouem suā eripiēs raptores interfecit: et xp̄s superata tētatiōe auaricie sathanā a se retecit. ¶Ab iecto aūt sathana [accesserūt āgeli] z tanq̄ victori [ministrabāt ei] sic q̄viriliter pugnādo ꝫ diabolū triūphauerit ministerio z consortio angelor̄ dign⁹ erit. De tētationū vero suggestionib⁹ sic dicit Chrisо. Nūc breuiter pstringam⁹ q̄d significēt xp̄i tētationes. Jeiunū est abstinētia rei male. Qñ vo q̄s inflat⁹ fuerit quasi sanct⁹ duct⁹ est quasi supertectū. Et hec tētatio sequit̄ pmā qñ victoria tētationis gloriationē operat̄: z fit cā iactantie. Fuge exaltationē cordis z nō patiēz ruinā. Ascēsio aūt mōtis est processio ab altitudine diuitiarū z gloria huj⁹ mūdi: q̄ de supbia cordis descēdit. vt etiā dicit Ber. q̄ quartā tētationē de dño non legit ignorat scripturā q̄ dicit q⁹ tētatio est vita hois sup terrā. Apls aūt dicit eū fuisse tentatū p oia pro similitudine absq̄ pctō. Voluit aūt xp̄s tentari plurib⁹ ex causis. Prima est ꝑm Greg. vt sup suā tentationē nos a nr̄is liberaret: sicut p suā mortē nos a nr̄a liberauit. Secūda est ꝑm Hyla. vt cautos nos faceret: ne scz aliq̄s q̄tūcūq̄ sanctus p̄sumat de se quasi de tētationib⁹ sit immunis. Et ideo post baptismū z accepto spū sctō tentari voluit: vt ostenderet q⁹ sctificatis maior pugna incūbit. Tertia est ꝑm Augu. vt nobis exēplū pugnādi daret et p hoc nos instrueret et vt esset mediator nō solū p adiutoriū: ꝫ etiā p exēplū. Quarta est ꝑm Chrisо. vt nos animaret: vt scz nemo turbet̄ de tētationib⁹ p̄ter spem irruētib⁹ dū etiā xp̄m videt subdi tentationib⁹. Quinta est ꝑm Leonem: vt diabolū vinceret z vincēdo ei⁹ virtutē z audaciā reprimeret. Sexta est ꝑm Apostolū: vt tentatis meli⁹ misereri z cōpati sciret: z nobis de sua mia spez faceret: qz hō tētatus facili⁹ miserēt z cōpatit̄ tentatis. Jtē tentari voluit: vt tentatis cōsolationē daret. fuit em̄ tentatus statim qñ fuit baptizatus: qñ a patre fili⁹ est appellat⁹: qñ spiritussanctus in specie colūbe sup eū mānsit: qñ celū sibi apertū fuit qñ. xl. dieb⁹ z noctibus ieiunauit: vt p hoc dē intelligi q⁹ si aliq̄s tentat̄ nō ꝓpter hoc est min⁹ a pctō mūdat⁹: nō est minus dei filiatione dign⁹: nō est min⁹ spūsctō plenus: nō est min⁹ celo dign⁹: non est minus in penitentia sua deo accept⁹. Igitur qz dñs sic fuit cōtrectatus z tentat⁹: non miremur si nos tentemur: z qz in oibus vicit: nitamur et nos ei⁹ adiutorio vt vincam⁹. Nec in aliqua virtute nostra cōfidam⁹: sed totā spem z fiduciam in adiutorio altissimi ponam⁹. Et sicut vbiq̄ dñs aduersariū suū nō ꝓtute potētie sed autoritate scripture cōuicit dī. scriptū est qz hūilitate nō potētia eū vincere: z sue patiētie nobis exēplū p̄bere volebat: ꝫ nos quotiēs a prauis hoib⁹ aliq̄d patimur ad doctrinā poti⁹ q̄ ad vindictā excitemur z aduersarios nostros hūilitate z patientia magis q̄ supbia z potētia vincam⁹. Attende itaq̄ ex p dictis documētū qō dñs in oib⁹ tentationib⁹ suis vsus est autoritatib⁹ sacre scripture ad nos informādū. Attende q̄d ille rñdit z qñ talis tentatio aduenerit dic illud z tu semp: vez rñdendo p scripturā sicut ipe fecit. Uñ si tentat te appetitu bonor̄ debem⁹ rñdere. scriptū est. Quid supbis terra z cinis: ois potentat⁹ breuis est vita. Si tētat de appetitu diuitiarū rñdeam⁹ scriptū est. Nihil intulim⁹ in hūc mūdū nec auferre q̄d possum⁹: z nudus egressus sum de vtero matris mee z nud⁹ reuertar illuc. Si tentat de appetitu delitiarū carnaliū: rñdeam⁹ scriptū ē. Caro z sanguis regnū dei nō possidebūt. vbi ꝑm Glo. p carnē z sanguinē ventrē z libidinē .i. opa carnalia designat z ita de alijs q̄buscūq̄ vitijs impugnamur semp vtamur clypeo sacre scripture ad defensionē nr̄am cōtra istud vitiū. De p̄missis dñi factis sic dic̄ Ansel. De baptismo in desertū in spū fortitudinis ingressus es: vt vite solitarie in te nō deesset exēplū. Solitudinē z ieiunū. xl. dierū. famis acerbitatē: tentamenta illusoris spūs equanimiter tolerasti: vt oia hec nobis tolerabilia efficeres. et iterū. Exinde dilectissim⁹ iesus solitudinis tibi secreta dicauit: z sctificauit tibi ieiunū: ibi subeūdū docēs: cuz callido hoste cōflictū. Hec tibi facta p te facta z q̄nā nō facta sūt diligēter attēdēs dilige eū a q̄ facta sunt. hec Ansel. Eya nūc xp̄i discipule: cū pio magro solitudinis secreta q̄re: vt soci⁹ fera q̄ effect⁹ archana silētij oronis deuote. diuturni ieiunij trine ꝙflictiōis cū callido hoste imitator fias z particeps z in oi tētatiōis discrimie ad ip̄m discas h̄re recursū p eo q⁹ nō habemus pōtificē q̄ nō possit cōpati infirmitatib⁹ nr̄is tētatū p oia p similitudie absq̄ pctō. Nec timere debes tētatiōes aut dubitare in eis: qz q̄s de⁹ diligit sepe castigat: z m'te tribulationes nō q̄rūcūq̄ ꝫ iustorū: vt cū ꝓbati fuerint coronā vite accipiāt. vñ Ambr. Docet igit̄ te scriptura diuina: nō solū ꝫ carnē z sanguinē sed etiā ꝫ insidias spūales esse certamē. Corona ꝓposita est subeunda: certamina sunt. Nemo pōt nisi vicerit coronari: nemo aūt vincere nisi añ certauerit. Ipsi q̄z corone maior est fruct⁹ vbi maior est labor. Et ꝛiō tētationē nūq̄ timere debem⁹. est em̄ cā victorie mate ria triūphator. nō timeam⁹ tentatiōes sed magis in tentationibus gloriemur dicētes. Cū infirmamur tūc potentes sum⁹. Cum em̄

De auaricia. j. Regū xvij. 3

Angelo rū accessus.

Chrisо.

Als militia vt Job. vij Grego. Cur tentari voluerit. Hyla.

Augu.

Chrisо.

Leo papa. AA

Tentatio nō diminuit tentatū

Rñdet suggestionib⁹ ex scriptis.

Eccle. x. Ibidez. j. Tim. vj. Job. j. j. Corin. xv.

Ansel.

BB Jnuitat ad imitationē.

Hеb. iiij

Ambro.

Tentationes exoptande. Exo. ij. Coz. xij

nectitur corona iustitie: tolle martyrū certamina: tulisti coronas: tolle cruciatus: tulisti bti tudines. nō debem⁹ igit tentationes seculi pro malis timere quib⁹ bona ꝑmia cōparant: sed magis rogare cōtēplatiōe cōditionis hūane: vt eas tentatiōes subeam⁹ quas ferre possum⁹. hec Amb. Unde et ꝓsper. Ad magnā vtilitatē fidelīū reseruata est materia certaminū vt nō supbiat sctitas ꝯdiu hostiū incursum: sentit infirmitas. Attētat aūt diabol⁹ spāl'r sex modis in bonis p elationē in malis p desperationē: in otio p luxuriā: i negocijs p turbationē: in iustitia p crudelitatez: in mia p adulationē. Et ꝯuis multis modis tētet quatuor tñ modis spāl'r decipit z fallit. Primo suadēdo bonū ꝓpter maluz: vt cū hoi instabili suadet religiōis igressuz ꝓpter hoc vt apostatet postmodū. Scōo suadēdo malū sub specie boni: vt piurare ꝓ rebus alienis cōseruādis. Tertio dissuadēdo bonū tanꝯ nociuū: vt cū dissuadet bono viro religionis ingressum ne de hoc peniteat z egrediēs confundat: vel qñ dissuadet alicui oronē vel elemosynā ne p hoc incurrat vanā gloriā. Quarto dissuadēdo malū: vt ꝑ⁹ adducat: vt qñ dissuadet intēperantiā victus z somni: vt in nō discretā abstinētiā qō peius est inducat. Multa g̃ solicitudine precauēdū est oibus ne diabolicis capiant insidijs z ei⁹ inuoluātur laqueis quos vbiq; prætēdit modis varijs. vñ Leo papa. Nō desinit hostis antiquus trāsfigurās se in angelū lucis deceptionū laqos vbiq; ꝓtēdere. Nouit cui adhibeat est⁹ cupiditatz: cui illecebras gule ingerat: cui apponat incitamenta luxurie: cui infundat virus inuidie. Nouit quē merore cōturbet. Quē gaudio fallat: quē metu opprimat: quē admiratione seducat oēm discutit cōsuetudinē: ventilat curas: scrutat affectus. Et ibi q̄rit causas nocendi: vbi quē studiosius viderit occupari. hec Leo. Solicite g̃ q̄libet vigilet: qz nullus sine tentatiōe est. vñ Ber. Hoc premonitos vos esse volo: qz nemo in corpe viuere poterit sine tentatione: z qui a bona liberat statim expectat aliā: z sic petat ab ea liberari vt nouerit aliā ꝓtinus esse venturā sepi⁹ em̄ fit. vt vnā dñs patiat diuti⁹ immorari ne alia possit accedere: aut ab vna citius liberet vt alia possit exercere. hec Ber. Uictoria itaq; facta z tēptatore victo pre cōfusiōe recedēte venerūt et redierūt angeli vt seruientes et subiecti sibi ad obsequiū parati: z accedētes mistrabant ei sicut vero dño ꝓpriū seruo volūtatē ei⁹ implētes q̄ precipiēte dño ad tps recesserat agone eius ꝓcul aspiciētes: vt diuinitas ei⁹ diabolū magis lateret: z vt cōueniēti⁹ locū tentādi haberet: ne forte vidēs circa eū angelos ad eū nō appropinquaret: z vt victoria xpi excellētior apperet: ex ꝯ q̄ sol⁹ xp̄s deuinceret z ne eoz

Prosper

CC Tentationum mōi sex. Fallēdi modi q̄tuor.

Tentatoris vigilātia. Leo papa.

Berñ. Tentatiōis expers nemo.

Angelorū accessus post victoriā

ꝓsidio eguisse vel vicisse videret. Precedit tētatio vt victoria seq̄t: post victoriā statim seruiūt āgeli: vt victoris dignitas ꝓbet. Ex ꝯ em̄ diuinitas xpi appet z fit manifesta: qz nulla natura sup āgelicā nisi diuina. Et ꝑm Greg. Ex hac re vni⁹ ꝓsone vtraq; natura oñ dit: qz tho ē quē diabol⁹ tentat: z idē ipe de⁹ ē cui ab angelis ministrat. Hec aūt ministratio tripl'r pōt accipi. Primo de corpali iubuētiōe: vt sit sensus: ministrabāt. i. esurienti in cibo subueniebāt. Scōo de adoratione: vt sit sensus: ministrabāt ipsum tāq; deū supplici ter adorabant. Tertio de congratulatione et laudatione vt sit sensus mistrabāt. i. sibi pugnāti z victi cōgaudebāt z eū laudabāt. De hac victoria dñi z misterio angelo⁹ sic dicit Ansel. xl. diez ꝓpleto ieiunio diabolū cū suis tētamētis superās āgelico ē misterio gl'ificat⁹: edocēs nos totovite pñtis tpe delectatiōes rerū tpaliū declinādo mūdū cū suo ꝓncipe pedib⁹ nr̄is substernere: z sic āgelicis ꝓsidijs cōmuniri. vñ z Ber. Deide tētatiōib⁹ supatis z tentatore fugato accesserūt angeli z ministrabāt ei: z tu g̃ si vis habere ministeriū āgelo⁹ fuge ꝓsolatiōes seculi: z tentationib⁹ resiste diaboli renuat cōsolari alia tua in alijs sivis in dei memoria delectari. vñ et Chri. ꝯdiu ei fuit in ꝓflictu posit⁹: nequaq; āgelos appere pmisit: ne. s. añ victoriā superandū fugaret. Postq; vo illū p cūcta deuicit z victū fugere ꝓcepit: tūc āgeli ꝓñr appent: vt tu discas q̄ te quoq; post ꝓfectā de diabolo victoriā angeli repēte suscipiēt plaudentes tibi teq; stipatorū more vbiq; comitātes z in oib⁹ honorātes Sic vtiq; z lazarū post fornacē pauptatis ac famis totus ꝓsus āgustie suscipiētes ad requiē ptulerūt. Et iterū. Angeli agonē xpi ꝓcul aspiciebāt ne videret eoz ꝓsidio deuicisse z victoria facta accesserunt z ministrabāt ei. Sed q̄d ministrabāt scriptura nō exꝑmit: sz satis credibile est q̄ ministrabāt ei aliq̄d comestibile: vt fut z mistri: qz legit esurisse: et ꝯ nō ꝓpt necessitatē ipotētie xpi ei ministrabāt: sz ad reuerentiā exhibēdā: z ꝓpter honorificētiā ptātis: nō em̄ dz q̄ adiuuant: sz q̄ ministrant. hec Chrys. Hic diligēti⁹ attēde z cōspice dñm comedentē solū circūstātib⁹ angelis z cōsidera bene oia: quia pulchra sunt valde z deuota. Et q̄ro quid angeli ministrabāt vt post tā longū ieiunū cōcederet: de hoc em̄ scriptura nō loquit: possumus autē victorioſum prandiū sicut volumus ordinare: z quidē si ei⁹ potentiā cōsideremus poterat res quas vellet creare: z p sue volūtatis arbitrio creatas hre: sed nō inuenimus q̄ hac potētia ꝓ sevel discipulis suis vsus fuerit: p turbis vo vsus fuit q̄s duab⁹ vicib⁹ in multitudine magna de panib⁹ paucis pauit: de discipulis aūt legim⁹ q̄ eo pñte vellebant spicas propter famem: z comedebant similiter

Greg.

DD Ministratio angelorū triplici ter sumitur.

Ansel. de victoria dñi.

Berñ.

Chrisō. Cur post victoriam apparuerunt angeli.

Ministratum ab angelis.

EE Esca q̄ in deserto refectus est dom⁹. Mat. xij

Jo. iij

Dan xvij

Sentit tolep adhu viuer

Psalm cxxv

Job.

Jo. iiij. cū fatigatus ex itinere sedebat sup puteū loquēs cū samaritana nō ꝺr q creauerit cibos: sz q miserit discipulos in ciuitatē ad q̄rendū eos: nec est verisīle q p miraculū sibi ꝓuideret: qz miracula ad alioꝝ edificationē in presentia pluriū faciebat: sed hic nō erāt aliq̄ nisi angeli. Quid g̃ circa hoc meditabimur: in mōte nāq̄ illo nō erat habitatio hoīm et cibi parati: sz alibi parata cibaria portauerūt ei angeli sicut cōtigit Danieli. Cū em̄ Abacuch ꝓpheta pulmētū messoribꝰ suis parasset portauit eū angelus dn̄i p capillos de Judea in babylonē ad Danielē vt comederet: z postea in momēto eū reportauit. Immoremur ergo hic z hūc modū assumamꝰ z cū dño iesu in suo prādio locū demur: sentiatq̄ mater sua excellētissima de hac eadē locūditate atq̄ victoria pie itaq̄z deuote sic meditemur. Pergūt duo ex āgelis dño ānuēte z in momēto fuerūt coram me ac eā reuerēter salutātes de filij sui statu sibi narrāt z modicū pulmētū qō sibi z ioseph parauerat: ac panem cum alijs oportunis reportāt: reuersi g̃ parāt in plana terra et mēse bñdictionē solēniter pagūt. Cōspice hic eū bene in singulis q̄ agit z q̄ fiūt: sedet in terra cōposite z cōedit sobrie: circūstāt āgeli ministrātes dño suo z hymnū cāt̄ de cāticis syō ac iocūdanꝝ diē festū agūt cū eo. Sz (si dici liceat) pmixtū est hoc festū cōpassiōe pmaxima propter quā z nos plorare deberem⁹. cōspiciunt em̄ eū reuerēter z cōsiderātes deū ac dn̄z suū et totiꝰ mūdi creatorē qui dat escā oi carni sic humiliatū z sustētatione cibi corpalis indigētē z cōedentē sicut ceteri de ꝓpꝛio mouenꝝ cōpassiōe sup eo. Et credo q si corde affectuoso in hoc statu eū respiceres z eū aliqualiter diligeres ex valida cōpassione plorares. Tandē sustētatione cibi pcepta z gr̃arū actione reddita dn̄s iesus volēs ad matrē redire cepit de mōte descēdere. Cōspice etiā nūc bene eū quō solus vadit nudis pedibus dn̄s oim z eiveheMenter cōpatere z vade semp cum eo seruiēs ipsi in omnibus studiose. Oratio.

Sentit ioseph adhuc viuere.

Psalmo cxxxv.i

Job. ij.

SOne Jesu qui ductꝰ in deserto a spū ieiunās. xl. diebꝰ z noctibꝰ: z postea esuriens tentatorē tuū superasti: da mihi iesu misericors p virtutē abstinētie z continētie ieiunare a vitijs z peccatis esurire z sitire iustitiā: z vt tentatorē meū immo tētatores meos: mūdum: carnē: diabolū deus tua gr̃a: deus tuo auxilio valeā superare: z qz tentatio est vita nostra z miseria super terrā: memēto dñe nostre miserie ac laboris z da nobis in tēptatione nō cadere: sed per tuā tēptationē semp vincere et tandem ab omnibus tēptatiōibꝰ misericordit liberari. Amē.

De testimonio Johannis de christo. Capitu. xxiij.



Altera autē die post regressuz a desertovenit iesus ad iordanē quem iohānes vidēs [ad se veniētē] ostēdit eū digito z exclamauit di. [Ecce agnꝰ dei ecce q̄ tollit pctā mūdi.] Ubi niū Johannis de xpo dupl'r. Prio quantū ad eiꝰ verā humanitatē in qua p nobis immolatꝰ est cū ꝺr [ecce agnꝰ dei]. i. a deo missus vt hostia acceptissima imolādus. Scōo q̄tū ad eius diuinitatē: cū subdit [qui tollit pctā mūdi] qz tollere pctā est ꝓpriū ipsiꝰ dei. Hec quippe est causa qua venit vt pereūtis mūdi pctā suscipiēs pcti labē z oim mortē in se qui vinci nō posset aboleret iā venerat: z nō agnoscebat: sed nunc demōstrat. Ecce est hic quē desiderauerūt patriarche: quē prenunciauerunt ꝓphete: quē presignauit lex. ecce agnus dei qui tollit pctā mūdi. ac si diceret: Ecce innocēs inter pctōres: iustus inter reprobos: pius inter impios: in quo nullū peccatū potuit inueniri: z ideo potēs est tollere pctā mūdi: vñ sicut agnꝰ oblatꝰ est pro pctis populoꝝ: qz in eo est gratia z virtꝰ purgatiua pctoꝝ. ¶ Spāliter autē inter cetera aialia q̄ in lege offerri cōsueuerūt xp̄m agnum noīauit: qz lz alia aialia imolarenꝝ in lege. vt bos: vitulus: capra ꝛc. tñ xp̄s magis z potius vocat agnus q̄z cetera aialia immolaticia. Primo qz inter oēs figuras veteris testamēti agnus paschalis expressius figurabat xp̄z innocētē imolādū: qz ille paschalis agnꝰ erat sine macula: z p eius immolationē filij israel liberati sunt a ſuitute egyptiaca. Sic et xp̄s erat sine pctō: z per eius passionē liberati sumꝰ a seruitute diabolica: et nō solū ꝓpter innocentiā: sed z ꝓpter simplicitatē xp̄s dictus est agnus: qz sicut agnus ad victimā ductꝰ est z nō aperuit os suū. Scōo quia lz alia fierēt sacrificia in tēplo certis tēporibus: vnū tñ erat quotidianū in quo iugiter vnus agnꝰ mane z aliꝰ vespere offerebatur: nec hoc mutabat vnq̄: sed tanq̄ principale obseruabat: alia erāt ex adiūcto z tpe determinato. Hoc g̃ iuge sacrificiū qō figurabat ꝓpetuitatē beatitudinis fiebat de agno: sic et xp̄s nostra ꝓpetua beatitudo est. Agnus ab agnitione. Agnus ab agnitione. Agnus z agnouit matrē curā eiꝰ discipulo cōmittēs. qui tollit pctā mūdi: nō semel tm̄ sz z quotidie. vnde Theophilus nō dixit q̄ tollet sz qui tollit: quasi semp philus hoc faciēte. Non em̄ tūc solū tulit cū passus cur tolerat: sed ex illo tpe vsq̄ ad p̄sens tollit: nō semel non per crucifixus. Unā em̄ ꝓ pctis obtulit oblationē: sed semp purgās p illā. hec Theophi. xit.

Agnus cur dictus xp̄s

Exo. xij

A Johā. i.

Testimonium Johannis

B Tollit em̃ pctā satisfaciēdo et lauādo nos a pctis in sanguine suo z p̃ter hec dimittendo quotidie q̃ facta; sunt z adiuuādo ne fiāt oīno liberādo: scz pducēdo advitā vbi oīno fieri nō possunt. Nō solū aūt lauit nos qñ sanguinē dedit p nobis: vel qñ baptizamur in misterio passionis illius: verūetiā quotidie lauat nos in sanguine suo cū eiusdē btē passionis memoria ad altare replicat cū panis z vini creatura in sacr̃m carnis z sanguinis eius ineffabili spūs sctificatione trāsferēt cū sanctissimo eius corpe z sanguine satiamur. Propter duo, ño alioz triū: scz p dimittendo z adiuuādo dicim⁹ in missa bis agn⁹ dei miserere nobis: ppt̃ tertiū dicim⁹ da nobis pacē. O agne dei agnosce me miseꝛ inter oues a dextris tuis ponēdas: sz pri⁹ dimitte mihi pctā et offensas vt me meli⁹ inter tuas oues agnoscas. ℔m Chrisо. Jesus nūc scōo post baptismū venit ad iohānē duplici de cā. Prima qz illud erat baptisma pnie z ipse eū cū multis baptizauerat: vt nullus suspiceꝛ et putet qm̃ ipe tali ꝓpositoꝛ ex eadē cā ex qua z alij ad iohānē z iordanē venerant: puta vt pctā cōfessurus: aut in pniam in flumine abluendus. Propterea accedit dans iohāni occasionē corrigēdi hāc suspitionē quaz iohānes p verba coꝛrexit agnū ac redēptoꝛē vocādo ab oi qō in toto oꝛbe erat pctō. Et eim̃ in dicēdo. Ecce agnus dei ecce q̃ tollit pctā mūdi: oēm hanc peremit suspitionē: qz enim ita purus erat vt alioz pctā absoluere z cūcta humani generis pctā delere posset. multo magis absq; oi erat ipse delicto: ideo manifestū est qm̃ nō vt pctā cōfiteꝛet: vel in pniam abluer̃ accessit: sed vt occasionē daret iohāni loquēdi de ipso. Scōa cā vt hi q̃ prioza audierāt certi⁹ reciperēt q̃ dicta erāt z alia rursus audirēt. Unde subiungit. [Hic est de quo dixi] anteq; ad baptismū venerit [post me venit vir] virens in virtute z gr̃a z etate perfecta [qui ante me fact⁹ est] dignitate: qz p̃or me erat eternitate [z ego nesciebā eum] q̃tū ad personā determinatā ante suū ad me aduētū [sed vt manifesteꝛ in israel]. i. ipsi isrl' [ꝓpterea veni ego in aqua baptizās] z penitentiā predicās. ideo in q̃t desertū z solitudinē relicta; et ad planitiē descēdēs baptizare cepi: vt manifestarē eum ꝓpl'o vndiq; ad me cōfluenti. Totū em̃ officiū iohānis in baptizādo z p̃dicādo erat ordinatū ad manifestationē xp̃i ad testimoniū de eo phibēdū: vnde fuit sibi preceptū a dño vt baptizaret in noie venturi z predicaret eius aduētū: z ꝓpararet populū ad eū recipiendū. Referebat iohānes de xp̃o pluries testimoniū: vt efficacius esset pluries latū. Deinde g̃ rursus testimonium phibet dicēs: qz vidi spiritū sanctū descēdentem quasi z vere columbā de celoz mansit ac sedit sup eū: hoc fuit qñ iohānes eū baptizauit: in eo māsit spūs sanctus: etiā ex quo ꝓceptus est nō solū baptizat⁹: in alijs ño qñ venit z per pctm̃ recedit. Unde Chrisо. Jn xp̃o scz descēdit: z pmansit ceterū in hoibus descēdit quidē sed nō pmanet: qñ em̃ irascimur: quādo detrahim⁹: qñ tristitiā habem⁹ q̃ ducit ad mortē: qñ cogitam⁹ ea que carnis sunt putamus: qz spūs sanct⁹ nō permanet in nobis. Siqñ ergo boni aliquid cogitam⁹ sciamus qz spiritus sanct⁹ habitaꝛ in nobis. Si ño aliq̃d mali signū est q̃ spūs sanct⁹ recessit a nobis. Hec Chrisо. Quādiu spirit⁹ manet inclusus in corpe q̃nis corpus illud sit in aq̃ bene pōt fluctibus z vndis agitari: nunq; in submergit̃: sz semper supernatat et fluctuat Si aut̃ p aliquā partē sui aqua subintrat: tūc spūs exit z corpus submergitur et perit. Sic illi qui sunt in aquis mūdi: ac diuitiarū z deliciarū temporaliū si habēt inclusum spiritum per amorē deūet ꝓximi: licet agitētur a fluctibus: temptationū: tribulationū nūq; tamen submergunt̃: ad hoc aut̃ vt bene custodiāt spiritū istum requiritur q̃ habeant sensus clausos ad terrena z mūdi delectabilia: qz in vase bene clauso nunq; aqua intrabit: nec etiā per ꝓsequēs spirit⁹ de eo exibit. Deinde iterū subiūgit: et ego nesciebā eum ℔m Chrisо. Nesciebat eū facialiter ātequ; ad baptismū veniret: quia extra paternā domū in deserto conuersatus personaliter eū ante tempus quo venit ad iordanē non nouerat: licet nouisset, dñm xp̃m natuz de virgine qui in spiritu sctō baptizari debebat: sz cum xp̃s p̃sentialiter accessit ad baptismū diuina reuelatione nouit eū quē pri⁹ facialiter, nō nouerat. Aug. aūt refert nesciebā ad ptātē excellētie in baptismo quā xp̃s sibi retinuit ac per seip̃m exercere z nō alteri cōmittere voluit: qz nesciebat q̃ hāc excellētiā in baptizādo sibi retineret. Uñ postea subdit. hic est q̃ baptizat: scz sol⁹ q̃tū ad istā excellētiā. Ubi notandū q̃ potētia baptizādi multiplex est. Prima est auctoritatis quā deus nulli cōicauit: nec cōicare potuit: sicut nec potētiā creādi. Scōa est subauctoritatis: quā potuit dare ℔m magistrū: sed noluit: sed alij dicunt: q̃ nō potuit: qz implicat potētiā creandi. s. gratiā. Tertia est innouatiōis quā dare potuit: nā posset de⁹ si vellet q̃ baptism⁹ dareꝛ in nomine sci Petri aut sancti Pauli: sed hoc noluit ne spem in hoie poneremus: et ne fieret scisma et tot essent baptismi quot baptiste. Quarta est excellētie: puta q̃ vn⁹ baptizaret efficaci⁹ alio qō etiā nemini ē p̃cessuz. Quinta est instōnis quā habuit xp̃s. sol⁹ q̃ h̃ sacr̃z institut. Sexta est p̃parātiōis quā habuit iohānes cui⁹ baptism⁹ erat q̃dā ꝓpatio z significatio futuri. Septima ē misterij exteriōris quā dedit eccl'ie ministr̃z. Nesciebat igit̃ eū tam alte: tā subtil'r quē spū in eo descendēte

C Chrisо. Spūssācti pmā sio.

Spūs ꝓ aere.

Chrisо. Nesciuit iohānes xp̃z quō.

Augu.

D Baptizādi potentia multiplex.

Lauat nos agnus in sanguine suo.

Chrisо. Cur ad iohānē redijt.

cognouit. Tunc em̄ didicit q̄ sicut alioꝝ sacramētoꝝ sicz baptismi sui ptātem dñs esset sibi retēturus: z nulli eā seruo daturus. Sic ḡ xp̄o veniēte ad baptismū didicit fm Chri. q̄ iste in psona ille erat quē p̄dicaueratven turū. fm Aug. ꝙo didicit q̄ haberet i baptismo ptātē auctoritatis z excellētie quā sibi retineret: siue p̄sens i terra corpe: siue absens corpe z p̄sens maiestate: q̄ ḡ xp̄s ptātem baptismi retineret hoc iohānes nesciuit: sz per colūbā didicit. vñ subdit. [Sed q̄ misit me] scz deus z tota trinitas: cui⁹ opera sunt indiuisa [baptizare in aqua] nō i spū [ille etiā mihi dixit] p subiectā creaturā: scz angelū vel inspirationē. [Sup quē] iter multos q̄s baptizabis [videbis spm̄ dei descendēte et manēte sup eū] i signo visibili colūbe [hic] solus [est q̄ baptizat] aucte z ptāte [in spū sctō]. s. in remissionē pctoꝝ q̄ est p spm̄sctm̄ qđ est ppriū ipsi⁹ dei: scz lauare alias p gratiā spūsctī: alijs ꝙo non ptātē cōtulit sed ministeriū cōmisit. Minister em̄ ministrat: sed xp̄s baptizat: quapropter siue a clericz siue a laicis: siue etiā a mulierib⁹ necessitate imminente baptism⁹ det: nō tm̄ iterat. Et fm Beda siue heretic⁹: siue scismatic⁹: siue facinorosus q̄scz in p̄fessiōe sctē trinitatz baptizet valet: z nō dz ille a catholicz rebaptizari: ne p̄fessio vel inuocatio tāti nois videat anullari. ptās quidē a dño in neminē trāsit: sed ministeriū in bonos z malos: ne q̄s ḡ exhorreat malorū ministeriū respiciat i dñi ptātē: veritas em̄ sacramētoꝝ non minuit merito ministroꝝ. Et subiūgit. [egovidi]. s. spiritū sanctū p̄dicto mō descēdēte sup iesum [z testimoniū phibuit: q̄ hic est fili⁹ dei] vnic⁹ nō adoptat⁹. In quo ostēdit q̄d baptista ex hac visione intellexerit. s. q̄ xp̄s esset fili⁹ deverus z naturalis: z per q̄s eandē virtutē habens cū patre. Hic testat dei filiū quē iā supra dixerat virum: vt ab eo habeat vtriusq̄ nature testimoniū. Quadripartitū aūt habuit dñs testimoniū: habuit em̄ testimoniū quadruplex a prophetis: q̄ hic esset xp̄s: habuit testimoniū iohānis. ecce agn⁹ dei: habuit testimoniū p̄ris: hic est fili⁹ me⁹ dilect⁹: habuit z testimoniū operū: si nō facio opera q̄ nemo fecē. Meditari hic potes quō dñs iesus a iohāne alacriter suscept⁹ ibi aliquātulū substitit et illa cruda heremi scibaria cōedit cuz eo. Tu ꝙo astās ibidē z aspicies extēde manū sicut mendic⁹ elemosynā petēs insinua quasi tabefact⁹ famē si forte vocari merearis adrefectionē. Tādē recreatione habita z gr̄arū actione pacta dñs iohāni valefecit et ad p̄s ab eo discessit: tūc aūt sequēs iesum z in adūētu z in discessu genuflecte iohāni deoscula pedes ei⁹: ac bñdictionē petēs recōmēdate eidē. excellēs em̄ et magn⁹ est vas de: ipso etiā dño testimoniū de hoc phibēte. Oro.

Chriso. Augu. Wister baptismi. Beda de baptismo non iterādo Testimoniū quadruplex de dño.

Omine deus agnus dei filius p̄ris qui tollis peccata mundi p merita illius q̄ hoc testimonio te oñdit mūdo: tolle pctā mūdi q̄ cōtraxi in mūdo: et tu sancte Johānes q̄ oñdisti mūdo tollentē peccata sua p gratiā tibi datā fac mihi hāc miam vt tollat pctā mea. Tu de⁹ tollis pctā mūdi: tu amice ei⁹ dicis. hic tollit pctā mūdi: ecce añvos onustus peccatis mūdi p̄bate mihi in me tu actū tuum z tu dictū tuū: tu em̄ magnus dñs z tu magn⁹ coz̄ā dño q̄ est in eternū misericors z sup oia bñdict⁹ deus.

De testimonio iohānis de xp̄o ac de prima discipulorū vocatiōe z occulta xp̄i p̄dicatiōe. Capi. xxiiij.



Adhuc autē Jesu in partibus illis manēte [altera]. i. q̄dāalia seu vna [die] q̄ ad hesternā non referet. nō em̄ semp respectue ponit [iterū stabat iohannes] iuxta iordanē immobilis in culmine pfectionis nec flectens se a rectitudine veritatis tanq̄ parat⁹ ad exercendū officiū suū testificādo de xp̄o ac baptizando z docēdo z oēs ad se venientes de ipso instruendo. Supra q̄dē phibuit testimonium de xp̄o ad turbas: hic vero ad discipulos. [Et] stabāt cū eo [ex discipulis eius duo] firmiter inherentes eius magisterio: quoꝝ vn⁹ andreas memorat sed alteri⁹ (q̄ insigne nō erat) nomen tacet. Un̄ sicut stephan⁹ est p̄m⁹ martyr post xp̄m: ita z andreas erat p̄m⁹ xp̄ianus z sil'r p̄m⁹ xp̄i discipul⁹: q̄ de duob⁹ p̄mo adherentib⁹ p̄ncipalis extitit z p̄mus. Quidā tm̄ dicūt q̄ alter duoꝝ fuit iohānes euāgelista: q̄ mod⁹ est scribētiū tacere laudē propriam vel saltē loqui de se tāq̄ de alio ad vitandā arrogantiā. ¶ Et vidit iohānes [iesum ambulantē] tanq̄ in salute nostra p̄curāda p̄ficiscētē [iuxta iordanē]. s. ppe locū vbi iohānes stabat: q̄ iesus postq̄ a iohanne ē baptizat⁹ ad tp̄s ppe locū illū morabat: z fact⁹ est iohāni familiar̄: vt sic iohānes frequēter testimoniū i sui p̄ntia diceret: z sic xp̄s ab alijs cognosceret. In q̄ cōmendat iohānis cōstantia: q̄ nō vna die nec semel tm̄ sz plurib⁹ diebꝰ z multotiēs xp̄o phibebat testimoniū. Un̄ subdit ei⁹ testimoniū iterato factū: q̄ cū viderat iesum dixit. [Ecce agn⁹ dei] ecce veruex qui sequendus est sicut dux gregis. breuiter repetit euangelista testimoniū qđ fuerat superi⁹ dictū z iō omittit r̄ siduū qđ supra dictū est. s. q̄ tollit pctā mūdi sic supra ē habitū. p iohānē p̄dicato euāgelij designat: q̄p ꝫ qđ dz hic stabat z vidit iesum ābulantē z dixit. ecce

A Johā. i

agn⁹ dei significat ꝙ ꝓdicator euāgelij dz esse cōstās in ꝓdicatiōe vbi dei et diligēter cōsiderare ꝓcessum vite xp̄i: ⁊ nō solū cōsiderare: ſz etiā ꝓdicare et audiētes debēt deuote recipere talē ꝓdicationē: ⁊ dñs ihesus ad tales cōuertit ꝑ clemētiā: ⁊ recipit ꝑ gratiā ⁊ eos instruit de necessarijs ad salutē. vñ subdit fruct⁹ testimonij. ¶ Et audiētes illi duo discipuli crediderūt magꝛo loquēti ac cōmēdāti ihesum ⁊ de eo testimoniū ꝓhibēti [⁊ secuti sunt ihesum] adverbū iohānis vt pot⁹ illū audirent ꝙ iohānem gaudētes se tādē inuenisse illū de quo totiēs iohānē audierāt loquētē. Relinquētes iohānē secuti sunt nō tm̄ passib⁹ pedū: ſz etiā mentione fidei ⁊ imitatiōe operū eū quē ipsi⁹ testimonio cognouerūt ipsi⁹ quoq; Johānis esse magistrū: desiderātes ei adhererē ei⁹ doctrinā audire. Admirare simplicē ⁊ humilē ⁊ facilē discipulo⁊ vocationē sine oi obiectiōe ꝑscrutatione factā. ¶ Benignus aūt dñs sitiēs eo⁊ ⁊ oim salutē [cōuersus ad eos] ex sua benignitate qui semp cōuertit ad eos qui ad se cōuertūtur et recipit veniētes: videſq; oculis misericordie⁊ benignitatis eos se sequētes vt daret eis de se fiduciā ⁊ audaciā [dicit eis ꝙd q̄ritis]. q. d. parat⁹ sum ad vestrā voluntatē.

B Uocatio discipulo⁊ xp̄i.

Quid et quis.

Non dicit quē queritis: qz de ꝑsona illuminati per iohannē erant: sed dicit quid queritis? quia sciuit ꝙ de salute aliquid discere querebant. Nec petijt hoc ex ignorātia: vt aliq̄d discat: ſz vt per interrogationē magis familiares faciat: ⁊ vt ex eo⁊ resp̄ōsione cōueniētius eos dirigat ꝙ dñs ad eos cōuertitur ꝙ eos respicit: ⁊ cum eis loquit clemētie ⁊ bone voluntatis est indiciū. Sciebat eñ quo affectu seq̄bantur, eum. In quo datur nobis intelligi ꝙ omnibus qui xp̄m sequi incipiūt puro corde dat fiduciam ⁊ spem misericordie et ad eos se cōuertit: vt opem misericordie sue eis impendat. Unde Chriſo. Hinc erudimur: quia cum nos bene velle inceperim⁹: tūc multas dat nobis salutis occasiōes. Unde et Theophilus. Uide aūt ꝙ sequētib⁹ se dñs cōuertit faciē et respicit: quia nisi per bonā operationē ipsuz secut⁹ fueris ad visionē faciei ei⁹ nunq̄ ꝑtinges: neq; ad domū ei⁹ poteris puenire. [Qui dixerūt ei rabi]. i. magr̄ [vbi habitas]. q. d. magisterijū tuū ⁊ doctrinā tuā querim⁹. Ecce paucis voluntatē suā ⁊ cur eū sequerētur insinuāt: sapiēti eñ multa ex paucis innotescūt. [Ubi habitas]. q. d. vbi est hospitiū tuū vbi tanq̄ q̄ trāseūt cōuersaris. de hospitiolo q̄rūt nō de domo ei⁹ quā nō habebat: qz fili⁹ hois non habebat vbi caput suū reclinaret. Nihil habuit dñs in terra ꝓter vnicū titulū pilati ⁊ nobis plures tituli nō sufficiūt. Mozal'r xp̄m interrogātvbi habitas quasi vellēt scire q̄les debent esse hoies qui digni sunt vt xp̄s in eis habitet vt exēplo eo⁊ se tales exhibeāt in q̄bus habitare. velit. Mistice aūt delectabilis

Conuersio dñi ad se sequētes. Chriſo. Theophilus.

Mathꝰ viij.

Mozal'r

est ista questio cōtemplantiū lucē in qua deꝰ habitat. vñ ps. Dñe dilexi decorē dom⁹ tue ⁊ locū habitationis glorie tue. Querebant ꝙ habitationē ei⁹ sicut studiosi discipuli vt posſent ad eū frequēter venire: ⁊ cū eo frequēter loquiz ab eo instrui. vñ Beda. Nolebāt trāsi nē quetorie magisterio vitatis perfrui sed mansio nē querebāt vt plenius ab eo possent instrui: sed nos quotiens incarnatiōis xp̄i transitū ad mentē reducimus solicito corde eū rogemus vt mansionis eterne habitationē nobis dignet oñdere. ¶ Ipse vero liberaliter ꝺdescendēs eorū petitiōi respondit eis. [Uenite et videte] venite testimonio iohānis ab one re legis ad fontē gratie ⁊ videte reuelata fide tādē visuri specie. q. d. ſz Alchuinū. Habitaculū meū explicari nō pōt sermone: ſz opere demonſtrat. venite ergo credēdo ⁊ bene operando ⁊ videte intelligendo. Uel fm Orige. per hoc qō dicit venite ad actionē inuitat. ꝑ hoc aūt qō dicit videte ad contēplationē. Nō dixit in illo vel i illo loco habito qō si dixisset potius locū ostēdere ꝙ eos inuitare videret. Et duxit eos ad domū in quam tunc in partibus illis se reducebat: qz ꝓprium habitaculū nō habebat [⁊ manserunt ibi apud deū die illo] hoc est diei illius residuo: ⁊ sequētis sue noctis spacio audiētes verba vite ab eo. dicit aūt die: quia vbi est xp̄s lux virtutum ⁊ sol iustitie ibi nulle tenebre possunt esse. O ꝙ beatā diē ⁊ ꝙ beatā noctē duxerūt audientes ⁊ videntes eū quē multi videre ⁊ audire volētes nō viderūt neq; audierunt. Quis ē q̄ nobis nūciet q̄ audierī a dño? Edificem⁹ ꝙ et nos in corde nostro vbi habitet ⁊ in nobismetipsis faciamus domū quo veniat⁊ nobis colloquat ⁊ nos doceat. [Hora aūt erat q̄si decima]. i. prope vesperā: vbi insinuat ꝓmēdationē xp̄i ⁊ discipulorū. Hora eñ decima ē in occasu diei ex quo ⁊ xp̄s commendat a diligētia ꝙ tā studiosus ad docēdū fuit ꝙ nec ꝓpter tēporis tarditatē eos docere distulit ⁊ discipuli cōmendant a feruore audiēdi xp̄m qz ꝙuis tarde esset ⁊ adhuc forte ieiunarent non tm̄ retardabant assequendo eū: ⁊ cū hora vesptina soleant hoies reuerti ad domicilia propria tm̄ omnibus dimissis manserunt cū eo vsq; in crastinū desiderio audiendi ipsum fm Chri. Hinc docemur omne tēpus ponere ad diuinā auditionē: qz omne tēpus ad eam aptū est ⁊ nullū intēporaneū. Uñ ⁊ Theophilus. Non frustra tēpus notauit euangelista vt tam doctores ꝙ discipulos erudiret ꝙ doctrina ꝓpter tēpus nō est pretermittēda. hec Theophi. Horū igit exemplo nullā horā pretermittamus ad disponendū nos vt xp̄m recipiamus: ⁊ cū eo habitemus: qz nescim⁹ qñ nullū ꝑt dñs siue in nocte: siue in die: siue in mane: si mittē dū ue in sero: siue in gallicātu ventur⁹ sit iuxta mare huius mundi iudicare ⁊ dānare ama

Chriſo.

Theophilus.

D Tēpus

tionis z gre vt in apl'atū vocarētur. vnde ait. Jo. xv. Nō vos me elegistis sed ego elegi vos: g hu manū studiū vt precuz hūanarū pecunie q- stus gnis z hmōi excludit dns ab electiōe p- lativt i ea currat sola gra diuina ppter quā ps. ciij. tm z p quā dz qs eligi. vñ i ps. Alcēdūt mō- tes z descēdūt cāpi in locū. s. prelationis quē fundastiveis: nō pecunia nō carnalis affect': sed sola gra z electio canonica q hodie ad p- nicie ecclie multipl'r corrūpitur: nō sine ma- gna dei offensa. Per hoc autē q apl'os instī- tuit in mōte: significauit q epi apl'oz succes- £ sores in supiori gradu sunt ecclie. Un dicunt epi ab epi q est supra z scopos intētio: q su- D pra gregē dnicū debēt intēdere vt eū ad sup- Duode nare valeāt erigere. Sed heu multi ex eis infe- narij nu riores: in ope sunt: z nec sibi nec alijs psunt z merus z sic nomē sine re tenēt. Sicut aūt i vocatiōe duode- fuit cōmēdatio gre sic in numero cōgruētia narta figure: nā duodenarij apl'oz nūerus in mul- multa. tis est figurat'. Isti em. xij. apli sub figura Gene. loquēdo sunt primo. xij. patriarche totū po- xxxv. pulū xpianū spūaliter generādo. Scdo. xij. Exo. xv viuētes fontes i helym doctrinis suis eccle- Eiusdez siā z mūdū irrigādo. Tertio. xij. lapides pre- xxviij. cioli in veste pontificali exēplis sctis ecclesiā j. Regū adornādo. Quarto. xij. panes supra mēsam xxj. ppositionis alias ꝯbo reficiēdo. Quinto. xij. Se. xxv. principes tribuū precepta salutaria pmul- Josue gando z ecclesiā salubriter gubernādo. Sex- ij. to. xij. exploratores terre pmissionis futurā Treñ. ij vitā per cōtēplationē inquirēdo: z postea de- uotis annūciando. Septimo. xij. lapides de Jos. iiij. iordane sublati mūdi fluxū cōtēnēdo. Octa- Exodi uo. xij. lapides altaris xpi sacrificiū i se por- xxiiij. tando. Nono. xij. vituli dño immolati p xpo martyrū sustinēdo. Decimo. xij. boues sub ij. Para mari eneo baptismi gratiā pdicādo et mini- lip. iiij. strādo. Undecimo. xij. leunculi in throno sa- lomonis tyrānos mūdi vincēdo: z obstinatos iij. Re. x cōminatione penarū inferni terrēdo. Duo- Wino decimo. xij. prophete de futuro tēpore eccle- res scz. siā admonēdo. Tredecimo. xij. hore diei vi- Joh. xj. tex xpiane tpa ordinādo. Quartodecimo. xij. porte ciuitatis potestate clauū regnū celoz aperiēdo. Quintodecimo. xij. fundamēta ci uitatis ecclesiā meritis z precibus sustentā- do. Sextodecimo. xij. stelle in corona sponse ecclesiā doctrinis z miraculis illustrādo sm . Beda. Bedā etiā hunc numerū apl'oz instituit cer ta causa misterij: vt scz mūdi salutē quā ver bo predicarent suo quoq numero cōmenda rent. Ter em quatuor. xij. faciūt: et totidem apostoli ad predicādū missi sunt: quia p eos Apoc. fides sancte trinitatis in quatuor mūdi par xxj. tibus pdicāda erat: vt quadratū orbem fide sancte trinitatis insignirēt. Un z de ciuitate sancta hierl'm dscēdēte de celo a deo scriptū est: q erāt ab oriēte porte tres et ab aq̄lone porte tres z ab austro porte tres: z ab occasu porte tres. Ubi figuraliter ondebat: q predi cantibus apl'is apostoloz ꝫ successoz cū- cte p orbē natiōes i fide sctē trinitatis eccl'iā essent ingressuri. sm hie. fecit vt essent duo- Hiero. decim: vt sint ipsi sup thronos. xij. indicātes xij. trib' israel. Uel cū duodenarij constet ex duplici senario qui est nūer' pfectiōis signi- ficare voluit q duplex pfectio. s. vite z scien- tie siue opis z sermonis debēt esse in his qui habent apostolicū officiū. Nomina aūt apo £ stoloz quos elegit sunt hec que sequuntur Aposto- Symon quē post conuersionē cognominaue lorū no- rat petrū z andreas frater eius: iacobus ze- mina. bedei. s. filius et iohannes frater eius impo suit his duob' noia bonarges. i. filij tonitruū q: sepe audierūt terrificā vocē z tonitruū pa tris p nubē de filio tonantis philippus z bar tholomeus thomas z matheus publicanus iacobus alphei. s. fili' q̄ z iacobus iustus pro pter sanctitatē vite: z minor q posterior invo catiōe: z frater dñi ppter similitudinē est vo catus: z symon chananeus frater eius a cha na vico seu villa galilee qui z zelotes est di ctus. chana em zelus z chananeus zelotes. i. emulator vel. z thadeus sil'r frater ei' qui z iu das iacobi. s. frater est vocatus: z iudas sca- riothes a scarioth vico iudee in q̄ ortus est: est noiatus. Hic inter apostolos eligit ad oñ Jude in dendū ppheti dauid eē cōpletā q dns iesus apl'atuz tradend' p discipulū pdicit z ad excusationē electio. bonoz qñ in congregatiōe eoz aliquis ma ps. xl. lus reperit. vñ Augu. Nō audeo mihi arro Augu. gare q dom' mea sit melioz cetu apostoloz. Itē sm eundē Augu. vt ipso malo vtēs bñ et sue passionis impleret dispositū z ecclesie sue tolerandoz malorū preberet exemplū. In- super sm Ambro. pinde eligitur vt oñdat q Ambro. magna est veritas quā nec aduersarius mi nister infirmat: voluit deseri: voluit pdi: vo- luit ab apl'o suo tradi: vt tu a socio proditus moderate feras tuū errasse iudiciū: perisse beneficiū. Itē sm Theophi. Ut discamus q F deus nō repellit aliquē ppter futurā malitiā Theo sed propter presentē virtutē dignum habet. philus. ¶ Nominat aūt apostolos ppriis nominib' Nomi vt pseudo z falsi apostoli qui futuri erant ex natiōis cluderent z ab oibus vitarent: nec quisq̄ au aposto deret aliū iscribere catalogo apostoloz. Itē lorū cāe vt tā noia apl'oz ꝫ sibi credētiū oñderēt scri pta eē i lib. vite. Cōbinat ꝫo eos ad duos et duos noiati exmit i signū mutue dilectiōis z approbationis iugalis societatis. Itēq̄ vt mutuo se iuuātes essent fortiores z insup con tra dolū in fidei confessione z contra cōflictū in tormentoz toleratiōe. Ut aūt dicit Aug. Augu. Elegit hos discipulos quos z apostolos no minauit hūiliter natos: honoratos: illitera tos: vt q̄q̄d magnū essent z faceret ipse i eis esset z faceret. Un z Ambro. Similiter aduer Ambro. te celeste consiliū. Nō sapientes aliquos: nō

diuites: nō nobiles: ſz piſcatores et publicanos quos dirigeret elegit ne traduciſſe prudētia: ne redimiſſe diuitijs: ne potētie nobilitatiſq; auctoritate traxiſſe aliquos ad ſuā gratiā videret vt veritatis ratio nō diſputationis gratia p̄ualeret. hec Amb. ¶ Ad mōtana ꝯ dñs conſcēdit vt a turbis recederet ⁊ q̄ete oraret: ⁊ familiariter ap̄los eligeret et inſtrueret vt ⁊ turbas ad altiora traheret: ſz turbis aſcēdere non valētib⁹ ſequūtur diſcipuli ei⁹. Voluit etiā docturus in mōtē aſcendere vt altiora p̄cepta dentur⁹ de altis ea predicaret. Et q̄ minora legis p̄cepta filijs iſrl̄ in mōte dederat: maiora diſcipulis euāgelicis in mōte dare voluit vt ſe eundē deū oſtēderet q̄ legē ⁊ euāgelicā vitā dedit. Poſt electionē itaq; ap̄lor⁹ voluit eos de operib⁹ pfectionis inſtruere: qz ad gradū maiorē p̄moti dñt cognitionē maiorē habere. vñ Beda. Miſtice mōs ille in quo ap̄los elegit dñs altitudinē ꝛſignat iuſtitie qua iſtruēdi erāt ⁊ quā p̄dicaturi hoib⁹. Nā qz miſſur⁹ erat eos ad p̄dicādū euāgeliū regni celeſtis: merito p̄ ſublimitatē loci in quo electi ſunt amonere voluit eos nō in infimis deſideriis animi diſſoluere: ſed ad ſupna deſiderāda ⁊ q̄rēda ſemp erigere debere. Sic etiā legē daturus priori pp̄lo ſuo in mōte apparuit de mōte q̄ agēda eſſent innotuit. vñz glo. Aſcēdit q̄ppe mons in mōtē vt altiora virtutū culmina doceret ⁊ eccleſiā ſup quā ſedet predicās preceptū dñi ſublimi⁹ erigendā oſtēderet: quā eadē doctrina vſq; ad finē ſeculi pleni⁹ erudiret. Quānis ꝯ ibidē docere poterat vbi erat in mōtē tñ ad predicādū aſcēdit in ſignū q̄ in mōte altitudinē virtutū dz aſcēdere qui predicare vult ⁊ iuſtitiā dei docere. vñ Chryſo. In ꝛitate cōſiſtere dz q̄ iuſtitiā docet ⁊ audit nemo eñ p̄t invalle ſtare ⁊ de mōte loq̄. Ubi ſtas inde loq̄re: aut vñ loquer⁊ ibi ſta. Si anim⁹ eſt in terra: quō de celo loq̄ris? Si de celo loq̄ris in celo cōſiſte. Et ſi iuſtitiā facere non vis: quomodo magiſtrū iuſtitie audis? Ut quid magiſtrū vocas cuius non vis eſſe diſcipulus? vñ Richar. Quia aūt docturus diſcipulos in montē aſcēdit: ⁊ hic nobis inſinuat q̄ qui ſacre doctrine verbū diſpenſat nō in valle prauī operis: nō in cāpo effrenate diſſolutiōis ꝛſiſtere debeat: ſed in mōtem ſpiritualis cōuerſatiōis p̄ exercitia virtutū ⁊ exhibitionē bonor⁹ operū aſcendat ſicut ſcriptū eſt. Sup montē excelſum aſcēde tu qui euangelizas ſyon. ¶ Oratio.

Wontana petēdi ratio

Beda. Cur in mōtem aſcenderit.

Chryſo.

Richardus.

Eſa. xl.

OMine Jeſu xp̄e qui p̄opter ineſtimabilē miſericordiā tuā in mundū veniſti vt peccatores ab errorib⁹ ad penitētiā reuocares: ⁊ ex his q̄pplures dignatus es eligere in tuos ſecretarios ⁊ diſcipulos ſpeciales: reuoca miſericors & me miſerū peccatorem errātem: amplectere redeuntem: conforta dolentem: inſtrue ignorantem ac tandem me (licet indignū) cum diſcipulis tuis admittēs totaliter a deſiderio terrenorū leues: ⁊ mentē omnino ad celeſtia tranferas vt audiam et intelligā verba tua ⁊ opere cōpleam vniuerſa. Amen.

¶ De ſermone dñi in mōte. Et primo de octo btitudinib⁹. Ca. xxxiij.



Poſt hec dominus Jeſus fecit ſermonem pulcherrimū et copioſum: quē vt dicit Augu. ſi q̄s pie ſobrieq; conſideraverit inueniet in eo quātū ad mores optimos p̄tinet pfectū vite xp̄iane modū: ⁊ iſtū ſermonē oib⁹ p̄ceptis q̄b⁹ xp̄iana vita informat eſſe pfectū. Hūc ſermonē Mathe⁹ ⁊ Luc. varie narrant: ⁊ ob hoc quidā dicūt dñm pri⁹ ſermonē fecisſe diſcipulis tm̄ in ſupcilio mōtis ſedēdo per modū doctoris et hunc narrat Mathe⁹: ⁊ poſt in latere mōtis cōmuniter turbis et diſcipulis alium ſimilē ſtando per modū predicatoris: ⁊ hūc narrat Luc. Alij vo dicūt dñm primo ſedisſe cū diſcipulis in ſupcilio mōtis: ⁊ electis. xij. deſcēdiſſe ad aliquā planiciē in latere mōtis eiusdē: ⁊ ibi vnū ſermonē ſimul cū turbis et diſcipulis habuiſſe quē vterq; euāgeliſta narrat diuerſimode eadē tñ rei veritate. Sz primū cōueniētius tenet ⁊ veritati magis cōſentire videt. Et ex hoc inoleuit cōſuetudo in eccleſia q̄ q̄n fit ſermo turbis ⁊ ſecularib⁹ ſtat predicator vt inuitās ad pugnā ⁊ opationē: q̄n clericis et religioſis ſedet vt inuitās ad quietē ⁊ contēplationē. ¶ Proponit autē dñs ieſus in principio ſui ſermonis octo beatitudines ſeu virtutes ⁊ ſubnectit p̄mia ſingulis beatitudinib⁹ ſeu virtutib⁹ correſpōdētia. Unde ponit ibi aliq̄d p̄ modū meriti puta bti ꝛc. ⁊ aliqua p̄ modū p̄mij puta q̄m̄. primū eñ pertinet ad beatitudinē meriti: ſcōm vo ad beatitudinē p̄mij. Sed qui deſiderat ⁊ ſequi p̄miū: ſtudeat primū habere meritū. vnde Aug. Nemo q̄ppe inueniri p̄t q̄ beat⁹ eſſe nolit. Sed o ſi hoies quō deſiderāt mercedē ſic op⁹ mercedis nō recuſarēt. Quis nō alacriter currat cū ei dr beat⁹ eris? Libēter audiat. ⁊ cū dr ſi hec feceris. Nō recuſet certamē ſi diligit p̄miū ⁊ accēdat anim⁹ ad alacritatē operis cōmendatione mercedis. hec Aug. Btitudo q̄ppe dr dupl̄r. vno mō i ſpe ſicut habet in via. alio mō in re ſicut habet in patria. Beati ſunt ergo excellētes in virtute beatitudine vie per gratiā beatificādi beatitudine patrie p̄ gloriā. Uel ſm Aug. Non inde beati ſunt: qz paupes ſpū: ſz q̄m ipſorū eſt regnū celor⁹: ⁊ ita de alijs ſuo mō. [Doce

A Sermo domini in mōte

Mat. v. Luc. vi.

Sedēdi ⁊ ſtandi in p̄dicādo mos

Beatitudines octo.

Augu. B

Btitudo duplr. dr.

bat] ergo [eos dicēs. Beati paupes spū]. i. volutate z electione nō necessitate vel simulatiōe [qm ipsoz est regnū celoz] qō est primū correspōdēs merito eorū. Ubi sciendū q̄ pauptas spūs sumit ḧ p abstinētia ab amore mūdi. i. ab amore eoz q̄ in mūdo sunt z q̄ amatores mūdi cōplectit: z sic est plenaria oiz delectabiliū abdicatio: oēs delectationes que sunt in diuitijs: delitijs z honoribꝰ contēnēs. Et ideo beatudo ista pōt itelligi dupl'r. vno mō pro cōtēptu diuitiarū z carnaliū voluptatū. scdo p cōtēptu sui z ppie excellētie vt etiā bonꝰ se inutilē z ceteris reputet inferiorē. Contēptus aūt diuitiarū nascit ex contēptu sui: qui em̄ veraciter z humiliter ppter deū se cōtēnit tpalia q̄ ppter se sunt: facilius etiā cōtēnit: nec magno precio exteriora estimat: q̄ se interiꝰ nō curat. Sic ergo pauptas spūs implicat virtutē voluntarie ppter xp̄m egestatis z etiā vere ḧūilitatis. Et p̄m vtrūq; intellectū hec beatitudo primū tenet locum.

Pauper tas spūs

Beatitudo ꝓma

Scdz primū quidē intellectū: q̄ pauptas est prima pfectio volētiū sequi xp̄m z totiꝰ spūalis edificij fundamentū. Nō em̄ pōt expedite sequi xp̄m pauptatis speculū qui oneratꝰ est rebus tēporalibꝰ: nec est liber sed seruꝰ q̄ animi affectionē subijcit istis rebus trāseūtibus. Eius em̄ rei quā affectuose diligo me seruū sponte cōstituo. Et ideo nihil elt amādū: nisi ipe deꝰ vel aliud ppter deū. vñ Ambꝝ.

Ambro. Primā beatitudinē hāc vterq; euāgelista posuit. ordine em̄ prima est z parēs quedā gnatioq; virtutū. Quia q̄ contēpserit secularia: ipe merebit sempiterna. Nec pōt quisq; meritū regni celestis adipisci q̄ mūdi cupiditatē possessus emergēdi nō hz facultatē. Silr quo ad intellectū scdm: q̄ ḧūilitas opponit initio oim vitioz: scz superbie q̄ inter oia vitia

Augu. tenet ꝓncipatū. vñ Aug. Recte hic intelligūtur pauperes spū: humiles z timētes deū. i. non habētes inflantē spm̄. Nec aliūde oino incipere oportuit beatitudinē. Sic quidē p-

Eccli. j. venit ad sumuna sapiētia. Initiū aūt sapien-

Eius. x. tie timor dñi: qm̄ et a cōtrario initiū ois pcti

Chryso. superbia describit. vñ z Chryso. Sicut cetera vitia deprimūt ad inferos z maxime superbia: sicvehūt virtutes ad celū: maxime aūt ḧūilitas. hec Chryso. Cupidi g̃ z superbi appetāt et diligāt regna terrarū [beati] autē [pauperes spū]. i. spūali voluntate vel sui reputatione [qm ipsoz est regnū celoz] nunc in spe z in futuro erit in re. Et bene premiū merito respōdet vt indigētie z humiliatiōe copiositas z exaltatio succedat. In regno em̄ intelligit oimodo sufficiētia et excellētia q̄ bn̄ p̄mittit in celis q̄ talia cōtēpserūt in terris. Deinde

℄ sequit scda [Beati mites qm̄ ipi possidebūt

Secūda beatitudo. terrā.] Post pauptatē sequit mititas. q̄ em̄ pauperē multz lacessit iniurijs: z iō necessariū est q̄ sit mitis vel mansuetꝰ qō idē est p̄m rē sed differūt noie. Mitis em̄ est q̄ aliū non offendit: māsuetꝰ q̄ se offendētes tolerat. vñ

Mitis

Māsuetus. māsuetꝰ dr quasi manu assuetꝰ: cui facile est sustinere nō malū p malo reddere: mitis vo q̄ nulla animi accessione turbat. iz iugiter in animi bonitate pseuerat. Et p̄m hoc mitz dr in affectu: māsuetꝰ in effectu. Mites g̃ p̄m rē sunt hoies māsueti modesti z humiles in fide simplices z ad oēm iniuriā patiētes: qui nullā amaritudinē animi sentiūt z cū irritati fuerint: nec cogitāt facere malū nec faciūt cedūt improbitatibꝰ z non resistūt malo: sed vincūt malū in bono. Et ve [beati mites qm̄ isti possidebūt terrā] scz duplicē. i. corpis p-

Terrā. priū quā gerūt: z paradisi quā q̄runt. Terrā inquā corpis ppriū: q̄ mites hūt dñium sui scz nō iracūdi: q̄ nō subijciūt sensualitatē ronī. Itē terrā paradisi. mites em̄ quiete z pacifice possidet dñs in terra mouētiū: z iō legevicissitudinis mites possidebūt dñz in terra viuētiū. Et p̄m glo. qm̄ seipsos in pñti possidēt hereditatē pris i futuro possidebūt. vbi Augu. Tūcve possidebis terrā qm̄ inherebis ei

Augu. q̄ fecit celū z terrā. Hoc est em̄ eē mitē nō resistere deo tuo. Ut in eo qō bn̄ facias ipse tibi

Possidere terrā placeat: non tu tibi. In eo aūt q̄ mala iuste pater scz: ipe tibi nō displiceat scz tu tibi. Neq; em̄ pax est: q̄ placebis ei displicēs tibi. Displicebis em̄ ei placēs tibi. hec Aug. Rixent g̃ mites: z dimicēt p terrenis z tpalibꝰ rebꝰ. Beati aūt mites qm̄ ipsi hereditate ac imobiliter z solide possidebūt terrā eterne btitudinis. Ad hoc em̄ hoies feroces mouēt guerras z lites sequētes motꝰ irascibilis vt quasi securi possideāt terrā de victis inimicis: z iō illis q̄ sunt totaliter quietati a motibꝰ irascibilis: bn̄ p̄mittit possessio pacifica terre viuē-

Terra. tiū de qua pelli nō possunt ab aduersarijs. Significat em̄ terra p̄m Aug. quandā soliditatē z stabilitatē hereditatis ppetue: vbi alia p bonū affectū tāq; in loco suo requiescit sicut corpꝰ in terra: z inde cibo suo alitur sicut corpꝰ a terra. Ipa est reqes et vita sanctorū.

Si g̃ vt dicit Beda. celorū regnuz pauperibꝰ

Beda. z terra mitibꝰ p̄mittitur: quid supbis z con-

D tentiosis nisi infernꝰ relinquet? Deinde seq

Tertia tur tertia [Beati q̄ lugēt: qm̄ ipsi cōsolabun

btitudo tur] Hec tertia beatitudo recte primā sequitur z secūdā: post cōtēptū nāq; mūdi p pauptatē: post quietē mentis p māsuetudinē: va-

Lugēdi cans homo sibi et considerās statū suū nihil ratio. inuenit nec in se nec i alijs nisi materiā luctꝰ

Apoca. z flebile: z iō incipit lugere. Est aūt lugendū xxj. nō ppter tēporalia dāna: sed ppter spūalia

Bern. detrimēta. Et vere bti qui lugēt: qm̄ deꝰ eos

Waxi- cōsolādo oēm lachrymā ab oculis eoz absterget. vnde Bern. Felix lachryma q̄ manu pij

Lachry- dñi meret abstergi. vt dic Waximꝰ. Lachry-

marū cō me venia non postulāt: z tñ merent: causam mendaci nō dicūt: z tamē miam cōsequūtur: q̄ sermo tio.

interdū nō totū ꝓfert negociū: lachrymā ꝙ totū ꝓdit affectū. Cōsolabūtur aūt lugētes et hic z in futuro. In ꝑsenti em̄ cōsolationes spūales cōsolāte spūsancto q̄ paraclyt⁹. i. cōsolator ꝺr: recipiūt penitētes. Cōsolabūtur z in futuro cū ad gloriā perducentur vbi gaudiū z letitiā obtinebūt: qz ꝑm Chri. hmōi luctū dñs ꝓpetui gaudij cōsolatiōe cōpēsat: vt aūt dicit idē Chriso. Lugēdū est z vere lugēdū ꝑsentis vite tps in quo tantā malorū labē tātaq̄ quotidie videm⁹ flagitia cumulari: q̄ si velis cōsiderare ꝑ singula: nūq̄ te poteris a lachrymis tēperare. Eteñ si q̄s extrinsec⁹ vndecūq̄ adesset z ꝑceptorē xp̄i ac nostre conuersationē et ꝑturbationē videret inimicos nos esse et contrarios ꝑceptorē xp̄i indicaret: z quasi qui studiū quoddā habuerimus cōtraria in omnib⁹ gerere cōꝑ ille mandauit. hec Chriso. ¶ Et sciēdū ꝙ quinq̄ sunt cause luctus quarū due respiciunt culpā scz ꝓpriā z alienā: due penam: scz ꝓsentē z eternam. q̄nta gloriā celestē. Lugēdū est ergo in hac vita primo pro ꝑctis z miserijs ꝓprijs. secundo pro ꝑctis z miserijs alienis. tertio pro incolatu ꝓsentis miserie. quarto ꝑ periculo et dnbio pene eterne. q̄nto ꝑ dilatione gl'ie. Et ideo [beati q̄ lugēt] scz in ꝓsenti [quoniā ipsi consolabūtur] plenarie in futuro cōtra quinq̄ luctus ꝓdictos: cōtra primū de ꝑctorū remissiōe: cōtra secūdū de ꝓximorū bonū salute z malorū cōdēnatiōe: cōtra tertiū de hui⁹ exilij liberatiōe: cōtra quartū de euasione pene future: cōtra q̄ntū in gloriē adeptione: z tūc poterūt dicere cū ꝑs. Secundū multitudinē dolorū meorū in corde meo: consolationes tue letificauerūt aiaz meā. Huic sentētie ꝓcor. Grego. qui dicit. Quatuor sunt qualitates quibus iustiviri aliq̄ in cōpūctione vehemēter afficit: cū aut malorū suorū reminiscit cōsiderās vbi fuit: aut iudiciorū dei sententiā metuēs z secū querens cogitat vbi erit: aut cū mala hui⁹ vite pūctis solerter attendēs merēs cōsiderat vbi est: aut cū bona supne patrie contēplat: que qz nondū adipiscit lugēs cōspicit vbi nō est. hec Greg. Gaudeant g̃ vani in hoc mūdo: beati aūt qui lugēt qm̄ cōsolabunt in celo. Cōgrue aūt lugētibus ꝓmittit z preparat eterna cōsolatio: vt qui tristati sunt in pūcti gaudeāt in futuro: z tēporalē amittētes letitiā: ꝑfruātur eterna.

¶ Deinde sequit quarta. [Beati q̄ esuriūt z sitiūt iustitiā: qm̄ ipsi saturabūtur] hec q̄rta beatitudo recte sequit tres p̄dictas. quę em̄ mūdana cōtēpsit ac mores māsuetudine rexit z defectus luxit: iā pōt esurire z sitire iustitiā: qō non prius potuit: quia ꝑm Ambro. eger cū in graui morbo est nō esurit. Prime ꝙ tres a seculo nequaq̄ eripiunt: pauptas em̄ diuitias abiicit: māsuetudo iniurias nō sentit: luct⁹ cōmissa diluit: q̄ ꝙ sequūtur ad celū erigunt quarū ꝓma est nō tā iusticia q̄ esuries siue desiderū iusticie: qz in pūcti ꝑfectā iusticiā nō possum⁹ habere: sed possum⁹ esurire. Un̄ dicit. [Beati qui esuriūt z sitiūt iusticiā]. i. cū oī desiderio z vehementer ad modū esurientis z sitientis appetunt eā ꝑm Bedā nos instituēs. nunq̄ nos satis iustos estimare debere: sz quotidiano iusticie semper ardere ꝑfectu. vñ Hiero. Non sufficit mobis velle iusticiā: nisi iusticie patiamur famē: vt nunq̄ nos satis iustos: sed semp esurire opera iusticie intelligamus. Et accipit hic iusticia ꝑs q̄ est virtus generalis ad oēs qua declinat a malo z fit bonū ꝑm q̄ homo ab ea generaliter iustus dicit ꝑ exercitiū virtutū: qz ꝑm Chriso. esurit iusticiā q̄ ꝑm dei iusticiā dei desiderat cōuersari. hanc iusticiam z vite rectitudinē nō solū i nobis: sed z in oībus alijs appetere debemus. Et hoc est iusticia q̄ tribuit vnicuiq̄ quod suū est: deo: ꝓximo z sibi. Deo tria. s. honorē creatori: amorē redemptori: timorē iudici. Proximo tria. obedientiā superiori: cōcordiā pari: beneficentiā inferiori. Sibi tria: mudiciā cordi: custodiā ori: disciplinā carni. Et vere beati qui esuriunt z sitiūt iusticiā qm̄ ipsi saturabunt vt qui ꝑ esuriē z sitim iusticie merent: ꝑ saturitatē glorie ꝑmient: z conatū quē passi sunt in merendo: reficiat premiū in perficiendo. Que saturitas reddet in vita beata. de qua dicit Psalmista. Satiabor cū apparuerit gloria tua. In pūcti quoq̄ reddit: qz sicut auaricia sitit aliena z esurit: sic ꝑ iusticiā saturat⁹ cōtētus est suis z aliena nō cupit. Nō solum itaq̄ illi q̄ faciunt iusticiā seu iusticie op⁹: sz etiā q̄ eā esuriūt z sitiūt. i. qui eā facere concupiscūt: z si nō possunt facere qō desiderāt: tamē beati sunt: qz quantū in ipsis est factū qō desiderant: z isti quidē saturabuntur qm̄ oia eorū desideria cōplebunt. vñ Augu. Qui perfecte nouit z ꝑfecte amat iusticiā: iam iustus est etiā si nulla existat ꝑm eā formā extrinsecus ꝑ mēbra corpis opandi necessitas. Desiderāt ergo alij vana q̄ eos satiare nō poterūt [bti aūt q̄ esuriūt z sitiūt iusticiā: qz ipsi saturabunt] hic ꝑ modulo: sed plenarie in futuro.

¶ Deinde sequit quita [Beati misericordes qm̄ ipsi miam consequent.] Post iusticiam recte ponit mia: qrna nō debet esse sine alia sz altera ab altera tēperari. Nā mia sine iusticia descēdit ad dissolutionem: iusticia sine mia descēdit ad crudelitatē. vna cū alia incedit ꝑm eqtatē. ¶ Est aūt mia miseria cordis sup malo. vñ dicūt misericordes q̄si miserū cor habētes: qz alteri⁹ miseriā q̄si suā reputāt: z de malo alteri⁹ q̄si de suo dolent. Mia est dimittere iniurias illatas: ac oēm rancorem z odiū: et dare quodcūq̄ potest spirituale z corporale subsidiū. Mie aūt exhibēde is ē ordo vt pri⁹ sit sup malo ꝓprio, ꝑm illud eccle sia.

Chriso.

Quid lugendū.

Luctus cause quinq̄.

Consolationes lugentiū.

ꝑs. xciij

Grego. Cōpunctiōis incitamenta.

Ambro.

Esuriet iusticie.

Beda.

Hiero.

Justicia ꝑs. xxxvi.

Chriso.

Justicia tribuēs tribus terna.

ꝑs. xvi.

Augu.

Quinta beatitudo.

Mia tēperata.

Mia q̄d Mie exhibende ordo.

Eccli. xxx. Via tripler.

Miserere anime tue placens deo: deinde: super primi malo eius defectibus condescendendo: cuius finis est p alio mortuo exemplo xpi qui p nobis ex mia dedit se morti. Est igit mia prima propria ad seipm p pniam. Scda fraterna ad primu per bnficentiã. Est tertia filialis ad deu per compassionẽ: sed heu qz nihil compatitur sup contritione ioseph. prima consequit misericordiã in remissione ois culpe: scda sequitur miam in diminutione pene z intercessoz multiplicatione q enim diminuit alteri pena meretur sue diminutionẽ. tertia consequitur miam in adeptione glorie: qz fm apl'm. si compatimur z glorificabimur. Sz vt dicit Ambr. qui compatitur: nõ perfunctorie compatit sed vt tribulationes xpi in corpe suo impleat: sicut implebat z paulus. Igit studiose circa misericordiã insistere debem: qz in oib mia dei indigem. Hec virt tãta est q ea pre ceteris deo quasi sibi propria attribuat. vnde dicit. Deus cui pprium est misereri semp parcere. Hãc etiã negatã exprobrabit reprobis: z impensam cõmendabit iustis. Maxime enim succurrẽt opera mie in die iudicij his qui fecerint ea: qm vt ait Jacobus: iudiciũ sine mia fiet illi qui nõ fecerit miaz. Unde Aug. Beatos esse dicit qui subueniũt miseris: qm eis ita rependetur: vt de miseria liberẽtur: fac et fiet: fac cũ altero: vt fiat tecũ. Qd egeris cuz petitore tuo: hoc agat deus cũ suo. vñ et Hylarius. Intantũ enim deus benuolẽtie nostre in oẽs delectat affectu vt miam suã sit solis misericordib pstitur. vñ z Chri. Dns miarũ misericordes dicit esse btos: ostendens vnũ quẽq nostrũ miam pmereri nõ posse: nisi z ipse misericors fuerit. Et iterũ. videtur aũt esse equalis retributio: sz z multo maior. nõ est enim equalis humana mia z diuina. Seuiant g tyrãni cũ suis crudelitatib sine mia perituri [bti aũt misericordes qm ipi miam psequent] i futuro: vbi ab oi miseria culpe z pene subleuabuntur: z in hoc seculo vbi eis culpa remittitur z gratia largit: conferũtur tpalia z subleuãtur a multiplici miseria: p ut status iste patitur z saluti spũali expedire videt. ¶ Deinde sequit sexta [Beati mũdo corde: qm ipsi deũ videbũt.] Sexta beatitudo optime sexto loco ponit: qz p ipsam homo ad dei imaginẽ que ipsius dei per cognitionẽ et amorẽ capax est reparat: quaz sexta die cõdit pdidit: et sexta etate recuperauit. Et recte post miam ponit cordis mundicia: qz fm Ambr. qui miam defert: miam amittit nisi mũdo corde misereat: nam si iactãtiã qrit: nullus est fruct. Dicit ergo. Beati mũdo corde: nõ dicit de superficie vt fallaces hypocrite: qui mundãt qd foris est non tm cor pore: vt mũdani diuites qui corporis studẽt mũdicie: sed corde quos nõ arguit cõsciẽtia pctõz: qui declinãt a malo quolibet et faciũt omne bonũ qd pnt bono fine z recta intẽtione. Et vere sic mũdo corde beati sũt qm ipsi deũ videbũt: qz mũdicia maxime vnit sume beatitudini: z mund nõ nisi mũdo corde põt videri. Illud est cor mũdũ qd nõ arguit cõsciẽtia vlla peccati: sed est tẽplũ sanctũ dei ex qd cogitationes male nõ pcedũt. Si enim cor fuerit mũdũ a prauis cogitationib: tot hõ erit mundus ab iniqtatib: ibi enim peccata oriũt: ibi radices figunt: q si ibi succise fuerint: nõ est vbi crescant. Deus qppe spus est. et ideo nõ oculo carnis: sed oculo cordis z mẽtis tm videri põt. Et sicut opz oculũ carnis eẽ purũ z mundũ vt solẽ possit videre sic longe plus oportet oculũ cordis mundũ esse vt possit deũ qui luce inhabitat inaccessibilẽ videre: qz in eo ois sufficientia nostra p xpm: z finis desideriorũ nostrorũ habet q solis mũdis corde debet. vñ Augustin. Hic est finis amoris nostri. Quicquid bn agim: quicquid laudabiliter estuam: quicqd inculpabiliter desideram ad dei visionẽ cũ venerit plus nõ requirem. Uidere deũ volum: sed vide qd dictum est. Beati mundo corde: qm ipsi deũ videbunt. Hoc para vt videas. Nõ enim corde nõ mũdo videre pmitteris qd nõ videt nisi corde mũdo. vñ z Ambr. Emunda cor tuũ: oẽs pollutas cogitationes de corde tuo abijce: nihil sit quo tuus inquinet affectus. Simpler mens pura sinceritas sit: talib se dns: si volutabrũ corporis deposuerint: demõstrare dignatur. hec Ambrosius. Immundi ergo corde qui in sordibus sunt sordescant adhuc [beati autẽ mũdo corde: qm ipsi deũ videbũt] in presenti p fidẽ z in futuro p speciẽ. in pnti familiari: z in futuro gloriosius. Hic fm q aliquis eripuerit se a malis z bona fecerit fm hoc deũ videt aut minus aut aplius: z ibi quãto mũdicia maior: tanto visio potentior et clarior. ¶ Deide sequit septima [Beati pacifici: qm filij dei vocabunt.] Septimo loco ponit beatitudo pacis: qz i sabbato septime etatis plenarie dabit pax habentib beatitudines supradictas. Bene aũt post mũdiciã pax sequitur: qz ad gradũ pacis q purgat est dirigit nec nisi in bona voluntate pax nutrit. vnde Ambr. Cũ interiora tua vacua feceris ab oi labe peccati: a te pacẽ incipis: vt sic pacem alijs feras. Dicit ergo beati pacifici: nec dicit aio pacati: qz hoc ptinet ad scdam beatitudinẽ q est mititas: sed dicit pacifici: qui. s. pmo in semetipsis pacẽ faciũt z quicqd puer se cogitationis locutionis: operisve deprehẽdũt potenter expellũt: nec aliqd turbationis in sue regno dnationis esse pmittunt: z siqd eis aduersitatis occurrat pacẽ suã tm seruãt et cũcta cũ cordis sui tranquillitate iudicãt. Deinde nõ in se tm pacẽ custodiũt: verũetiã alios discordãtes sibi ad vnitatẽ pacis reducunt: ac semp paci faciende: reformande: et

Exo. f. coz. iij

Jo. iiij. Deũ videre finis.

f. Tim. vj.

Augu.

Ambro.

Septima beatitudo. Pacifici Pax.

Ambro.

Amos vj.

Ro. viij. Ambro.

Misericordie laus in oratione ecclesie.

Math. xxv.

Jaco. ij. Augu.

Hylari

Chriso

Ambro. Cordis mundicia.

Math. xriij.

Mundicie laus

pseruande: siue in se siue in alijs inuigilãt.

paci cõ traria quinq;

Paci aũt cõtraria nt quinq;. s. bella: lites: tumultus: inquietudines z molestie. Pacifici g huiusmodi bellis sopiendis: litibus dirimẽdis: tumultibus sodandis: inquietudinibus quietandis: molestijs mitigãdis insistunt.

Pacifici filij dei.

Hec aũt sunt officia filij dei qui in se pacific⁹ pacẽ reformauit in alijs: z tõ de pacificis bñ dicit [qm̃ filij dei vocabunt] Pacifici etiã dicunt qui totaliter etiã p affectũ mentis deo sicut summe bonitati coniungunt z sic nihil aliud extra ipsum q̃runt: sed in ipso quietantur z pacificant. Qui z filij dei vocari merent qz filiatio dei importat assimilationẽ ad deũ. proprijũ aũt est ipsius dei seipso frui z in ipso quietari. pacifici g esse debem⁹: vt vere ipm deũ pacis in nobis habere mereamur. de q̃

ps. lxxv. Augu. de pacificis.

scriptũ est. factus est in pace locus eius. vbi Augu. Pacifici in semetipsis sunt q̃ oẽs animi sui mot⁹ exponẽtes z subijcientes rõni. i. menti z spũ: carnalesq; ꝓcupiscentias habẽtes edomitas fiunt regnũ dei. In quo ita ordinata sunt oĩa: vt id qõ est in hoie p̃cipuũ z excellens hoc imperet ceteris nõ reluctantibus q̃ sunt nobis bestijsq; cõis atq; idipsum quod excellit in hoie. i. mens z rõ subijciat potiori quod est ipsa veritas vnigenit⁹ filius dei. Neq; em̃ iperare inferioribus põt nisi superiori se subijciat. Et hec est pax q̃ dat in terra hoibus bone volũtatis. hec est vita cõ summati pfectiq; sapientis. hec Augu. Liti gent g discordes patrẽ suũ diabolũ imitãtes

luce. ij.

[Beati aũt pacifici] primo sibi: deinde alijs scz internã pacẽ z fraternã seruantes [qm̃ filij dei] z veri imitatores eius in supna pace [vocabunt] hñt em̃ similitudinẽ dei patris: qz de⁹ pax et quies summa est: z oĩa cũ trãq̃llitate disponit.

J Octaua beatitudo.

¶ Deide sequit octaua [Beati q̃ psecutionẽ patiunt ꝓpter iusticiã: qm̃ ipsorũ est regnũ celorũ] ſm Chrisõ. Posita pacificorũ beatitudine ne aliq̃s estimaret q̃ semper pacẽ sibi q̃rere sit bonũ: subdit [beati q̃ psecutionẽ patiunt ꝓpter iusticiã] hec etiaz beatitudo pficit hoiem ad bñ patiẽdũ: sicut p̃dicte ad bñ agendũ: qz sicut ad virtutẽ ptinet bñ agere: ita z bñ pati. Et iõ post p̃cedẽtes beatitudines q̃ cõsistũt in pfectiõe actionis: sequit hec q̃ cõsistit in pfectiõe passiõis.

Chrisõ. Pati.

Aurea z aureola

Hiero.

Chrisõ. Justicia

nã sicut beatitudo patrie distinguit penes aureã z aureolã: sic btitudo vie q̃ ẽ imago q̃dã z similitudo illius: p̃cedentib⁹ em̃ rñdet p̃miũ aureę: huic vero p̃miũ aureole: q̃ hic p regnũ intelligit. nã ſm Hiero. hoc martyrio cõparat. [Dicit g] Beati. s. nõ tm̃ q̃ operant sed etiã [q̃ psecutionẽ patiunt]. s. patienter z nõ ꝓpter scelera z pctã tua: sed ꝓpter iusticiam. s. legalẽ q̃ includit oẽm virtutem. i. ſm Chrisõ. p veritate atq; pietate z p alioũ defensione. solemus em̃ iusticiã p oi virtute aponere. Et vere beati in spe beatificandi in re [qm̃ ipsorũ est regnũ celorũ] z quo ad aureã z quo ad aureolã. Sed nunq̃d p libertate ecclesie me exponã morti? Ita p alijs que spũalia sunt: nõ p agris vel redditib⁹ eccl'ie z similib⁹. Sepe em̃ nos opponim⁹ p his magis inducti auaricia q̃ iusticia huiusmodi q̃stionẽ Ambro. determinãs ait. Si a me petierit impator qõ meũ est. i. fundũ meũ argẽtũ meũ z hmõi: sciat me nõ refragaturũ q̃q̃ oĩa q̃ mea sunt pauperũ. verũ ea q̃ diuia sũt impatorie potestati nõ sunt subiecta. Si patrimoniũ petitis inuadite: si corp⁹ occurram vultis in vincula rapere: vultis in mortẽ rapere voluntatis est mihi: nõ ego me vallabo circũfusione populorũ: nec altaria tenebo vitã obsecrans: sed p altarib⁹ z spiritualibus ad ipa ptinentib⁹ imolabor. hec Ambrosius.

Ambro.

¶ Hec octaua cõplementũ est aliarũ beatitudinũ z summa oim coronarũ. tuncvt cũ hõ ꝓfectus est in ceteris: tandẽ aptus ad patiẽdũ aduersa dignus reperiat. vñ Chrisõ. Propterea a priori semp sequenti viã faciẽs mãdato: serie z catenã nobis quãdã aureã subtexuit.

Ambro. Mãdatorũ dei catena.

¶ Cũ em̃ q̃s humilis fuerit: erit ꝓfr z mitis. q̃ aũt mitis etiã peccata lugebit. qui vero ob peccata luget: esurit sititq; iusticiaz: qui iustus est iste etiã misericors: qui misericors fuerit z iustus: idẽ est cõpunct⁹ z mũdus corde: q̃ vero talis est: erit etiã pfecto pacificus. Porro q̃ ista pfecerit: erit absq; dubio ẽt ad pericula ꝓparatus: nec ad maledicta ꝓfusus vlla terrebit: nec si mala q̃z mille patiat. hec Chri. Qui g p̃dictas virtutes hz beatus est. multo aũt beatior q̃ has v̄tutes inter aduersa seruare nõ trepidat. Septẽ itaq; perficiũt: sed octaua clarificat z demonstrat qõ pfectũ est. nã patientia opus pfectũ hz: vt per hunc gradũ pficiantur z ceteri tãq; a capite rursus exordiens. Vñ octaua redit ad caput siue ad p̃ncipiũ. i. ad p̃mã beatitudinẽ, pbãs z purgãs eã sicd fermenti hz admixtũ. beati em̃ pauperes si psecutionẽ patiunt ꝓpter iusticiã. Redit etiã ad scdam pbãs z purgãs eã. beati em̃ mites si psecutionẽ patiunt propter iusticiã. Ita z ad oẽs alias referendo redit iterũ: vtpote ꝓbatio: purgatio z cõsummatio earũ. Debet g replicari ad oẽs alias p̃cedẽtes ad hoc q̃ sũt ꝓbate beatitudines.

Octaue reditio ad p̃mã

Scorpi⁹

Scorpius non calcatus q̃etus iacet: aculeos nõ erexit: sed tactus statim erexit pugionẽ z pungit. Ita z hõ vacuus virtute punctus viẽti verbo vel iniuria et illata statim sicut serpens ira z odio acverbo cõtumelioso z impatientia armatus crepat z insilit in illũ qui eũ leſit: in quo ꝓbat z vas vacuũ esse cognoscit. Ecõtra scti pcussi in vna maxilla p̃bẽt aliã: diligũt inimicos: z orãt p q̃ persequẽtib⁹ se. Hinc dicit Ber. q̃ sicut stelle de nocte lucent: de die aũt nõ apparẽt sic virtus q̃ nõ apparet in p̃speris: emicat in aduersis. Vñ ſm hoc nõ vi-

Berñ.

Octaue beatitu. dinis cõ gruẽtia

det octaua ꝑprie beatitudo dicenda z ꝑ se distincta: ſz ꝑcedẽtiũ illuminatio potꝰ z cõfirmatio. Octauo aũt loco ponit: qz ſigt gñalẽ resurrectionẽ octaua etate futurã: q̃ etiã per octauas ſanctorũ deſignat. Hec ergo circũcisioni z octaue resurrectionis cõparat: qz per hãc circũcidit in nobis z aufert ſiquid fermẽti in nobis remanſerit: z cõſummamur in oi perfectione z probatione virtutũ. Sicut em̃ in octaua resurrectiõis immutabimur z pficiemur in gloria: ita z ꝑ hanc hic in merito z gratia. Et rñdet ſibi idẽ p̃miũ qõ prime ſcilz regnũ celorũ: qz illi maxime perſecutionem in mundo patiunt: qui contẽptui habentur: et tales ſunt marie pauperes ſpũ: q̃ iã a pluribus deridẽt. Maxime etiã conueniunt in

Pauper tas volũ taria.

merito. volũtaria em̃ paupertas est quoddã genus martyrij: qz vtrobiqz oportet vincere animũ quo ad delectabilia huius mũdi. In regno quoqz includunt duo. ſ. diuitie z dominatio. ꝓmittit ergo regnũ pauperibus per reſpectũ ad diuitias: qz qui ꝑpter xp̃m abrenunciant diuitijs tpalibus in futuro gaudebunt eternis: patientib⁹ vero ꝑ reſpectũ ad dñm: qz ꝑpter xp̃m opprimunt: in futuro cuz xp̃o oppreſſorib⁹ dñabunt. Põt etiã dici q̃ nõ est idẽ p̃miũ vtrobiqz: quia ibi ꝑ regnũ intelligit p̃miũ auree: hic p̃miũ aureole. Hoc aũtẽ vnũ p̃miũ qõ est regnũ celorũ. etiã in

Chriſo. Regnũ celorũ ꝓ mittit i oib⁹ beatitudinibus.

alijs est: ſed varie nominatũ. vñ Chriſo. Tu vero z ſi nõ ꝑ ſingulas beatitudines regnum audias repromitti ne triſteris. z ſi em̃ retributiões ipſas differenter appellat eas: tñ cũctas ad vnũ celorũ regnũ reducit. nihil enim omnino aliud niſi celeſte regnũ ꝑ hec cuncta deſignat. hec Chriſo. Uideat ergo vnuſq̃sqz hec audiens ſi in aliqua iſtarũ beatitudinũ cõtinet: z ſi in aliqua ſe inuenerit ſecurus ſit q̃ beat⁹ erit. hoc em̃ veritas dixit veritas aũt mentiri nõ põt. ¶ Deinde post gñalẽ ſñiam

Perſecutio triplex.

ſubdit ſpãlẽ ꝓſuaſionẽ verbũ ad apoſtolos cõuertendo: triplicẽ actũ ꝑſecutiõis. ſ. in corde: ore z opere eis prenunciando dicẽs. [Beati eſtis cũ maledixerint] ex odio [z oderint] ex animo [vos homines] quo ad p̃mũ [z ꝑſecuti vos fuerint z ſeparauerint vos] excludẽdo [a ſynagogis] z cõtione ſua tanq̃ immũdos z ſibi graues advidẽdũ: quo ad tertiũ [z dixerint oẽ malũ aduerſus vos]. i. oia gña⁹ borũ malignãtiũ quibus veſtrã famã ledãt [z exprobraverint vos] cõuicia z improperia vobis dicendo [z eiecerint nomẽ veſtrũ]. ſ. nomen xp̃iani tãq̃ malũ illud execrãtes ac diffamãtes z extinguere cupiẽtes: q̃ ad ſcõm. Nõ q̃ debeat aliq̃s iſta q̃rere: ſz qz timore horũ nõ dz veritatẽ vite iuſticie z doctrine dimittere.

Iterum triplex oſtẽdit.

Sic ãt triplex cõ ꝑſecutio. ſ. cordis: oris: opis z h̃ tertia triplex. ſ. i dãno tpaliũ: i ꝑſecutiõe inimicorũ: in afflictiõe z iniuria ꝓprij corpis: ita z triplex ẽ patientia: q̃ odiũ cordis: verbũ cõtumelioſũ oris: z manualẽ ꝑſecutionẽ opis ſuſtinet patiẽter: remittẽdo oẽm iniuriã: cõpatiẽdo ꝑctõ ꝓximi orãdo: vt a via mala cõuertat: z ita pctm̃ ei⁹ deleat. Hic triplex hoſtis eccl'iam dei ipugnat ꝙ quos triplicẽ patientiã opponit. Hucuſq̃ g̃ ad oẽs gñaliter verba dirigit: h̃uis z hec etiã alijs cõueniãt p̃dicẽs eis p̃cipue h̃ta ꝓ noie ei⁹ paſſuri eẽnt z mõſtrãs: qz eorũ hoc maxime ꝓprium est ſup oẽs alios. Quia g̃ ꝑpter maiorẽ difficultatẽ ſpãli ꝓſuaſiõe indigebãt: iõ cõuertit ad eos. vt animaret q̃s ſicut agnos inter lupos miſſur⁹ erat. vñ Beda. Nõ ad hoc nr̃i ſil'es valẽt ſed eorũ q̃ ibãt gaudẽtes a cõſilio: qm̃ digni habiti ſũt ꝓ noie ieſu cõtumelias pati. Sz qz nõ ois ꝑſecutio btificat: ſz tm̃ illa q̃ gaudio: ſe ſu ſcipit ꝑpt iuſticiã q̃ ẽ xp̃s filꝰ ẋginis iõ addit [mẽtiẽtes] z [ꝑpt me] ſeu [filiũ hois] qz ad h̃ q̃ ꝑſecutiõis tolerãtia beatũ faciat: requirit q̃ mẽdoſe z falſe ſeu iniuſte ac ꝑpt xp̃m nobis inferat. in q̃ triſticia ꝑſecutionis cõuertet in gaudiũ qñ reddet deꝰ ſctis mercedẽ laborũ ſuorũ. Aꝰ em̃ nõ est beatus: ſed miſer nec est ei merces inde: ſz accumulatio ſue miſerie. vñ Aug. Si ſuſtines: qz peccaſti ꝓpter te ſuſtines: nõ ꝓpter deũ. Si aũt ſuſtines: qz mãdata dei ſeruaſti: vere ꝓpter deũ ſuſtines: z merces tecũ manet in eternũ. Que sentit in corde patientiũ eorũ qui iam poſſunt dicere gl'iamur in tribulationibus. Nõ em̃ iſta ꝑpeti fructuoſũ ẽ: ſed iſta ꝓpter noie nõ ſolũ equo aio: ſz etiã cũ exultatiõe tolerare. Unde cõcludit ſubiungẽs p̃miũ: z ꝑ hoc allicies ad patiẽdũ. Ut em̃ dicit Hiero. q̃libet opus leue fieri ſolet cũ ei⁹ p̃miũ cogitat z ſpe mercedis leuigatio fit laboris. [Gaudete] in q̃t. ſ. interius i corde [z exultate]. ſ. exteri⁹ in corpe. i. ꝑpter exẽplũ gaudiũ foris oſtẽdite: tã ꝑpter bonũ virtutis patientie q̃ ꝑpter ſpẽ p̃mij z glorie [qm̃ merces vr̃a] nõ tm̃ magna est ſicut alioꝝ: ſi [copioſa] z ſupra condignũ est in celis. Multa em̃ merces est in celis: multa ꝓpter iuſticiã patiẽtib⁹ in terris. Merces iſta magna est: multa est. p̃cioſa est: diuturna est. Tã magna est q̃ non põt cõprehendi: tã multa est q̃ nõ põt nũerari: tã p̃tioſa est q̃ nõ põt eſtimari: tã diuturna est q̃ nõ põt finiri. Merces iſta tanto est vberior q̃to gaudio z exultatiõe i tribulationib⁹ fides est deuotior. Deꝰ em̃ nõ tã quanti tatẽ laborũ vel multitudinẽ operũ remunerat: q̃ q̃litatẽ z modũ radicis ex qua oriunt tolerant. Nõ em̃ attendit q̃tũ: ſz ex q̃to. nã minutũ vidue p̃tulit zachei dimidio. Sẽtiũt ergo (vt dicit Auguſt.) iſtã mercedẽ qui gaudent in bonis ſpiritualib⁹: ſed ex omni parte perficient cũ etiã mortale hoc induerit immortalitatẽ. Sed nos heu in multis decipimur qñ nobis arridẽt ſecularia: qñ vulgus laudib⁹ nos attollit gaudemus z exultamus

Beda. M Pati ꝓ xp̃o.

Augu.

Hiero.

M Merces beatoꝝ

Marci. xij.

Lu. xix Augu.

cū magis flere ꝛ dolere deberem⁹: qz maius periculuz sunt ꝓspera ꝙ aduersa laudes ꝙ vituperatiões. Gaudeam⁹ ergo ꝛ exultem⁹ cuz apl'is quibus salubre gaudiū ꝛ salubris exultatio demōstrat: cū eis in cōtumelijs ꝛ p secutionib⁹ gaudēdum esse ꝛ exultanduz de nūciat. vñ Hiero. Nescio quis hoc nostrum possit ipiere vt lacerēt opprobrijs fama nra ꝛ nos exultemus in dño. hoc ꝙ vanā sectatur gloriā ipiere non pōt. Gaudere igit ꝛ exulta re debemus: vt merces nobis in celestibus p̄ pareat. Et elegāter in quodā volumine scrt: ptū legim⁹. Nō queras gloriā ꝛ nō dolebis cū ingloriꝰ fueris. vñ ꝛ Chrisо. Quātum alt: quis letat de laudib⁹ hoim: tantū de vitupe ratione tristat. Qui vo gloriā cōcupiscit i ce lo: opprobria nō timet in terris. vñ dicit Se neca. Nūq̄ felix es: si nōdū te turba deridet Si beatus esse vis cogita hoc ꝓmū cōtēnere cōtemptū. Si vis beat⁹ eē: si fide bona vin do nus sine te stultū videri: sine cōtēnat te aliq̄s Quisq̄s volet tibi cōtumeliā faciat ꝛ iniuriā tu tñ nihil patieris si modo tecū erit virtus. hec Sene. Nō solū aūt p̄mio: sed etiā exēplo eos ad patientiā ꝓuocat ꝛ rigorē tribulatio nū tēperat: cōfortansq̄ eos exēplo ꝓpheta rū ꝛ suadēs ad sustinēdū: cōsolatione eis de illoꝝ societate p̄mitat: q̄ ante eos afflictiones varias ptulerūt dicens. [Sic em̄] crudeliter multiplicit ꝛ incessanter [psecuti sunt ꝓphe tas] veros: vt hieremiā: ysaiā ꝛ alios [q̄ āte vos fuerunt] qz ꝓ veritate psecutionem sunt passi: ꝛ ita dant vobis exēplū ꝛ animū patiē di. q.d. Nō miremini si vos patiamini: qz nō est nouū nec insolitū. Illoꝝ ergo exēplū vos doceat: si illoꝝ vos beatitudo ꝛ letitia dele ctat: illoꝝ exēplū vos inuitet: ne timore defi ciatis ꝓ veritate ꝓ q̄ ipsi passi sūt sine exēplo eos inuitāte. Scdm hunc modū ostendi solet elephantis sanguis vue ꝛ mori: ad acuendū eos in p̄liuz. Similiter nobis proponit exem plū xp̄i martyrū ad cōfortandū nos in tribu latione persecutionum. Et idcirco proposite glorie p̄miū cōsiderantes ad oēm tolerantiā passionis: deuota fide parati esse debem⁹: vt cōsortes glorie ꝓphetarū atq̄ apostoloꝝ effi ci mereamur. Nō ꝙ debet quis timore psecu tionis veritatē deserere: sed potius vbi xp̄s in causa est psecutionē affectare. Ut eni dicit Apostolus. Oēs q̄ volūt pie viuere: in xp̄o p secutionē patiunt. Si ꝙ psecutionē pateris: habeto id signū in bonū: quipie in xp̄o viuis. Nam si nō pateris psecutionē: nō vis pie vi uere in xp̄o. vñ Ambro. Et fortasse cū psecu tiones nō patimur: tanq̄ ꝓdēnati habemur: qz nequaq̄ pie viuere volum⁹ in christo Nā vtiq̄ cū sit definita sentētia ꝙ oēs q̄ volunt pie viuere in christo Jesu. psecutiões patiū tur: videt is qui psecutiões nō patit abdica tus: ꝙ nō sit pie intētionis in christo. Deuo tionē enim fidei p̄relia sequūt. hec Ambrosi.

¶ Sz diceret aliquis. Nemo pōt modo ꝓpt psecutionē attingere ad beatitudinē: qz nūc in pace cōsistunt ecclesia ꝛ sancta ecclesia fere de nulla parte patit aduersa: ad qđ dicendū ꝙ vbiq̄ tentatiões sunt ꝛ persecutiões: qz quo tidie in penetralibus sancte ecclesie ꝓsequit cayn abel: ysmahel ysaac: esau iacob. i. ipi⁹ iustū. ꝛ si quis psecutionē nō patitur ab ex traneis: patitur tñ a falsis fratrib⁹. oēs em̄ qui pievolūt viuere in christo psecutionē pa tiunt. Et si nō patitur quis extrinsecus: pa titur tñ intrinsecus ꝛ a nequitijs spiritualib⁹. Et qz nō cessant psecutiones: patiētia nobis necessaria ē vt reportem⁹ repromissiões. Ue aūt his qui pdunt patiētiaz: qz ꝛ pdūt patiē tie cozonā. Nō ergo murmuremus si in pau cis veremur: quia i multis bñ disponemur.

¶ De his octo beatitudinib⁹ quas ponit ma theus: quatuor tñ ponit Lucas. Sed ꝟz Am bro. in illis octo ille quatuor sūt: ꝛ i illis qua tuor iste octo. Mānsuetudo em̄ ꝛ pax referunt ad patiētiā: mūdicia cordis ad pauptatem spūs: mia ad esurie iustice. Et qz dñs supra p̄mijs ad ⁊tutes ꝛ fidē ꝓp̄os ꝓuocauit: cōse quent eos etiā a criminib⁹ ꝛ pctis futuroruz supplicioꝝ denūciatiõe deterret dicēs. [Ue rūtamēve] s. doloris eẽni [vobis diuitib⁹] nō tñ oib⁹: ꝟz [q̄ habetis ꝗ cōsolationē vestrā] a vobis optatam: abutentes diuitijs ad vite voluptatē. q.d. Nō habetis meā ꝛ nec i p̄sen tinec in futuro. Diuites ꝙ vocat q̄ in bonis ducunt dies suos: qz nō tam diuitie ꝙ amoꝛ ꝛ abusio diuitiarū in culpa est. Cū eni superi⁹ regnū celoꝝ pauperum esse dicat: ex opposi to apparet ꝙ ab hoc regno se alienat qui in temporalibus q̄ nō consolatio: non delitie: ꝟz remediū: refrigeriū' contra necessarias tem poris miserias esse debent consolationē q̄rit auditurus a iusto iudice. fili recordare: qz re cepisti bona in vita tua. Uñ Ambro. Qui cō solationē vite presentis habuerūt: remune rationē ꝑpetue pdiderunt [Ue vobis q̄ sa turati estis] in p̄senti vacando comessationi ꝛ ebrietati ꝛ in delitijs viuēdo [qz esurietis] in futuro nō cibi carentia specialiter: ꝟz toti⁹ boni penuria ꝙnaliter. Sicut diues q̄ epula bat quotidie splendide in delitijs viuēs: du rū ve sustinebat esuriēs: qñ de digito lazari quē desperarat guttā aque q̄rebat. Epulões arctissimo ieiunio macerabunt in pena vi culpe eoꝝ. s. gule pena sit contraria. Sicut ꝙ cōtraria cōtrarijs punient in pena: ita ꝓra rijs ꝛtraria curari debēt i penitētia. vbi Be da. Si beati sunt illi q̄ iusticie semper opa esuriunt: infelices ecōtrario estimādi sūt q̄ si bi i desiderijs placētes nullā veri boni famē patiūt satis se rati beatos si nō ad tēpus sua voluptate priuent. Ue vobis qui nūc ridetis risu inordinato ac gaudetz ꝛ lasciuitz gaudio

Hiero.

Glorian dū nō ē. Chrisо. Seneca

Exēplū sumi dz a bonis

s. mach. vj.

O

Persecu tiões to lerande sunt

ij. Timo iij.

Ambro.

Perse: cutiõis materia nō defi cit.

ij. Timo iij.

Patien tie vtilis tas.

P

Ambro. Beatitu dies fm lucam.

Maledi ctiões ꝓ riebtitu dinibus

Ambro

Luce. xvj.

Epulo: nes.

Beda.

vano: qz lugebitis dolore interiori: z flebitis dolore exteriori. Vl lugebitis p omnis boni carentia: z flebitis p omnis mali presentia i ardoribꝰ sempiternis vbi erit fletus z stridor dentiū. Si em lugentes beatificenť z̄ solabū tur: merito ridentes tāc̄ miseri cruciabunť: Uñ Salomon ait. Risus dolore miscebitur. z extrema gaudij luctus occupat vbi Basiliꝰ. Cū dñs ridētes nūc arguat: palā est q nūc̄ erit fideli tēpus risus: z p̄cipue in tanta mul titudine eoz̄ q̄ i pctō morīūtur pro q̄bꝰ opor tet lugere. z Chriso. Dic aūt mihi cur cōcute ris z defluis q̄ debes assistere terribili iudi cio z ponere rationem de oibus hic opatis. [Uevobis cū bñdixerint vobis hoies [.s. adu lādo ac laudādo: z extollēdo vos p applausuz talē nutriētes vos ūmalis: vt ceci efficiamini: vosmetipsos nō cognoscētes: nec attēdētes il lud apli. Si hoibus placerē seruus xpi non essem [Scōm hoc faciebāt] pseudo [pphetz patres eoz̄] q̄ benedicebāt illis prophetz. q̄ ob captandū vulgi fauorē: z ad habēdū ppli applausuz de corde suo nō de spiritu z ore dñi pphetabāt falsuz. Et hoc ē q̄d p̄s .deplorat: qm̄ laudať pctō: i desideriis aie sue: z q̄ iniq̄ gerit benedicitur sed z ve eis qui sic laudāt: quia plus nocet lingua adulatoris: c̄ gladiꝰ persecutoris. Qui enim mala gentibꝰ adula tur puluinar sub capite dormientis ponit: vt fulcitus laudibus in malis requiescat. Si g̃ beati sunt qui ab hominibus odiose maledi cuntur: merito infelices reputandi sunt qui ab hominibus adulatorie benedicunť. Ma gna quidez dei ira est z vltio: q̄ peccatori de est correctio: z adest adulatio quasi de bene gesto: qz ipsa adulatione nutritur inculpa: z maiorē fouet ad penā. Has sententias lucas ponit vtveritas quatuor beatitudinū q̄s āte posuit clarꝰ p oppositā dānationē eluceſcat

Luce xiij.

Q Basilꝰ. Ridēdi nullum tēpus. Chriſo.

Sal. j.

Ps. ix.

¶ Oratio.

OMine iesu xp̄e qui vt altiora ẏtutū culmina doceres i mon tē cū discipulis ascēdisti: ibiq̄ btitudines z ẏtutes sublimes docuisti z p̄mia sigulis ꝑgruē tia ꝓmisisti: da mihi fragili: vt tuā vocē audiēs studeā p ẏtutū exercitiū habere meritū quatenꝰ te miserāte cōsequar z p̄miū. Fac vt cōsiderās mercedē opus mer cedis nō recusem: sed spes eterne salutis mi tiget i me dolorē medicine p̄sentis z accēdat aim ad alacritatē operis. Fac me miserum nūc beatū beatitudine vie p gr̃az: z tādē bea tuz beatitudine patrie per gloriam. Amen.

¶ Quod prelati debent lucere opere z sermone: z q̄ christus non venit legem soluere sed implere. Capitulum. xxxiiij.



Et qz dñs horta tus est apl̄os ad sustinēdū tribulatiōes: nunc cōsequenter ponit quatuor similitudines. s. ꝓparādo eos sali: luci: ciuitati: z lucerne q̄bus ipos ostēdit similes: vt p hoc intellgāt se in tribulationibꝰ debere magis esse fortes. Ac si eis diceret. Nōvos debetis in tribulationibꝰ de ficere: qz defectus vester multis esset occasio ruine. [Uos enim estis sal terre: vos estis lux mūdi] vos estis ciuitas supra mōtē posita: z lucerna supra cādelabrū posita [Uos] inc̄ [estis] .i. esse debetis. Due p̄me similitudi nes dicunť p affirmationē i q̄bꝰ ostendit ad q̄d sunt: qz ad cōdiendū affectū z illuminādū intellectū. Due seq̄ntes dicunť p negationē in q̄bꝰ ostendit ad q̄d nō sunt: qz nec in abscon sione p̄sōe: nec i occultatiōe doctrine. Apo stoli igit z plati dicunť sal terre ꝓpter vite p fectionē qua hoies cōdiunť z mentes eoz̄ q̄ adhuc terrena sapiunt ibuunť. Sal em ter ram sterilē facit: cibos cōdit z carnes siccat: a putrefactiōe ꝓseruat: ex aqua z igne cōficit in oi sacrificio offert. Sic exēplū sanctitatis terrenū affectū mitigādo sterilē facit: sanctū desideriū sapidū reddendo cōdit: carnē mor tificando desiccat a putredine libidinis re stringēdo cōseruat ex aqua deuotiōis z igne dilectiōis decoquendo in fornace penitentie ꝑficit: i oi ope dirigendo z moderādo offert. Precipue aūt sal in scriptura discretionez si gnificat q̄ in p̄latis esse debet: qua debēt opa subditoz̄ sic ꝓdiri z dirigi: vt coram deo sapida reddanť: sicut cibaria sale ꝓdita magis sapi da sentiunť. Et monet apl̄os z ceteros eccl̄ie p̄latos vt in ẏtutibꝰ persistāt [qz si sal]. i. p̄ latus vel doctor p quē alij cōdiēdi sunt infa tuatus fuerit vel euanuerit: z defecerit: scz aut p̄secutiōis z aduersitatis timore aut cu piditatis z ꝓsperitatis amore: aut supbie et vane glorie elatiōe: aut carnalis affectus at tractiōe: aut negligētie z incurie seductione: aut subuersus errore q̄minꝰ condiat z doceat subditos exēplo z ẏbo: in quo saltē ifirmus populus subditꝰ: q̄ debet cōdiri vita z doctri na maioz̄: vel i quo z q̄ alio doctore cōdiet et emendabit. s. ipsuz sal. i. ipse q̄ habet alios cōdire sm illud sapientis. Quis medebit in cantatori a serpēte p̄cusso: vñ dicendū est ei: medice cura teipsum. Silr si discretio q̄ opa nr̄a cōdit ab operibus nr̄is bonis de genere defuerit deo accepta nō erūt. In cuius figu ra sal in oi sacrificio ponebať. Sal igitur sic euanescens ꝓpť inutilitatē sui ad nihil valet vltra: neq̄ i terra neq̄ i sterq̄linio. Nō ē vti le terre: qz suo iniectu ꝓhibet eā germinare: nō sterq̄linio. i. fimo: qz sibi immixtū nō sinit

A Mat. v.

Apli i et p̄lati sūt sal terre

Salis ẏ tus.

Sali discretio dicitur. Salis ō prauaricatio.

Eccli. xij. Luc. iiij

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

ipsum fecundare. q. d. nihil valet: qz nec in se fructificat aut fructū boni opis fert vt terra: nec in alijs fecunditatē seu fecundādi ꝓtutē dat: aut eos extollere valet vt simus: sed mit tat foras ab officio ⁊ hūilitē inter hoies: qz sibi nocet ⁊ alijs nō ꝓdest. vñ talis dz repelli a p̄latiōe: ne officiū platorū in cōspectu hoiz reddat vile. Aut ḡ a dignitate eccl'iastica deponet: aut ab vnitate ecclesie numerovel merito secernet: aut a sanctorū gloria excludet ⁊ talis cōculcabit ab hoibus in mundo p̄ derisionē: ab angelis in iudicio p̄ separationē: a demonib⁹ in iferno p̄ afflictionē. ¶ Dicunt etiā apostoli ⁊ p̄lati lux mūdi .i. hoim q̄ sunt in mūdo ꝓpter verbū doctrine q̄ debēt ignorantes de credendis ⁊ faciendis illuminare. Sicut em̄ sol ⁊ luna illuminant oc'los corpis: sic apostoli ⁊ doctores illumināt oc'los mētis. Pet⁹ aūt ē bñ viuere ꝯ bñ docere: ⁊ iō postq̄ ap'l's dixerat sal terre sapiēter viuendo: dicit eos lucē mūdi tenebrosos illuminādo. Dz ḡ p̄latus esse sal bñ viuēdo: lux bñ docēdo: sal in exēplis: lux in doctrinis. Rect⁹ ordo iste: p bñ viuere: deinde bñ docere scōm glo. Deus est lux nō illuminata sed illuminās: apostoli ⁊ apostolici viri lux illuminata et illuminās simplices iusti lux nō illuminās: sed illuminata. Prima est sicut lux solis: secūda sicut lux lune: tertia sicut lux stelle. Deinde post condimentū salis ⁊ radiū lucis sequit ciuitatis ꝓtectio ⁊ lucerne illuminatio: qz apostoli et p̄lati nō debēt se abscondere: neq̄ lucernā hūani timoris: neq̄ sub lecto ⁊ q̄ete mūdane ꝓsperitatis: sed dz esse ciuitas in mōte posita: vt sint refugiū iniuste oppressis: ⁊ lucerna supra candelabrū posita: vt p̄ sancte vite exē pla luceant tenebrosis. Uñ ad similitudinē ciuitatis supra montē ⁊ lucerne supra cādelabrū posite sic monet apostolos ⁊ p̄latos simili lumine coraz hoib⁹ lucere ⁊ fulgere: vt vi sis opib⁹ eorū bonis odore ⁊ admiratiōe taliū hoies attrahant ⁊ informēt ac inde deus p̄r glorificet: ⁊ nō ipsis: sz ei a quo oē bonū ē laus impartiat. Debēt ḡ lucere ⁊ ope ⁊ ꝓmone: nō em̄ ait vt audientes vestrū ꝓmonē bonū: sz [vt videtes vestra bona opa: glorificēt patrē vestrū q̄ in celis est.] Magis em̄ opando quis ꝓficit ꝯ loquēdo: ⁊ pl⁹ mouēt exēpla ꝯ verba: qz maior ē splēdor opis ꝯ ꝓmonis. Iste em̄ tm̄ ore p̄dicat ⁊ vna hora in septima na. Ille vero tot⁹ p̄dicat ⁊ oi tot⁹ tpis hora. Uñ alibi. Fulgebunt iusti ⁊ tanq̄ scintille in arundineto discurrent. quod ꝓm Grego. est vita secularū q̄ foris q̄si ad alta ꝓficiūt: sed intus a soliditate inanescūt. Ecōtra ꝙo docere voce ⁊ nō ope q̄dā vanitas est ⁊ parū ꝓdest qz ꝓz Ber. Lingua magniloqua ⁊ man⁹ otiosa doctrina lucida ⁊ vita tenebrosa monstruosa res est. Ad hoc aūt lucere debent vt finem boni opis in laudibus dei nō hoim cōstituāt qz nō debēt de hoc suā: sed dei q̄rere gloriam ⁊ ꝓximi edificationē: vt videntes opa eorum bona: deū p̄ quē in eis fiunt nō facientes glorificent p̄ imitationē eorū: p̄ laudē quoq̄ ola ei ascribentes: vt auctori bonorū. Nō ē ergo huic cōtrariū qđ infra dicit. attendite ne iusticiā vestrā faciatis coram hoibus: qz in ope bono querenda est gloria diuina: ⁊ sic loquit hic: sed fugienda gloria ꝓpria ⁊ humana: et sic loquit infra. Deinde incipit eos iā informare q̄ doceant ꝓueniendo post falsam opinionē quā habere poterant. Tanq̄ si quererent dicentes. Ecce volum⁹ doctrinā tuā non abscondere: sed quid est hoc ipsum quod vetas abscondi? Nunquid alta docturus es: cōtra ea q̄ in lege ⁊ ꝓphetis scripta sunt? Non inquit. [Nolite putare] ne. s. in errorem incidatis [qm̄ veni soluere legē aut ꝓphetas] phibēdo. s. ne spiritualiter fiant. vt em̄ dicit Augu. Oia q̄ in veteri testamento cōscripta sunt noui testamenti typū ⁊ imaginē ꝓtulerūt. [Nō veni soluere] ⁊ destruere [legem] sed potius adimplere eā. In hac aūt dñi sententia ſm Aug. duplex est sensus. Nā adimplere legem est aut addēdo aliq̄d q̄ minus habet: aut faciendo q̄ habet. Dñs ḡ addit q̄ minus hz non vtiq̄ soluit q̄ inuenit: sed magis ꝓficiendo confirmat. Omnia etiā que lex ⁊ prophete de eo pmiserāt iā ꝓ parte in ipo ꝓpleta sunt ⁊ añq̄ [celū ⁊ terra trāseāt] ⁊ elementa mutent ab hac mutabili forma i immutabilē. s. añq̄ iste mūdus quo ad figuram nō quo ad materiā finiat. oia que de eo scripta sunt spiritualiter implebūt nec [vnū iota aut vnus apex]. i. minimū etiā legis p̄ceptū pōt cadere ab effectu impletionis vt remaneat irritū ⁊ inane. Iota minima lra ē inter alias: ⁊ vno ductu fit. Apex aūt est pticula lre q̄ ponit in summitate ad distinctionem et notat minima p̄cepta: qz minimū p̄ceptū vel minima p̄cepti pticula [nō p̄teribit a lege] id est nō remanebit q̄n impleat suo tempore vel in capite vel in corpore. Deinde postmodū implendi ⁊ docendi ipsi xp̄o ꝓpriū oñdit modū implēdi a parte doctorū: ⁊ q̄'r dz ei cōfirmari doctrina p̄latorū. Et ponit quādā diuisionē bimēbrē doctorū. Quidā em̄ sunt qui male viuūt ⁊ bñ docēt: sicut scribe ⁊ pharisei faciebāt: ⁊ de istis dr. [Qui ḡ soluerit] male sc̄z viuendo ⁊ trāsgrediendo [vnū de mādatis istis minimis]. i. de mādatis decalogi q̄ dicunt minima: qz inchoāt hoiem ⁊ aduitam pertinent incipientiū [⁊ docuerit sic hoies] malis exēplis corrūpendo [minim⁹ vocabit] in regno celorū]. i. in ecclesia militāte: qz ſm Grego. cuius vita despicit restat vt eius p̄dicatio contēnat. O quot sunt hodie in ecclesia tales minimi qui tm̄ sibi vident valde magni vbi Aug. Cōsequens est: vt qui minim⁹ ē in

B Apli et p̄latisūt lux mūdi.

Lux triplex.

Lucernā abscōdi.

C Operādo profitim⁹ pl⁹ ꝯ docendo.

Sap. iij

Grego.

Bern.

Lucere debem⁹

ad laudem dei

Wat. vi

Augu. Uetus testamē tū figura noui

D Adimplere legem.

Iota ⁊ Apex.

Regnū celorū p ecclesia Grego. Ministros.

Augu.

regno celorū qualis nunc est ecclesia non intret in regnū celorū qualis tunc erit ecclesia
E Chriso. qñ docendo qō soluit ad eorū societatē q̄ faciunt qō docent nō ptinebit. vñ z Chri. Doce
Docere re z nō facere: nō solū nihil lucri: sz dāni plu
z non fa rimū cōfert. Grandis em̄ dānatio est cōponē
cere dā- ti quidē sermonē suū: vitam vero suam atq̄
nosum ē opera negligenti. Alij autem sunt qui bene vinunt z bñ docent: z tales debēt esse p̄lati ecclesie: z de istis subdit. [Qui aūt fecerit: z docuerit hic maior vocabit in regno celorū] qz
Chriso. fm Chriso. p verba philosophari facile est q̄ vero p̄opa demōstratio generosi cuiusdā et magni est: magni quoq̄ erūt z si nō adeo magni q̄ faciūt z nō docēt. factores em̄ legis iustificabunt apud deū. Oia aūt mandata deputant facta qñ q̄cq̄d nō fit ignoscit. Ideoq̄ dicere debem⁹: dimitte nob debita nr̄a. Deinde confirmat qō dixit: qz intantum non solvit legem: sed superabundanter vult eā impleri: q̄ nisi sui eā superabundanter impleuerint z iusticia eorū sup̄ scribarūz phariseorū q̄ dicūt z nō faciūt supabundauerit: z non solū doceāt: sed etiā faciāt: quia ad salutem nō sufficit bona doctrina nisi adsit bona vita
Augu. vel fm Augu. nisi nō solū illa legis minima p̄cepta impleuerint: sed etiā ista q̄ ab eo addunt negat eis introitū regni celorum: per
Justicie acceptio Hiero. iusticiā em̄ legis nullus intrare potuit in regnū celorū: licet iusticia p̄prie sumatur pro virtute cardinali qua redditur vnicuiq̄ quod suū est. large tñ sumit hic: qz vt dicit Hiero.
Augu. de ptib⁹ iusticie. Omnes virtutū species vno iusticie nomine continentur. Et fm hoc dicit Augusti. duas esse partes iusticie. s. declinare a malo et facere bonū: qz sic iusticia distinguitur contra peccatū. Ubi sciendū q̄ sicut sunt varia dona gratiarū dei: ita sunt varij status z cōditiones hominū: p̄pter qō his qui sunt in statu maiori respectu minorū apte dici pōt [nisi abundauerit iusticia vestra plus q̄s] taliū. s. minorū [nō intrabitis in regnū celorū.] ¶Hic aduertendū est q̄ saluator p̄cepta decalogi replicat: z ad obseruationē eorū homines inducit verū intellectū eorū declarando z errores iudeorū circa hec excludendo. Nam doctores
Preceptorum x. a iudeis interpretatio. iudeorū dicebant p̄ precepta decalogi negatiua tm̄ actū exteriorē nō motū animi esse p̄hibitū: z q̄ voluntas mala nō est peccatū nisi ereat in effectū. vñ dicebāt de hoc p̄cepto. Nō occides. q̄ p̄ hoc p̄hibetur occidendi factū z nō occidēdi p̄positū. et hoc est qō dicit. [Audistis qz dictū est antiquis: nō occides] sez homem hoc est sic interpretabant p̄ceptū hoc. Sz hūc errorē excludit saluator p̄hibēs irasci sine causa. Uñ nō occidere homem iniuste manuz actu ptinet ad iusticiā legis. q̄ aūt sic occiderit reus erit fm legē iudicio mortis seu accusatione z dānatione in mortē: qz lex punit fm talionē. Sed p̄fect⁹ supaddit p̄hibens ne quis sine causa iusta irascat fratri i corde vel signū cōmoti animi oñdat i voce dicens: Racha. q̄ vox indignātis ē ab sq̄ certa Racha. expressiōe vituperij vel blasphemie: aut certā iniuriā sub expressione vbi irroget dicēs. fatue. qō est magis iuriari q̄s dicere racha. Prohibet g̃ p̄mo mot⁹ ire in aīo. scōo indignationis in signo. tertio vituperationis in vbo. Trib⁹ aūt gñeribus z gradib⁹ culpe assignat Culpe tres gradus pene. ¶Prima culpa est ira vel odiū in corde latēs. ¶Scōa est ira, i gñalē cō gradus tumeliā p̄cedēs. His trib⁹ culpis debet peccato pena differens: eis correspōdēs. Nā qui ira ire. scit motu interiori vl̄ odio fratri suo: nō vitio vr̄sit ira per vitiū nō p̄zelū q̄ deliberat odiū conceptū implere ope si opportunitas adesset reus erit iudicio. i. dignus accusatiōe apud deū z in foro summi iudicis: sz nō hois: cū de voluntate nō possit accusari coram homine. Qui aūt dixerit fratri suo racha: ex indignatione z cōtemptu reus erit cōsilio. i. consensu iudicij de danda in eū sententia z determinā da pena: quia iam venit in noticiam culpa. Qui aūt dixerit fatue: ad contēptū persone: nō ad correctionē culpe reꝰ erit gehēne ignis z pene determinate: qz fm glo. nō modicꝰ furor est quē deus sale sapientie cōdiuit: infatuatū dicere z saliēti derogare. Moyses ergo
S z lex securiz posuit ad ramū arboris p̄hibēs homicidiū. Christus vero tanq̄s sapiēs agricola z euangelū securim posuit ad radicem
Ire p̄hibens irā vt oēm radicem peccati de cordi
bitio. bus nostris auferret: qz per iracundiā etiaz vsq̄ ad homicidiū peruenirī pōt. Et bñ incipit ab ira: qz fm glo. ianua oīm vitiorum est
Ira cundie ma- ira cūdia qua clausa virtutibus intrinsecus
lum. dabit requies: apta ea ad oē facinꝰ armabitur animus. fm Hierony. Ira est ois malus
Hiero. motus ad nocendū: aut g̃ surgit subito: z sic est veniale: aut ex deliberatione z cōsensu: et
Ira q̄d sic est mortale. Considerandū tamen q̄ lz ira
sit et q̄ sit peccatū: nō tñ omnis ira. Ira em̄ est appe
non ois titus vindicte. Uindicta aūt si sit iusta nō est
pctm̄ sit peccatū eā appetere. Est aūt iniusta q̄drupliciter: vel qm̄ appetitur pena eius qui nō
Uindicta q̄drupler in- meruit: vel plus q̄s meruit. si appetatur ordine debito p̄termisso: vel quia appetitur iusta.
propter indebitum finem: vt quando appetitur solum propter vindictam non propter iusticiam. Christus itaq̄ radices inimicitiarū ipsosq̄ fontes p̄ quos charitas necari solet intercipiens: studet nos mutuis nobis charitatis nexibus colligare quod tamen heu parū curamus aduertere. vñ Chriso. Et nos q̄
Chriso. Metus potētū. dē maiores nostros z potentiores etiam si in iurijs z contumelijs contra nos agant ferim⁹ verentes ne quid ab eis grauius patiamur: erga equales vero vel inferiores interdū nec̄ſi irascimur intantū hūanus met⁹ti

more dei ꝓponit: noli inquit irasci fratri tuo sine causa. Nā multo hoc leuius est ꝙ si tu alīū feras irascētē tibi sine causa. Cuz ḡ qō maius ē ꝓpter timoꝛez hoim feras ꝓpter timoꝛē dei ne minimū q̄dē patieris. Ḥ Chriſ. Et si ꝓhibeꝭ ira recēs multomagis inueterata. vt dicit Augu. si irasci nō ē fas fratri aut dicere racha aut fatue multomagis in animo tenere aliq̄d vt in odiū indignatio ꝙerꝛat. Jdeo ex p̄missis cōcludit ꝙ volēs offerre deo i altari fidei ⁊ coꝛdis sui qōcūq; [munꝰ] scilz coꝛdis: oris: operis siue hostiā: siue ele-mosynā: siue doctrinam: siue oꝛationem: siue hymnū: siue psalmū: siue aliud spiritualiū vel coꝛporaliū donoꝝ [p̄us] debet [recōciliari fri]leso seu offēso ꝓ eū ꝙvel facto: dāno coꝛporali vel spirituali: qz munꝰ nō accipitur nisi āte discoꝛdia ab animo repellaꝭ. Deus q̄ppe nō munꝰ repellit: sed charitatē ꝓximi querit: ⁊ ideo charitatē ꝓiꝰ ꝓximo exoluat qui munus suū deo placere exoptat. Munꝰ enim deo oblatū nō ꝓficit ipsi offerenti nisi sit in charitate: charitatē aūt non habet nisi ꝓximo ꝓ eū lesovelit satisfacere. ¶ Ubi sciē dū ꝙ si cōmode possit haberi ipsius fratris offensi p̄sentia: tūc pergendū est ad eū peditus coꝛporis ⁊ reuocādus ē in gratiā satisfaciendo vel veniā postulando. Si aūt eiꝰ p̄sentia non possit cōmode haberi: tūc sufficit ad eū ire pedibꝰ mētis ꝓsternendo ⁊ subdendo se illi ꝓꝛis votis ⁊ affectu ḥūili: habendo ꝓposituz satisfaciendi loco ⁊ tēpoꝛe cōpetenti. Et hoc modo vtiꝭ ecclesia romana q̄ reū cōfitentē absoluit: ⁊ sibi satisfactionē lesoꝝ faciē dā iponit. ¶ Sciēdū est etiā ꝙ si offensa nota est fratri postulanda est recōciliatio: si ꝙo abscondita nō teneoꝝ sibi manifestare ne cōcitet ad irā: sz postulanda ē a deo ⁊ mānifestāda sacerdoti: et ꝑm Chriſo. si cogitatu offendisti recōciliare cogitatu: si ꝙbis offendisti recōciliare ꝙbis. si opibꝰ offēdisti recōciliare operibꝰ oē ei pctm̄ quomō ꝓmittiꝭ eodē mō ō ipo pnia agiꝭ. Et si offēdit q̄s ꝙbo detrahendo dz recōciliare famā restituēdo. Attēde bñ ista: qz relucet hic circa nos magna dei misericoꝛdia: qñ hoium vtilitates plus aspicit ꝙ suos honoꝛes: ⁊ plꝰ diligit fideliū cōcoꝛdiā ꝙ munera sibi oblata. vñ Chriſo. O admirabilē benignitatē atq; ineffabilē erga hoies amorē dī: honoꝛē suū despicit dū i ꝓximo charitatē req̄rit. Nihil eni ita studet deꝰ: vt nos mutuis nobis charitatz nexibꝰ colligare ꝓpter hoc eniz facta sunt oīa: idcirco ⁊ deꝰ hō factꝰ est atq; oīa illa gessit: vt nos in vnū cōgregaret. hec Chriſ. Relucet ⁊ hic nihilominꝰ seueritas dī magna q̄ discoꝛdantiū vota recusat ⁊ munera. vñ Gꝛego. Ecce a discoꝛdantibus accipere nō vult sacrificiū: holocaustū suscipere recusat. Hic ergo ꝓpendite ꝙtū sit malum discoꝛdie ꝓpter qō et illud abiꝭ ꝓ qō culpa relaxaꝭ: de hoc malo discoꝛdie sic dicit Cyprianꝰ. Discoꝛdans ⁊ dissidens ⁊ pacē cuz fratribꝰ ñ habens nec si ꝓ nomine xpi occiꝰ fuerit. crimine dissensionis fraterne poterit euadere: Quale delictū est qō nec baptismo sanguinis pōt ablui: quale crimē est qō martyꝛio non pōt expiari. Et ideo vt ait Chriſo. Munera abel suscepta sūt a deo cayn repꝛobata: qz abel pura ac simplici mēte dño munera offerebat. Cayn ꝙo irā. aduersus fratrē tenebat: ⁊ ideo ille placuit i mūere q̄ placebat i coꝛde. Sz heu hodie multi huic cayn sūt similes cū discoꝛdijs ⁊ dolis ad altare accedētes. vñ Chriſo. Cū deꝰ tm̄ cure recōciliatiōis nr̄e habeat vt patiaꝭ interrūpi ministeria sua donec tu eas ⁊ resoluas inimicitiā cū fratre tuo: nec nos ipsū erubescimꝰ: sed multos dies patimur manere inimicitias ⁊ rahi m̄ sicut funē lōgū discoꝛdias: ignoꝛātes ꝙ tāto lōgioꝛ erit nobis pena q̄nto ⁊ discoꝛdia. Et qz dictū ē ō ꝓcoꝛdia cū fratre offēso habēda iducit generaliꝭ: vt ꝑ etiam inimicū aduersariū nr̄o ⁊ ꝓcoꝛdem cū eo [cito dū] sim [in via] et in hac p̄senti vita vbi ē locus ⁊ tēpus penitendi ⁊ merendi: ⁊ qō possumus hodie non differamus i crastinū: qz mora trahit ad se periculū ⁊ nemo scit vite sue terminū. vñ Chriſ. Nihil q̄ppe ē qō ita vitā nr̄am valeat euertere: vt operū actionē bonoꝝ dissimulare semp: sēp q̄ differre. Sepe eñ illud ex oibꝰ nos bonis fecit excidere. Cito inq̄ cōcoꝛdem cū aduersario [ne ipse aduersariꝰ tradat nos]. i. causa sit: vt tradamur [iudici [i vltimo examine [⁊ iudex tradat nos ministro] ⁊ exactoꝛi. i. maligno spiritui ad vltionē [q̄ mittet i carcerē] id ē i ifernū ⁊ penā exigui ꝓ culpa quam suggessit. Uñ [nō exibit hō donec reddat nouissimū quadrantē] ⁊ minutū id ē luat etiā minima ⁊ leuioꝛa peccata qz nihil erit ipuniti: donec eni ponit hic ꝓ nūq̄ vt sit abnegatiuū oium tēpoꝝ sicut q̄nq; oim affirmatiuū vñ ꝑm Augu. nō significat finē pene: sz continuatiōez miserie. Penam ḡ gehenne tunc hō etiā ꝓ peccatis minimis ratiōe mortalis anexi semp reddet patiēdo ⁊ nūq̄ psoluet veniā cōsequēdo: qz semp puniet ⁊ luet neq; vn q̄ venie locus ibi erit. vñ nūq̄ ad nouissimū quadrantē venit q̄ semp soluit. ⁊ ideo nunq̄ hō exibit: quia in inferno vbi locꝰ venie non est: nūq̄ erit reditꝰ possibilis. Non loquit hic de diabolo aduersario nr̄o: qz illi non est cōsentiendum sed potius resistenduz: sz hoc loco aduersarius noster est ꝓximus offensus seu lesus cui debemus ꝓ satisfactionē debitam ⁊ ipsius placationē consentire: ⁊ cum eo cōcoꝛdare: vel q̄cūq; alius nobis aduersatus cui benivoli ⁊ benigni esse debem. Uel aduersariꝰ nr̄ ⁊ synderesis ⁊ cōscientia q̄ male nr̄e voluntati ⁊ cōtra malum remurmurat ⁊ nos accusat testimonium nobis perꝛiben-

Augu. Ira inueterata.

Ḥ Munꝰ sine charitate non ꝓficit.

Recōciliandi forma.

Offensa occulta nō ē manifestanda.

Chriſo. Reconciliatio per talionem.

Chriſo. Charitatis. prestantia.

Seueritas dei. Gꝛego.

Discoꝛdie mala.

Chriſo. Munera abel.

Eccl. iiij

Chriſo.

I Periculū mora Chriſo.

Donec ꝓ nūq̄. Augu.

Uenie loc⁹ non est in inferno.

Auersarius reconciliandus.

Ꝓximus. Sidere sis

te cōscientia cui debemus ad bonū consenti-
Deus. re. Mystice etiā aduersarius noster est deus
qñ peccamus: quia nobis resistit cum ab eo
peccando recedimus cui cōsentire debemus
penitēdo: z ei⁹ voluntatem faciēdo Uel ser-
Sermo mo diuinus q̄ peccare volentib⁹ cōtradicit z
dei. nos peccantes arguit et accusat cui debem⁹
obedire a peccatz abstinēdo z aduertēdo: ac
p̄ceptis ei⁹ hūiliter nos subdēdo. Deinde sub
iungit q̄dā alia ad ꝓfirmādū qđ dixit supra.
R s. q̄ nō venit soluere legem: sed adimplere z
dat intellectū alterius p̄cepti in lege. Judei
em̄ p istud p̄ceptū: nō cōcupisces vxorē ꝓximi
tui: intelligebant signa exteriora tm̄ ꝓhibi-
ta: vt sunt tactus ipudici: oscula z hmōi. z sic
exponebant nō concupisces. i. signa concupi
De me scētis nō facies. Similit p istud p̄ceptū [nō
chie con mechaberis] itelligebāt actuz mechie exte-
cupisce- riorē tm̄ esse ꝓhibitū z sic cōcupiscētia z volū
tia. tas interior latēs o modo in corde nō exp̄ssa
signo vel facto nullū esset pctm̄. Sed hoc est
irrationabile: qz act⁹ exteriores vt signa nō
hñt rōnē pcti: nisi in⁹ctū sunt volūtarij: z iō
saluator hūc errorez excludens dicit. [Oīs
q̄ vidit mulierē ad cōcupiscēdū eā. i. ea intē-
tiōe z aio: z h̄ fine attēdēs vt cōcupiscat eam
qđ nō ē iā titillari: sz plene cōsentire libidini
Chrisо. [iā mechat⁹ ē eā in corde suo] vñ Chrisт. Et
si cōcupiero nec etiā pl⁹ fecero cū adulteris
ero. Per legē g̃ luxuria ꝓpetrata p auctorez
ꝙo mūdicie luxuria cogitata dānāt lex adul-
teriū damnat: euāgeliū ꝙo etiā cōcupiscētiā
que radix est adulterij punit. Unde iohan-
Xps i pe nes i lūbis: sed xps i pectore cinct⁹ fuit Et sciē
ctor cin- dū q̄ q̄dā est concupiscētia ex subito motu si
ctus. ne deliberatione boni opis vel mali z sine cō
Johan. sensu: z vr ꝓpassio: z hoc ē pctm̄ veniale. Alia
in lūbis est cū deliberatiōe ai z cū cōsensu in delecta-
tionē: vel in opus z vr passio: z h̄ ē pctm̄ mor-
tale. Dīs ꝙo loqt̄ hic de ꝙcupiscētia ōlibera
ta q̄ iplicat i se ꝙsensū i delectatiōe vl i opus
Cōcupi- Cōcupiscentia ergo cū cōsensu i aio ē morta
scētie de le pctm̄: etiā ātez exprimit facto vl signo: et
testatio qz visus ē cōcupiscentie ꝓuocatiuus: ideo ꝙz
Ambro. cōsiliū Ambro. auertam⁹ oculos a vanitati-
bus ne qđ oculus viderit anim⁹ cōcupiscat.
Grego. vñ Grego. ꝓuidēdū g̃ nobis est: qz intueri nō
debet qđ nō licet ꝙcupisci. Ut eni mūda mēs
in cogitatione seruet a lasciuia voluptatis
sue dep̄mēdi sunt oculi quasi q̄dā raptores
ad culpā vbi z chrisо. Qui studet elegātes fa
Chrisо. cies ispicere ipse iformacē sibi passiōis accēdit
captiuā faciens animā: ad opus quoq; cele-
Cohabi rit adducit. Quid iā hic quoq; rūdent q̄ au si
tatio cū sūt temere cohabitare virginib⁹. Hui⁹ em̄ sā-
ꝙginib⁹ ctione legis mille sunt adulterioꝝ rei q̄tidie
illas ad cōcupiscēdū videtes. Audiant hic q̄
sepius ad theatra festinant seq; ibi pene q̄ti
die adulterij obscenitate cōmaculant: aadul
teros seipsos per vnum quēq; diem faciunt: z
decē mille cōstruunt percussionis occasiōes.
hec Chrisо. Sed ꝙ hec audi efficax cōsilium
Grеg. Caro inquit cū cōcupiscit pensēt quid Grеg.
sit examinis z intelligit quid amatur. Nihil Contra
q̄ppe sic ad edomandū desideriozꝝ carnaliū concupi
appetitū valet q̄z vtvnusquisq; hoc qđ vidit scentiā.
diligit quale sit mortuū pēset. hec Grego. Et
qz dñs dixerat ex visiōe mulieris mechari vi
dētē: ideo ꝙnter docet abjicere occasionē que
facit hoiez ruere i talē cōsensum. vt [si ocul⁹
tuus dexter vl man⁹ tua dextera scandalizat
te]. i. faciat te ruere in p̄dictū cōsensuz [erue
eū] vel abscide eaz nō mēbrū sed mēbri abu
sum cohibēdo ipsuz mēbruz ab exercitio z af
fectu illicito [z proijce abs te] ex toto annihi
lando [Expedit em̄ tibi vt pereat vnū mēbro
rum tuoꝝ] p̄dicto modo scz actū illicitū q̄z uis
delectabilē deserēdo [q̄z totū corpus tuū] cū Grego.
alia [mittat i gehēnā] vñ Grеg. Intueri nō ꝙ Bern.
bet qđ nō lz concupisci. z Bern. Qui manum Uisus z
mulieris tenet sciat se eē in vinculis diaboli. ꝙtactus
Attēdāt g̃ multi q̄z malū sit pulchras facies illicitus
mulierū seu quorūcūq; iuuenū ituer i: aut ho vitetur.
rū man⁹ vl facies seu q̄scūq; corpis ptes cō-
tractare vl libēter cū eis fabulari: qz ꝙz plu
res doctores ecclesie z religiosе vite patres ta
lia designant iteriozis hois corruptionē ac
quādā ei⁹ mollicie z delectionē. Hic ꝙz Aug. Augu.
nō precipit aliquod mēbrū ad lr̄am erui: sed Mēbro-
occasio peccādi. Potest em̄ eē occasio ex aspe rū absci
ctu: z tunc oculus scandalizat: z cū bona fit in sio z eru
tentione tunc scandalizat oculus dexter. Uel tio
potest esse occasio ex cōtactu z cū bona inten Dexter
tione: z tunc scandalizat man⁹ dextera. Hu- oculus et
iusmodi g̃ si scādalizāt abjciēda sunt: qz fu- manus
giēde sunt occasiōes peccandi. Et pōt accipi dextra.
exēplū de visitatiōe bona vl ope bono ō ge-
nere ꝙbi gr̃a. Si aliqs vadit ad collegiū mu
lierū causa p̄dicationis vel cōsilij dādi: vl si
dat elemosynā alicui mulieri vt ex h̄ capiat
occasionē ruine sibi iminentis portū alicui⁹
familiaritatis male vl tētatiōis piculose de
bet illō bonū de genere dimittere: ne tota cō
geries bonoꝝ opez subiaceat ruine. Et ideo
dicit Alan⁹ i Si vitare velis venerē loca tem Alanus
pora vita. Et locus z tēpus pabula donat ei.
Et idez remediū est in omnib⁹. vnde Senec. Senec.
Qui deponere vult desideria rez omniū qua
rū cupiditate flagrauit: z oculos z aures ab
his q̄ reliquit auertat. Et hoc patet ex eo qđ
dicit idē. Auarior redeo ābitiosior luxurio-
sior imo ꝙo crudelior: qz int hoies fui. h̄ Sen.
Ul accipe h̄ oculū z manū interiorē scz cordis
qđ membrū dextrū hic vr cōparatiōe sinistri
z exterioris scz corporis fragilioris. Si ergo
dextera scādalizat: sinistra quid faciet? vñ
Hieron. Cauendū est ne qđ in nobis est opti
mū labatur in vitiū. Si enim dexter oculus
z dextera man⁹ scandalizant quāto magis ea
que i nobis sinistra sūt. Si eni anima labit Hiero.

quāto magis corpus qđ est ad pctā ꝑcliui⁹. vñ et Chriso. Oculū hic vel manū nō corpis humani significat: sed oculū vel manū cordis. i. sensuz male cōcupiscētie z carnalis desiderij cogitationē quā ꝑ fidē celestē erui et abscidi a cordib⁹ ꝑcipit vñ mala ꝓcedūt. Vñ hic magis mēbra vitioꝝ male mentis z prane cogitationis excidere nos dñs ꝑcipit propter regnū celoꝝ ne dominātib⁹ vitijs z corpus z alia. i. totus hō re⁹ efficiat ignis eterni. Deinde postꝫ docuit alienā vxorē nō eē cōcupiscendā ꝑ̄ docet suā nō esse dimittenda z dat intellectū cuiusdā permissi in lege: scz de vxoris dimissione et libelli repudij datione. credebāt em̄ iudei q hoc esset simpliciter licitū: sed est falsum: qz ideo hoc ꝓmittebat nō quia licitū: sed ad euitandū maius malū: scilz vxoricidiū. Minus em̄ malū erat vxores dimittere ꝫ eas interficere: z ideo nō erat licitū: nisi ꝓpter fornicationē vxorez dimittere. [In lege] ergo [moyses iussit dari libellū repudij ꝓpter duriciā cordis] maritoꝝ odio vxores suas habentiū nō discidiuz cōcedens: sed homicidiū auferēs z min⁹ malum permittēs: vt maius abscideret ne mariti ꝓpter odiū sanguinē funderēt. xp̄s aūt iubet vxorē nō dimitti debere [excepta fornicationis causa] quia tūc ipsa vxor esse primo noluit que fidē cōiugalē marito non seruauit. Tūc em̄ licitū est eā dimittere quantū ad cohabitationē z debiti redditionē: manet tñ vinculū matrimonij ꝑ totā eoꝝ vitā: z ideo si dimissa nubet alteri cōmittit adulteriū: et similiter q̄ ducit eā. Quisqs tñ causa fornicationis vult vxorē abūcere: prius dz a fornicatione purgar⁹ esse: qz ꝑm Hieron. Quicqđ viris iubetur hoc ꝑ̄ redūdat in feminas: neqꝫ enim adultera vxor dimittēda est: z vir mechus tenēdus. Deinde postꝫ docuit dñs nō esse iniuriā primo inferēdam ꝓhibendo irā z cōcupiscentiā: cōsequēter docet ab iniuria dei abstinendū: prohibendo periurij et iuramentū: z dat intellectū cuiusdā ꝑcepti q̄ ꝓhibet periurij in lege veteri. Circa qđ errabāt iudei credētes q solū iuramentū mēdax esset ꝓhibitū: z q iuramentū illicitū eēt seruandū: z sil'r q iuramentū incautū quod sine necessitate fit esset licitū: ꝓpter qđ saluator dicit non esse iurandū omnino. i. ex quacūqꝫ causa: vbi nō excludit iuratio necessaria sed incauta. Justitia ꝫ phariseoꝝ est nō periurare. hāc confirmat dñs vetans iurare qđ pertinet ad iustitiā eorum qui intraturi sunt regnū celorū. Sicut enim falsum loqui non pōt qui non loquitur: sic periurare non pōt qui nō iurat. Et sicut in multiloquio nō deerit pctm̄: sic nec in multijurio periurium. Sicut aūt deus ꝑcepit sibi victimas legales offerri: non qz ei placerēt: sed ne eas ꝓpter consueuerāt idolis immolarēt: sic infirmis cōcessit iurare p deū nō q placet deo hoc fieri: ꝫ q minus malū est hoc deo ꝫ creaturis exhiberi. vñ ꝑm Hiero. In lege ꝑceptū est nō iurare nisi per deū: nō q bonū sit: sed ne iudei pessima cōsuetudine iurātes per creaturas crederent eas venerandas. Euāgelū autē non recepit iuramentū cum omnis sermo fidelis pro iureiurando sit. vnde Chriso. Unde iurare nos prorsus nō cōuenit: q̄d em̄ vnicuiqꝫ nostrū iurare necesse est: cuz nobis mētiri oino nō liceat. Quoꝝ verba ita vera semp ita debēt esse fidelissima: vt ꝑ iuramēto habeāt. Et idcirco dñs nō solū ꝓiurare ꝫ etiā iurare nos ꝓhibet ne tūc tm̄ videamur verū dicere cū iuram⁹ et ne quos veraces in oi sermone esse cōstituit putarem⁹ sine iuramēto licitū eē mētiri. Juramēti em̄ ℔ cā est: qz ois q̄ iurat vt qđ verū est eloquat. Et dñs inter iuramētū et loqlā nr̄az nullā vult eē distantiā. Quia sicut in iuramēto nullā cōuenit eē pfidiā ita: qꝫ in verbis nostris nullū dz esse mendaciū. Quod vtrūqꝫ z piuriū z mendaciū diuini iudicij pena dānat. Quisquis ꝫ nostrū loquit iurat: qz scriptuz est. Testis fidelis nō mētiet. vnde nō immerito non iurare sepe scriptura diuina ꝓmemorat: quia deo q̄ verax est z noscit quicquid dr̄ pro iuramēto habeat: qz verū est omne qđ loquit. hec Chri. vñ z Sene. Nihil interest an affirmes an iures de religiōe z fide scias agi vbicūqꝫ de veritate tractat ꝑm Augu. qm̄ ille iurat q̄ adhibet testē deū: ridiculū est putare vt nō iurauerit quis: qz nō dixit per deū: sed dixit testis est mihi deus: vel ecce coraz deo: qz nō mentior: vel deus scit qz non mentior. Precepit ergo dñs nō iurare oino. i. iurare non oi modoꝝ in omni casu: quia hec est incauta iuratio. Per hoc tamen excludit iuratio in necessitate: qz negatio ibi ꝓponit signo vniuersali affirmatiuo qđ eq̄pollet suo contradictorio: ꝫ postposita eq̄polet suo cōtrario. Hic em̄ nō dr̄ oino nō iurare: qz esset sensus q in nullo casu esset iurandū qđ est falsum: qz in aliquo casu est iurandū z in aliquo nō: ꝫ dr̄ hic [nō iurare oino]. i. iurare nō oino. i. nō ol mō: z ideo nō est sensus q in nullo casu sit iurādū: sed qñcūqꝫ deest necessitas z nō est necessariū: z sic excludit oē iuramentū incautū. vñ ꝑm Aug. Dñs nō ꝑcepit nō iurare tāqꝫ oino illicitū: sed ne quisqꝫ iurare appetat tanqꝫ ꝑ se bonū: z vt nullus iuret de facili absqꝫ necessitate z dilabat i periurij ex iurandi cōsuetudine. ¶ Ad hoc aūt q rectū sit iuramētū tria requrunt. Unū ex parte rei de qua iurat. s. veritas. aliter em̄ nō esset cōfirmādi idoneitas. Alterū ex parte cause pro qua iurat iustitia. aliter em̄ nō esset debita iurādi necessitas. Tertiū ex parte iurantis necess. iudiciū siue discretio: aliter em̄ nō esset debita cautela. vñ in Hiere. Jurabis hiez. i

Chriso. Manus ꝙ oculꝰ.

I Repudiū non faciēdū

Uxoris ꝓpter adulterium dimissio.

Maritꝰ adulter dimitti potest.

M Periurij ꝓhibitio.

ꝓuer. x. Jurādū nō esse.

Chriso

ꝓuer. xiij.

Sene

Augu

Jurat nis m di.

Jura menta ap̄li.

Jurād esse i cessita

Augu

N Jura mēto cto necess

Non iu randū p reatu- ras.

dicit dñs in ẏitate ⁊ iustitia et iudicio. Et nō solū incaute iurare per deum est illicitū: sed etiā p creaturas inquātū in eis relucet virt⁹ diuina: ideo sequit. [Neq; p celū: qr thron⁹ dei est].i. pncipaliter ibi relucet gloria dei [neq; p terrā: qr scabellū pedū ei⁹ est].i. infima creatura: sicut scabellū est inferior pars sedis [neq; p Hierosolymā: quia ciuitas est magni regis].i. dei qui est rex regū ⁊ ad ei⁹ deputata cultū: qr scz est op⁹ diuinū nō tuū: qō probat dicēs [q; non potes facere vnum capillū albū aut nigrū]. Unde vult dicere sicut nec p deū non est iurādū: ita nec p creaturas: qr cū q̄libet creatura sit opus diuinū qui iurat p creaturā: iurat p deū. Ideo etiā ꝓhibemur iurare p creaturas ne creaturaz in honore diuine veneratiōis habeam⁹: vel ne putem⁹ nō esse piurū iurare falsum per creaturas: ⁊ dū p creaturas iuram⁹ nihil iurare ⁊ iuramētū nō obligare credam⁹. Fiūt tñ interdū per cruces et euāgelia. t. p eū cui hec sunt dedicata. Et sil'r fiunt per sanctoꝝ reliquias: qr i his pot⁹ deū q̄z sanctos veneramur: a quo auctore oē bonū qō habēt eos habere recognoscim⁹. Qui aūt iurare prohibuit quō loqui opz docuit subdēs. [Sit aūt sermo vester est est: nō nō] simpl'r affirmando ẏitatē: ⁊ negādo falsitatē. Unde duplicat vtrūq; : vt qō est int⁹ in corde hoc dicat fortis in ore. Tūc est em̄ sermo noster est est: nō nō cum gemina veritate cordis et oris affirmamus vel negam⁹. Igit sicut est in cōsciētia: ita sit ⁊ in lingua: ⁊ sicut est in re ita ⁊ in ore: ⁊ sicut est in ore ita ⁊ in opere: vt qō ore affirmam⁹ operib⁹ probem⁹: ⁊ qō verbis negam⁹ factis nō ꝓfirmem⁹ [Qō aūt his abūdāti⁹] ⁊ ampli⁹ [est] scilz iurare [a malo est].t. ab infirmitate ⁊ suspitione illi⁹ q̄ sine iuramento nō credit. Non dixit malū est. tu em̄ facis malū qui būveris iuratione q̄ et si nō bona tñ necessaria est vt alteri psuadeas qō vtiliter suades: sed a malo et infirmitate illi⁹ est cui⁹ infirmitate cogeris iurare cū vides pigrū ad credendū qō ei vtile est credere: nisi firmet iuratiōe. Semp tñ ē malū ibi ex aliq̄ parte: vel ex parte iurātis: qñ iurat sine necessitate: vel si requisit⁹ iurat est ibi a parte requirētis: ⁊ hoc vel malū culpe: qñ scilz req rit iuramētū sine necessitate vel malū pene: qr ex infirmitate humana q̄ est quedā pena generi humano inflicta ꝓcedit q̄ hoies nō credūt sibi mutuo simplici verbo absq; iuramēto. Uerū igit loquamur: neq; id iurationib⁹ crebris: sed morū ꝓbitate cōmendam⁹. Et in loquēdo ore tñ vtamur: qui qō ore amplius est: scz etiā ceteris artibus vti a malo est. Ut em̄ in ꝓuerbijs dr. homo apostata vir inutilis digito loquit. Stultus q̄ est qui talē imitat: ⁊ sil'r digito loquitur: sz magis stult⁹ est: si etiā manu in qua plures digiti sunt: loquatur: et per consequens stultissimus est si etiam brachijs ⁊ humeris in loquendo vtat. Si autem ad motū mēbrorum istorum accedit ⁊ motio capitis: iaz videtur quasi insano similis. Expedit: ergo oīs membra preter os in loquendo continere: ne inde scandalū ad alios possit quōlibet derivare. ¶ Oro.

Digito loqui.

Omine Jesu xp̄e qui antiquis temporalia nobis ẏo eterna promisisti ⁊ vt nostra superabūdet iustitia: da mihi coram te et proximis sermone et opere lucere: ac legem tuam non soluere: sed superabūdāter implere. Custodi me ab ira et offensione proxumi: vt munus cordis: oris: vel boni operis quod tibi obtulero acceptum sit in cōspectu tuo. Cōcede mihi clementissime deus a concupiscentijs ⁊ aspectibus malis cauere: omne iuramentū declinare: vt sicut a primi: sic⁊ a tua iuria valeā abstinere: ⁊ tibi in oībus semp placere. Amen.

¶ De patiētia et largitate circa proximos exhibenda. Capi.xxxv.



Postq̄ ergo dominus docuit non esse inferendam iniuriam proximo nec irrenerētiam deo: consequenter docet qualiter christianus se habere debet ad eos qui sibi iniuriam inferunt ponens pauca verba q̄ omnibus hominib⁹ ad perfectionem sufficiunt in quibus omnis patiētie ⁊ largitatis virtus aperte cōmendatur et suadetur. Et primo ponit intellectū cuiusdā precepti iudicialis: vbi errabāt iudei credētes q̄ vindicta esset propter se appetēda: sed hoc est falsum: qr velle penam alicuius absolute nō potest habere rationē boni: sed solum inquātum appetitur ꝓpter aliud: scz ꝓpter ordinē iustitie seruandū: vel propter illius qui deliquit correctionē: vel ꝓpter aliorū terrorē: vt vidētes talē puniri coerceant a malis: vel ꝓpter aliq̄ hmōi. Ubi ḡ nullum bonū tale ex pena alicui⁹ estimat euenire: sed magis timet de scandalo: vel de maiori malo suscitādo: tūc tenet hō desistere a vindicta q̄rēda: et hoc est necessitatis: si aūt circa talē casum desistat ē superogatiōis. Igit [nō resistere malo] in aliq̄ casu est p̄ceptū: ⁊ in aliquo ꝓsiliū: ⁊ aliqñ nō resistere esset malū: qñ scilz p hoc daret audacia malis hoib⁹ simplices opprimēdi: ⁊ possunt eoꝝ malicie sine piculo occurri. Malo em̄ culpe semp est resistēdū: sz malo iniurie nunq̄ libidinevin ten⁹ resistere: sz ꝓ iudicē amore iustitie cā. s. vtilitatis ecclesie ⁊ correctionis ꝓmi ne malis discat assuescere. Uñ in lege p̄ceptū iudiciale de pena taliōis erat circa mortē: ꝑcussionē. nis lex.

A Mat.v. ⁊ Lu.vj

Uindicta an sit appetenda.

Malo q̄ resistēdū sit

Talio-

mutilationē: vt percutiēs in eo pateretur et puniretur in quo leserat: et redderet animā ꝓ aīa: oculū ꝓ oculo: dentē ꝓ dente. Qz em̄ iudei proni ad inferēdas iniurias proximo etiā sine causa: z seni i vindicādo ꝓpias iniurias erāt modūq; z mensurā pene excedebāt: lex tā ꝓ temeritate ledentiū q̄ lesoꝝ instituit modū et terminū vltionis quē nullus excederet in iniurijs vindicādis: scz penā talionis. Prouida em̄ quadā cautela modum posuit tā ꝓpter ꝓteruitatē ledentiū: vt reprimerent timore q̄ lesoꝝ ne vltionē sumerent vltra modū ꝓpriū. Christi aūt cui⁹ mia supe ralet iudiciū z ipsius euāgelij iustitia est nō resistere malo: scz per malū: sed in bono patiētevincere malū iniurie. Nec etiā respōdendū est iniurijs qō mai⁹ est: vt iniurijs lacessiti parati z prōpti simus ad illas patienter sustinēdas. In lege est retributio: qz iubet lesum equali iudicio iudicari: in euāgelio gratia: qz docet patientievirtutē etiā per mēbroꝝ dāna seruari. ſm Chriſo. Si alteri⁹ oculū eruis nō tuū recuperasti: sed cū mēbro etiā patiētiā pdidisti. Diabolus vulnera ꝓcurat corpoꝝ: propter vulnera animarū. Si tu nō pcusseris ab hoie quidem victus videris: sed diabolū vicisti. Vñ si nō reddideris malū pro malo: z si mēbrū corporis pdidisti lucrū patientie acq̄sisti. Si aūt reddideris z corpis dānū passus es z salutis. Nec tm̄ lederis qñ ab iniquis noceris quātū cū a constātia bonitatis recesseris. Hec Chriſ. Sunt aūt quatuoꝛ gradus ad pacē. Prim⁹ est non plus reddere. Scōs etiā min⁹ reddere: z hoc additū est ꝓ traditionē phariseoꝝ q̄ dabāt xl. disciplinas vna minus. Tertius est malū non reddere. Quart⁹ est paratū esse ampli⁹ tolerare. Primi duo fuerūt in lege: in tertio icipit euāgeliū: cū dicit [nō resistere malo] in quarto euāgelij ꝓsummatio qō ꝓpr exponit declarādo. Unde qz nō dixit resistēdum a malo ne aliq̄s intelligeret de malo culpe nō iniurie subiūgit dicēs. [Sed si q̄s te pcusserit in dextrā maxillā: prebe et illi alterā]. s. dexteram mētis interiorē ne exterioris hois cede vel tacit⁹ intra se moueat interior. i. sis paratus in aīo ad aliā percussionē z maiora z ampliora sustinendū anteq̄ per impatientiam malo resistas: z scandalū vel aliq̄d malum aliud ꝓxima charitatē suscites. vñ Aug. Nō tm̄ nō repercutias: sz si vult alterā ferire patiēter sustineas. vbi Chriſo. Qui repercutit legis implet mandatū non xp̄i. Sed dicis dignus est ille repercuti. etiā: sz tu nō es dignus repercutere: quia discipulus illi⁹ es qui cum malediceret nō remaledicebat. hec Chriſo. Ad omne ergo nos exemplū patientie z humilitatis dñs per euangelica precepta confirmat. Nō solum enim prohibet repercutere percutientē: sed z iubet nos paratos esse iterū pcuti z nō resistere malo iniurie quominus adhuc possit nobis inferri. vñ Beda. Quid tā magnū q̄ percutienti ꝑbere maxillā? Nōne indignatiōis impetus frangit: ira sedat: z ꝓ patientiā ille mutat: vel inuitatur ad penitentiā? Per huis ergo māda ti impletionem hō xp̄o cōformat. diabolus ab homine vincitur. plena pax inter hoies obtinetur. vnde Chriſo: Huiusmodi meditatio tolerantie ducit ad passionem martyrij. Facile em̄ persecutionis tempore penas corporis poterit sustinere: si in pace ante exercitatus huiusmodi iniurias equanimiter ac libenter susciꝑat. hec ſm Augu. Nō ꝓhibet ea vindicta q̄ ad correctionē valet. Sed huic vindicte inferende nō est idoneus nisi q̄ odiū dilectione supat. non enim odit pater filium castigando. Vñ nō debet q̄s odio z libidine vindictā expetere: sed amore ad correctionē z vt iniurias ab eo cui rerū ordine potestas data est tanq̄ filius a patre corrigat: paratꝰ si op⁹ sit equo aīo plura tolerare ab eo quē vult esse correctū. Talis em̄ vindicta ad correctionē ꝓpe amorē ptinet ad misericordiā. Beatus g̃ q̄ ipso corde est ad oīa paratus: vt in oībus q̄ patit ꝓ deo veraciter possit dicere z canere illud ꝓpheticū. Paratū cor meū de⁹ paratū cor meū. Nō solū aūt maxillā ꝑbēdā pcutienti dñs ꝑcepit sed dāna subiri. Qz ſm Chriſo. Post corporalis iniurie tolerantiam vult nos etiā dñs secularū habere contēptū z nō tm̄m̄ō in plagis verūetiam in pecunijs rebusq; diuersis nos vult prestare patiētiā. Vñ addit. [Et ab eo qui aufert tibi vestimētū noli ꝓhibere]. s. repugnando: vel cum eo contēdendo exēplo dñi qui vestimenta sua ꝓ misit a se auferri z a militib⁹ diuidi. Dū em̄ vis vindicare vestem corpis: ꝑciosissimū aie vestimentū perdis. [Et qui vult tecum in iudicio contēdere]. i. contentiose agere [z tunicam tuam tollere]. i. vestem interiorem z magis necessariā per quā z cetera necessaria intellige. hoc est si te ad iudiciū ꝓpter tunicam trahat: ad negociū tibi molestiāq; cōmoueat [dimitte ei z palliū]. i. exteri⁹ vestimentū et cetera q̄bus nō adeo indiges nūq; cōtētiose: z cū iracundia agas. Quasi diceret. Siquis contēdendo velit tibi auferre vnū de necessarijs anteq̄ contēdas in iudicio sustine pot⁹ vt auferat tibi z reliquum de eis. Hoc quoq; ſm Augu. ad preparationē cordis: nō ad ostēsionē operis intelligēdū. Et hoc etiā potes trahere: vt si q̄s vult tunicā tuā tolere. i. aīaz vel interiora bona dimittas palliū. i. exteriora negocia. vbi Chri. Si litē tibi videris imminentē: etiam illa que nō poteris indulge: melius est enim iurgio liberari q̄ retinere materiā iurgioꝝ. Difficile est rē dimittere: sed difficilius de iudicio sine peccato exire: Et iterum. Non solum inquit iniuriam pa-

Lex.
Euāgelium.
Chriſo.
Repercutientis dānum.
B
Gradus ad pacē iij.
Maxilla altera ꝑbenda.
Augu.
Chriſo.
Repercutiēdū nō esse.
1. Pe. ij.
Beda.
Chriſo.
Augu.
Vindicta ad correctionem exercenda est.
ps. lvj.
Chriſo.
C
Contendēdū nō esse.
Chriſo.
Augu.
Chriſo.

tiens nihil tracūdie moueas aduersus eū q̄ iniuriā facit: z nō solū p̄ his q̄ abstulit nō indigneris: ſz et ſi quid tibi forte subrelictū est id sponte largire ei q̄ totū abstulit. Cū enim ille talē te inuenerit resipiscet ꝓtinuo: z facti pigebit eū vbi z Beda. Qō de vestimēto⁹ tunica dictū est: nō in eis solus: ſz in oibus faciēdū est: que aliquo iure tēporaliter nostra esse dicimus. Si eīm de necessarijs hoc imperatū est quāto magis supflua cōtēnere oportet. Lex igitur est vt alterius nō tollas: et si tuū non das gratia aūt vt z alteri⁹ nō tollas z tuū des. ſm Aug. q̄ spōte vel cōuictus pecuniā debitā reddere noluerit intantū vt velit litigare dimittēda illi est. seruū eīm dei non opz litigare manēte illa regula: vt in aio parat⁹ sit amittere qō sibi debeť. Nā si modeste ac leuiter oīno egerit: vt sibi restituatur: nō tā intendēs fructū pecunie ꝫ vt hoiez corrigat cui sine dubio ꝓnicioſum est habere vñ reddat: z nō reddere nō solū nō peccabit: sed ꝓderit etiā plurimū: ne ille dū aliena pecunia lucrū facere vult dānū fidei patiať. Qō tāto est grauⁱ⁹: vt nulla sit cōparatio. Et nota q̄ repetere sua cōtingit dupl'r aut cozā iudice infideli: z sic xp̄iano nō licet: z maxime vbi ecclesia libertatē habet: aut cozā fideli. z hoc duplicit̄: aut contētioſe et cū fraude: z sic nulli licite: aut modeste z cū iustitia. z sic infirmis z imperfectis lz: simpliciter ꝙo repetere sine cōtentione et fraude nō cozā iudice oīb⁹ licet. ¶ De religioſis ꝙo sua nō habētibus est sciendū q̄ repetere aliq̄ cōtingit dupliciter: aut vt aliqua ꝓpter vtilitatē ꝓpriā sic perfectis nō lz: aut vt ꝯgregatiōis ꝓpter vtilitatē cōem: sic licet etiā perfectis: qui et si nō habēt sua in ꝓprio: tñ habēt in cōi z ita noie cōitatis licet repetere: vel si nō habent dñium nec in cōi nec in ꝓprio: habent tamen res ad vsum deputatas. Tamē magis expediret iudici secreto significare ꝫ in iudicio repetere. Deide subiūgit. [Et q̄ te angaria uerit mille passus: vade cuz eo alia duo milia]. i. patiēter feras si āpli⁹ te ire oporteat. Angaria ōr indebiti seruitij exigētia in propria ꝑsona: vel q̄cūq̄ coactio iniusta. Uñ angariare est iniq̄ seu iniuste aliquo mō trahere: vel ꝑsonalia obsequia z opera impēdere oppꝛimēdo in ꝑsona z grauādo. Est ergo sensus q̄cūq̄ te in seruitio indebito sine pctō tñ coegerit seruire: ad hoc etiā ita debes parat⁹ esse: vt ampli⁹ pati velis ꝫ ille optat inferre. Nā mille passus est iter sabbati: et iō hoc nō est ꝛ sabbatū legz: sic sustine iniurias in his que nō sunt contra sabbatū pectoris. Uel in millenario ꝑfectio spiritualis significatur: que in impletione hui⁹ precepti ostendit. Et cū millenari⁹ sit numer⁹ ꝑfectiōis in trib⁹ millenarijs notať q̄ in trib⁹ cōsistit ꝑfectio patiētie: scz in corpore z ratione z voluntate qō significať p̄ alia duo milia. vbi Chri. Uides supabūdātiā philosophie cumulū sapientie. Postꝫ nimirū dederis maxillā z tunicā z vestimentū ēt si nudo inq̄t corpe tuo vti voluerit inimic⁹ ad iniurias z labores: nec si quidē illū opz ꝓhibere. Ult eīm oia nos possidere cōiter z pecunias: vez z corpa nō cū indigentib⁹ solū: verūetiā cū iniuriā facientib⁹ Unū eīm mie est: alterū ꝙo patientie. Et iterꝫ. Ad oē deuotionis op⁹ impigros nos esse ꝑcipit dñs ac paratos. Bonū eīm nostrū vult nō tā necessitatis esse ꝫ ꝓprie voluntatis: vt dū ampli⁹ ex nobis facim⁹ ꝫ ab alijs postulamur maioris mercedis gratiā cōsequamur. Integre eīm charitatis ac ꝑfecte deuotionis officiū est plus sponte ꝑstare ꝫ poteris. hec Chri. Ubi ſm Augu. monet nō tā vt pedibus agas: ꝫ vt aio sis paratⁱ⁹. Nō solū ĝ tua: vt deuites altercationē: sed z teipm ꝑbe angarianti. nā tā ope z pedib⁹ ꝫ aio z cōpassionis affectu paratⁱ⁹ multo plus seruire ꝫ ꝑcepit. Totū eīm qō dictū est intelligendū ſm ꝑparationē animi in casu cōsimili nō aūt in casu in quo ex tali ꝓmissione nutriret̄ pcutiens aut rapiens vel angarias seu al's offendēs i sua malitia z iniquitate. Immo in tali casu sustinere nō esset bonū: nisi ꝓpter scādalū: vel aliquod maius malū euitandum. Nā testante Augu. cui licētia iniq̄tatis eripiť vtiliter vinciť: qm̄ nihil est infelicius infelicitate peccātiū qua penalis nutriť ipunitas z malavolūtas velut hostis interior roborať. ¶ Ut autē dicit idē Augu. in his triū exēplorū nullū genus iniurie est pretermissum. Nā oia in quibus ꝓbitatē aliquā patimur: in duo gña diuidunť: quorū alterū est qō restitui nō pōt in quo vindicte solatiū tumid⁹ anim⁹ q̄rere solet q̄ talia fomenta desiderat: sed san⁹: z firmus misericorditer ꝑferēda alteri⁹ infirmitatē iudicat: neq̄ hic vindicta ad correctionē ꝓhibeť: vt etiā supra dicitur. Alterū iniuriarū genus est qō in integrum restitui potest: cuius sunt due species: vna ad pecuniā: altera ad operā ptinet. Exēplū primi de pcussa marilla. Scōi de tunica z vestimēto. tertij de angaria passuū. Qz qō in corpe lesum est nō restituiť integrū: z reddi vestimentum pōt: z adiuuari opa potest: si opus fuerit. In his ergo oibus gñeribus iniuriaꝝ dñs docet patientissimū z misericordissimū: z ad plura ꝓferenda paratissimū aim xp̄ianorū esse oportere ꝓpter spē retributionis eterne. Sed q̄m parū est nō nocere: nisi etiā ꝑstet beneficium quantū poterit cōsequenter adiungit dñs. et dicit. [Omni petenti te tribue.] Quasi diceret. Ita debes esse patiēs i aduersis ꝓprijs: sed z cōpatiēs alienis. Nō dicit q̄d tribuendū: qz nō semp res est dāda: semper tñ danduz est saltem bonum responsum. Qui ergo in necessitate sua petit a te rem corporalem

Beda.

Augu. Cōtētio licita.

Repetere sua dupl'r fit

Religioſi an repetant ablata.

Angaria.

Mille passus iter sabbati.

Chriſo. Superabundātia imperfectiōis

F Augu. Patientia animi sine nutrimēto alienē tis q̄tatis habēda

Augu.

Iniurie genus nullū ꝑmissū i euāgelio.

E Largitas petēti exhibenda.

nascitur⁹ erat de semine da
uid fm carnē. Et ideo qz credebant ip̄m esse
xp̄m ipsi dauid ꝓmissum vocant sic eum da-
uid filiū. Clamabant autē qz ad literā nō vi
debāt qm̄ ꝓpe est dñs. vbi Chrisо. Uide aūt Chrisо.
eorum desideriū et a clamore z ab ipsa inter
pellatione. Neq̄ em̄ simpliciter accesserūt:
sed magis clamantes z nihil aliud q̄ miam
postulātes. Filiū aūt dauid vocabant: qz no
men honoris esse videbatur. [Cū aūt venis-
set domū]. i. ad hospitiū suū i illa regiōe in
terrogauit eos si crederēt eū ꝫ posse facere.
q. d. cōfessi estis humanitatē me dicēdo filiū
dauid si creditis q̄ possuz hoc facere vt ꝛ: ?
opus em̄ est diuinitatis. Nō interrogat q̄si
ignorans eorū fidez: quia omnia sciebat per
certitudinē: sed vt cōfessio exterior adderet
fidei interiori: z sic eēnt digniores illumina
ri z mercede ampliori: quia fm apl'm. Corde
credit ad iustitiā: ore autem confessio fit ad Rom. x.
salutē. vnde Raba. Non quasi nesci⁹ inter- Raba.
rogabat: sed vt fidem cōfessio promat: cōfes-

sionē virtus salusq; comitet virtutē. [Dicūt
Chrisо. ei] fidē cōfitēdo [vtiq; dñe] vbi Chri. Nō vl-
tra filiū dauid vocāt sz altiꝰ extendunt z dñm
cōfitent: qđ est nomē potestatis. [Tūc] post
cōfessionem fidei [tetigit oculos eorum] vbi
Raba. Raba. cōfessio oris tactū meruit diuine pie-
tatis. Felix tactꝰ ad quē tanta sequit virtus
et dixit [ſm fidē vestrā fiat vobis]. i. sicut fi-
des mētē illuminat: ita oculis lucē restituat
[Et] statim [illuminati sūt z apti oculi eoꝝ]
Fidei Ecce quanta est fides simpliciter credentiū:
virtus. q̄ meret tot donorū collationē z augmentū a
B deo vt oia possibilia sint credenti. Non eos
in via curat vt laudes hominū z iactātie glo
Chrisо. riā vitare doceat. vñ Chrisо. Rursus aūt hoc
Gloria erudit nos gloriā multitudinis expellere: q;
vitāda. eñ, ppe erat domꝰ ducit eos illuc singulariter
curaturus. Uñ z ppter hūilitatē etiā [cōmi-
nat eis necui dicant [vt ad fugiendā iactan
tiā z inanem gloriā nos instruat: vt eñ dicit
Chrisо. Chrisо. iustus cū laudat in facie: flagellatur
Justo mēte. Sed [illi] ceci illuminati [exeūtes] scilz
lauda- de domo [diffamauerūt eū] id est famā eiꝰ
tio fla- p miraculū factū diuulgauerūt [in tota ter-
gellū ē. ra illa] z publice nūciauerūt: z ppter memo
riā gratie nō potuerūt bñficiū tacere: sed nō
ingrati gratie dei facti sunt eiꝰ p̄cones z euā
Hiero. geliste. vñ Hiero. Dñs q̄dē ppter hūilitatez
fugiens iactantie gloriā hoc p̄ceperat: et illi
ppter memoriā gratie nō pñt tacere bñficiū.
Chrisо. vnde z Chrisꝰ. Si autem alteri videtur dicēs.
Gloria Uade z enarra gloriā dei: non est contrariū
dei non illi hoc sed vt valde conueniens. Erudit eñ
hois q̄- nos ipsos quidem de nobisipsis nihil dicere:
rendā. sed et eos qui volunt nos propter nos lauda
re prohibere. Si autem ad dei gloriā refert
nō solū nō prohibere: sed z inūgere hoc face
re. Ut eñ supradictū est solum prohibet dñs
publicari beneficia ad laudem humanā: sed
C nō ꝓhibet ꝫ enarrari ad dei gloriā. Ubi sciē
Precepti dum q; preceptum datur vel ad exequendū:
dādi tri vel ad probandum: vel ad instruendum. Pri
plex rō. mum obligat ad faciendum rē precepti. Se-
cundū ad sequendū voluntatem seu intentio
nem precipientis. Tertium ad discendū ali-
quid ex precepto: z hoc tertio modo [cōmina
tus est eis ne alicui dicerēt.] Unde non fuit
simpliciter inhibitio dicēdi: sed potius mora
lis instructio vt exēplo sui bona q̄ faciunt ho
mines velint latere: sed tñ vt ꝑsint alijs pro
dant inuiti: z iō isti nō sunt transgressi: quia
nō fecerūt contra intentionem precipientis.
Unde deus iussit taceri nō simpliciter: sed p
pter gloriam: sed taceri non potuit verū est
nō posse vtiliter propter aliorū salutē. Nam nō posse
vtiliter fieri dicitur scōm ius non posse fieri.
De hoc etiā habes supra de curatiōe leprosi.
Allego. CAllegorice vterq; populus cecus et sine lu
mine veritatis erat domino per hoc seculum
transeunte z nisi vterq; in domuum: id est in
sanctā ecclesiā veniat z verbo dei credat lu-
mē nō meret recipere. In ipa eñ ecclesia in
quā venit xps per carnē illuminantur ceci p
fidem xpi incarnati. vnde Remigiꝰ. Allego- Remig.
rice aūt p hos duos cecos duo ppli designā-
tur. i. iudaicus z gētilis. De vtroq; aūt ppło
in se credētes xps illuminauit in domo: per
quā intelligit ecclesia: q; absq; vnitate eccle
sie nullus saluari meret. Illi aūt qui credi-
derunt aduentū dñi p vniuersum orbē diffa
mauerūt. hec Remi. Spūaliter etiā duo ceci Moraliꝰ
sunt intellectꝰ et affectus: duo aūt sunt oculi oculi in-
intellectꝰ: dexter fides diuinitatis: siniſter fi tellectꝰ.
des humanitatis: duo sitꝰ sunt oculi affectꝰ
dexter amor bonitatis siue glorie diuine: si-
niſter timor iustitie vł gehēne. Et sic est qua D
drupleꝫ cecitas i quatuor oculis. Prima est er- Cecitas
ror circa diuinitatē: scōa est error circa hūa- quadru
nitatē. tertia est malignitas cōtēnens boni- plex.
tatē siue gloriā diuinā. quarta est p̄sumptuo
sitas nō videns gehennā z nō timēs iustitiā.
[Egressis aūt] de domo [illis] scz duobꝰ ce
cis iā illuminatis [obtulerūt ei] hoies illiꝰ
terre [hoiem mutū] et qđ peiꝰ est [habētem Muti de
demoniū] hic Chri. nō erat mutus a natura monia-
sz a demone insidiāte z linguā tenēte: z ideo curatio.
[eiecto] et expulso per dñm [demonio locu- Chrisо.
tus est] qz amoto impedimēto habuit loquē
di officiū sicut prius. In quo ſm Hylariū re Hylariꝰ
rū ordo seruatꝰ est: nā demoniū priꝰ eijcitur:
z tūc reliqua corpis officia succedūt. [Et mi
rate sunt turbe]. s. ex signoꝝ nouitate [dicē
tes. Nūq; appuit sic in israel]. i. talia mira
cula nō sunt visa iter iudeos. Ubi Chri. pre Chrisо.
ponebāt q̄dē ceteris eū: nō qz curabat solū:
sed qm facile z velociter z infinitas egritudi
nes z isanabiles sanabat. Pharisei aūt dice
bant in principe demoniorū eijcit demonia.
Quasi dicerēt: nō est hec ptās a se vel a deo
sed a diabolo. vbi Hiero. Quia virtutē nega Hieroꝝ
re nō possunt opꝰ calūniant. z Remig. Scri- Remig.
be nāq; z pharisei facta dñi negabāt q̄ pote Scriba-
rāt et q; non poterāt negare in siniſtrā partē rū malis
interptabant. Turbe nāq; i. deuoti z simpli tia.
ces opera dei cōfitebātur et cū dei reuerētia
z laude admirabātur: sz pharisei inuidi et
insidiātes expulsionē demonis principi de-
moniorū ascribebāt z opa dei calūniabātur.
Odiū eñ z inuidia faciūt interptari facta in Odium
deteriorē partē z peruerti iudicia. Pharisei phari-
aūt odiebāt xpm: qz acriter arguebat vitia seoꝝ.
eoꝝ: z iō miracula a xpo facta ꝑtute diuina
dicebāt eē facta arte magica: z eodē mō eie-
ctionē demonū factā p xpm dicebāt fieri vir
tute cuiusdā demonis supiorꝰ sibi familia- Beelze
ris z p̄uati quē vocabāt beelzebub cui iferio bub.
res demones obediebāt ad nutū de corpibꝰ
exeūdo. Sz istud inferiꝰ de alio demoniaco
rōnabiliter reprobat a xpo. Mistice aūt in
turbis confessio nationum in phariseis: insi-

delitas signat iudeorum. Et sicut in duobus cecis signatus est vterq; populus iudeorū et gentiū: ita in hoie muto et demoniaco generaliter signatum est omne genus humanum vnde predicatores obtulerunt dño hominez mutū. i. genus humanū mutū a confessione fidei demoniū habentez ydolatrie deditum. Sed [ejecto demonio] zydolatria relicta [locutus est mutus] z xpm confessus. Per istuz etiā mutū signat quilibet hō possessus a demone p peccatū mortale. et dicitur mutus qz loqui non potest meritorie: sed deo curand⁹ offertur qñ iusti pro eo deprecantur. et tunc demō ejcit qñ peccatū ipsius a deo p infusionē gratie relaxat: tuncq; soluit ei⁹ lingua ad dei p̄conia psoluēda. Qñ em̄ a demone p peccatū possidet ḡs si cōuertat z ad penitentiā redeat mox videbis mutū loq̄ntē deū laudātē seipsū accusantē z veritatē p̄dicantē. Phariseī aūt hoc demoniorū p̄ncipi attribuentes sunt hoies maligni bona aliorū deprauare z puertere studētes. Dñs aūt nō desistebat a p̄dicatione ppter illorū deprauationē docens nos accusatoribus nostris retribuere nō accusationes sed bñficia. vñ Chrisost. Voluit dñs ipso facto accusationē redarguere phariseorū dicentiū [in principe demoniorū ejcit demonia] demon em̄ cōuitiū passus nō benefacit sed nocet eis qui eū inhonorant: dñs autē cōtrariū facit q̄ post cōuitia z cōtumelias nō solū nō punit sed ēt nec increpauit quinimmo bñficia p̄stitit. Unde sequitur. [Et circuibat ie sus] hoc est ꝫ negligentes [oēs ciuitates et castella]. i. oia loca maiora z minora hoc est ꝫ locorū vel psonarū acceptores. vñ Theo. Non solum in ciuitatibus dñs predicabat sz etiā in castellis vt discamus parua loca non spernere neq; magnas semp querere ciuitates sz ꝫbū dei in vicis abiectis z vilib⁹ seminare. [Circuibat (inq;) docēs in synagogis eorū]. i. in locis cōmunib⁹ z debitis vbi erat cōuēi⁹ hoim: nō in latibulis sicut mos est hereticis [z p̄dicās euāgeliū regni]. i. legē nouā q̄ immediate ducit ad regnū qđ nō faciebat lex vet⁹ nō fabulosa inutilia vel curiosa [z curās oēm languorē] plixū q̄ sz nō sit multū vehemēs: grauat tñ ex diuturnitate [z omnē infirmitatē]. s. vehemētē q̄ grauat ex passionis acerbitate: vt nō p̄mone tm̄: sed z ope psuaderet. Ex quo patēt m⁹ta miracula hic in quodā gñali cōclusa ad confirmationē legis euāgelice a xpo facta. Hic em̄ ponūt miracula in gñali: qz euāgeliste nō poterāt oia facta xpi scribere in particulari. Nā vt dicit iohānes m⁹ta alia signa fecit ihesus q̄ nō sūt scripta in lib. hoc. Sicut em̄ in eccl'ia legit et dicit in martyrilogio z aliorū plurimorū sctō rū martyrū z cōfessorū atq; virginū. hac. s. de causa: qz karolus magnus fecit inquiri diligenter obitus z actus martyrū z aliorū sanctorū: z inuētū est q⁹ in dieb⁹ singulis occurrebāt plus q̄ trecēta festa: ppter qđ statutū ē vt in fine martyrilogij addat clausula predicta: vt saltē in gñali fiat memoria sctōz i die trāsit⁹ eoz: ita sil'r euāgeliste: qz nō poterāt oia miracula xpi in particulari scribere: iō frequēter multa cōcludūt in quadā gñalitate: sicut ptz hicz alibi in diuersis locis euāgelij. [Circuibat ḡ ihesus] nō ad deuorandū et p̄dendū: sz ad maxima beneficia eis afferendū: vnū quidē regni euangeliuz: aliud autē oīm egritudinū curationē: in quorū p̄mo salus aiarū: in scōo salus corpoz exprimit: z illos quos corpore sanabat extrinsec⁹ etiā mēte sanabat intrinsecus. Oīm qđē salutē affectabat et bonū cōe magis q̄ priuatū p̄curabat. Sed pchdolor hodie bonū priuatū magis q̄ cōe q̄rit: z p hoc in magna parte mundus destruit. Hoc aūt p̄cedit ex defectu charitatis q̄ non q̄rit q̄ sua sunt: sz q̄ alioz. vnde Chri. Hec est p̄fecta gratia charitatis qñ qs alijs festinat amplius vtilis z lucrosi⁹ esse q̄ sibi. Igit ad tā piū samaritanū: ad tā salutarem pastorē et medicū in oi necessitate semp est recurrēdū: z non solum animarū: sed corporū salus ab ipo solo est q̄rēda: z in eo tota spes nostra est ponēda: ipse em̄ meli⁹ nouit z cōsiderat qđ cuilibet expediat. vñ Aug. Bonū est vt de salute corpis nō satagas: nisi vt a deo illa petas. Si scit tibi p̄desse dabit illā Si nō tibi dederit: nō tibi p̄derat habere illā. Nouit de⁹ qđ expediat nobis. Jd agam⁹ vt sanū sit corpz nostrū a pctis. Et quādo forte flagellamur in corpore ip̄m deprecemur. Hec fratres ideo dixi ne qs q̄rat aliq̄d p̄ter auxiliū dei. hec Augu. Permittit qđē de⁹ tribulationes z tētationes aduenire z scit q̄ diu debeāt durare: ipse em̄ q̄ earū nouit p̄ncipiū z introitū: nouit etiā finē z exitū. Et ideo oia patienter feramus: z ad ipsum solum recurrētes oia sibi cōmittam⁹. vnde Chri. Orationibus cū diligētia intēdam⁹: z si nō acceperimus immorem⁹ vt accipiam⁹. Jdeo em̄ aliquādiu z annuere p̄cātib⁹ differt z tribulationes irruere p̄mittit: vt cōtinue ad ip̄m refugiamus: nec ab eo aliq̄n discedam⁹. Qz si quales in tribulatiōe sum⁹ tales essem⁹ etiā in requie nequaq; egerem⁹ afflictionib⁹ eruditi. Et quid dico de vobis. Et em̄ oēs q̄cūq; vnq; clariores induti sunt coronas a tribulationib⁹ z tentationib⁹ coronati sunt z famosi effecti. Que oia cognoscētes nō festinem⁹ in tpe inductionis mali: sed vnū solum erudiamur: vt viril'r cūcta tolerem⁹: nec de his q̄ nobis accidūt q̄stionē curiositatis moueam⁹. Scire em̄ qñ opz solui tribulationes p̄mittētis est eas aduenire: illatas aūt cū omni fere gr̄arū actiōe nostre est bone mētis opus. Quia si fiet oīa bona sequent. Ut igit hec z sequamur z p̄babiliores ħ z clariores illic

Pctōr cē setur de monia cus.

Chriso.

Parua loca nō spernenda.

Theo.

Languor Infirmitas.

Joh. xx.

Sctōrū numer⁹

Wundi peuntis causa.

Chriso. 1. Cor. x. z Lu. x. z Jo. x. z Lu. v.

Augu.

Exmat vj.

Chriso. F

Tribulatio coronat.

fiamus oñe quodcūq; supuenerit equo ao suscipiamus: gratias agētes ei qui sup oēs scit magis id qđ nobis expediat: z his q̄ genuerūt vehemētius nos diligēti z ad singula quecq; discrimina has vtrasq; excogitationes in nobisipsis cantātes iustitiā cōprimamus: glorificem⁹ autē in oibus deū p nobis cuncta facientē nobisq; oia prouidentē. Sic eñ facile z eas qui virtuti opponūtur expellemus insidias z immarcessibiles consequemur coronas. hec Chriso. ¶Oratio.

OOmine Jesu xp̄e lumen claritatis eterne illumina oculos meos interiores ne vnq; obdormiā in morte aie: vt p gr̄am illuminant⁹ oia q̄ agēda sunt videā z p eādē adiut⁹ adimplendum que videro cōualescā: ac inde tua bñficia enarrem ad tui gloriam z alior⁹ vtilitatē. Aperi etiā dñe os meū mutū peccata per infusionē gratie relaxādo et linguā meam ad tua preconia soluēdo: vt loquēdi gratia pcepta meipsum accusem: te deū laudē: p̄rimū edificem z predicem veritatem. Amen.

¶De missiōe ap̄lor⁹ ad p̄dicādū cum potestate curationū. Capi.lj.

A Mat. ix et.x. Mar.iij z Lu. ix



Chriso. Missio discipulorum opportuna.

¶Posita euāgelice legislatione p xp̄i p̄dicationē: z descripta eiusdē legis cōfirmatiōe: p miraculor⁹ operationē: nūc p̄fr ponitur p̄dicte legis p̄mulgatio p discipulorū missionē. vbi Chry. Attēde aūt oportunitatez missionis. Postq̄ eum viderunt mortuos suscitantē: mare increpantē: z cetera hmōi z sufficiēter virtutis eius demōstrationē susceperāt per verba et opera tūc eos emittit. Unde z glo. Nō ab initio misit illos: sz postq̄ viderūt paraliticos curatos z mortuos suscitatos. Quia q̄ multi iesum sequebātur: tum ppter predicationē audiendā: tum ppter infirmitatū curationē habēdā: iesus em̄ ita paup erat q̄ nec domicilū vbi caput reclinaret hēbat: set iō turbe sequētes eū fessi z vexati sub diuo sup terrā iacebant ppter qđ [videns] intuitu clementie [turbas] ad se ꝓgregatas viscera miserē cordie expādens circa ipsas [miser⁹] z compassus [est eis: q̄ erāt vexati] labore corporali z etiā spūali: scz corporū z peccatorum z abiecte [iacentes sicut oues pastorē] q̄ eos dirigeret [non habentes.] In quo pōtifices indeor⁹ redarguit qui magis lupi q̄ pastores erant. Unde Hieron. Uexatio gregis et ouium atq; turbarum: pastorum culpa z vitium magistrorum est. Sacerdotes em̄ z doctores illius tēporis, intenti auaritie nonya-

B Hiero. Pastor⁹ culpa.

cabāt debito modo eorum doctrine: sed erāt sicut lupi rapaces spoliantes populū bonis temporalibus per malum exemplum reuocantes a spiritualibus. Jesus vero tanq; pastor bonus pascebat eos continue verbo doctrine sue spiritualiter: z aliquādo etiā temporali subsidio corporaliter. Sicut autē tunc sic z hodie prochdolor multi qui pastores dicuntur: attamē ea que lupor⁹ sunt facere nō verētur. Non solū enim non emendant subditos: sed per negligentiā z mala exempla nocent eorum profectib⁹. Mittūt collectores decimarū z confiscatores rerū tpaliū: nō inq̄sitores hereticoz z emēdatores vitior⁹: et ideo tot z tāte hereses z sentes vitior⁹ in hortu ecclesie iā pullulāt z crescūt q̄ vix eradicari et exterminari possunt. Uexatio g̃ ouiū z negligētia pastorū fuit occasio mittēdi ap̄los ad predicādū pp̄o z sanādū infirmos: vt nō eēt necesse q̄ turbe currerēt post iesum tāto labore. Et q̄uis primo ap̄lis z postmodum septuaginta duob⁹ discipulis cū eos mitteret precepta q̄dā dñs dederit: tñ q̄ fere oia z his z illis z nō solū ipsis: sz z eorū successorib⁹ et imitatorib⁹ cōuenire videnť: ideo in sequētibus simul ordine congruēti ponunť. Cōsiderans itaq; iesus vexationē ouiū z negligentiam pastorū poterat dicere discipulis suis. [Messis quidē multa]. i. multitudo p̄parata ad hoc q̄ p fidē colligat z in horreū reponat. vñ z alibi dr. Leuate oculos vestros z videte regiōes: q̄ albe sunt ad messem. [Operarij aūt pauci]. i. doctores z p̄dicatores veri respectu tante multitudinis cōuertēde: q̄ adhuc nondum predicauerāt xp̄i discipuli. Messis est turba credētium in qua nūc sunt grana cū paleis. i. boni cū malis: sed in futura messione separabunť. dr em̄ vno modo messis collectio hoim ad fidē: alio modo collectio fideliū ad retributionē. Operarij sunt in ecclesia qui querūt opus nō otiū: onus nō honorē: alias nō decimas: p̄desse nō p̄eesse. Pauci aūt sunt operarij: sz m⁹lti ꝓductitij: pauci operarij: sed multi mercēnarij: pauci operarij salutē animarū querētes: sed multi q̄stuarij lucrū tpaliū sectātes. Et ideo rogandus est dñs vt operarios multiplicet et mittat eos: q̄ z si sunt q̄ bona audiant: desunt tñ q̄ dicāt. [Rogate ergo dñm messis] scz me qui ꝑm quod deus sum dominus messis [vt mittat operarios in messem suam] id est predicatores ad erudiendū populū: q̄ nullus fit aptus ad p̄dicationē verbi diuini nisi p gratiā dei z ab eo missus, imediate vel mediate. Ecce optima z necessaria oro quā quotidie debem⁹ deo facere: vt mittat inq̄t: nō vt ipsi se ingerāt sicut fures et latrones faciunt in messem suā. i. in salutē aiarū: ad hoc em̄ mittūtur: sz multi cōuertūt falcē suā in messem alienam. s. in tpalia ad q̄ nō dirigunť. Dñs

Jo. iiij. C

Messis allegoria.

Operarij.

Witti debent predicatores.

Rogarī vult de⁹ mittere ꝓponit: z tñ rogari vult: et hoc ꝓpter rogantiū excitandā charitatē z augendum meritū: quatenꝰ fideles sui non solū de opatione: verūetiā de affectu z volūtate remunerētur. Ex quo ptz ꝙ lz de⁹ velit aliq̄d facere: vult tñ q̄nq; ꝓ hoc a iustis exorari. [Et cōuocatis .xij. apl'is: dedit eis ptātem] eiciēdi spūs immūdos ab obsessis [z curandi oēm lāguorē] corpoꝝ [z infirmitatē] aiarū que quidē dñs facit potestatiue: sed discipuli fecerūt in eius noie. i. inuocatione z virtute. vñ Beda. Benignꝰ et clemēs dñs nō inuidet seruis atq; discipulis virtutes suas: z sicut ipse curauerat oēm languorē z oēm infirmitatē: apl'is q̄z suis dedit potestatē vt curēt oēm languorē z oēm infirmitatē. Sz multa distātia est inter habere z tribuere: dona rez accipe. Iste quodcūq; agit ptāte agit: illi si quid faciūt imbecillitatē suā z virtutem dñi cōfitenī dicētes. In noie iesu surge z ambula. hec Beda. Per istū numeꝝ apl'oꝝ duo denariū qui cōponīt ex denarioꝝ binario significaī ꝙ apl'i z eoꝝ successores debent ceteris implere decalogū legis z duo ꝑcepta charitatis. [Et misit illos binos] in signuꝝ charitatis q̄ requirīt in ꝓdicatorib⁹ z vt haberēt mutuo solatiū societatis: quia adhuc erāt infirmi: qñ aūt erant ꝑfecti: scz post pceptionē spūssctī misit eos simpliciter siue binos siue solos: qz tūc erāt spūsancto solidati. [Misit] inquā [illos predicare regnū dei] i. euāgeliū q̄ ꝓmittit regnū dei: z docet qualiter ad hoc iturz ꝓuenīt: quia per pniaz vel [ꝓdicare]. i. in sua ꝓdicatione penitētib⁹ ꝓ mittere regnū dei [et sanare infirmos] corporaliter et spūaliter. Hoc etiā quotidie facit ꝓdicatorib⁹ euāgelij si faciāt q̄ in se est: qz dat eis potestatē eiciēdi demones spūaliter de cordib⁹ hoīm z sanādi lāguores vitiorū. Instruxit etiā dñs apl'os quo ꝙerent et q̄d facerēt: quo vterenī z a quo abstinerēt: z a quib⁹ caueret et a quib⁹ nō timerēt. Sicut itaq; ex ꝑcedētibus z sequētib⁹ pōt intelligi nō nisi virtuosi sunt missi pauperes z expediti stabiles impigri z benigni: nō malis cōicātes nec cupidi dñt ꝓdicare regnū dei. [Misit] ꝫ [duodecim ꝑcipiēs eis et dicēs. In viā gētiū] scz q̄ ad gētes ducit [ne abieritz] vbi ꝓhibuit eis ne irēt ad ꝓdicādū gētib⁹ extra terrā ꝓmissiōis [et in ciuitates samaritanorū ne intraueritis] qui samaritani lz essent in terra ꝓmissionis: tñ erant partim gētiles z partim iudei: qz ceperūt libros moysi: z cū hoc seruierūt idolis. Ideo aūt apostoli fuerunt prohibiti predicare predictis gētibus: quia vsq; ad passionē christi nō erat magnū tempus: z conueniēs erat vt eius aduēt⁹ primo denūciaretur iudeis quib⁹ principaliter erat missus: z ideo ips q̄ erat vsq; ad passionem xp̄i futurū erat necessariū ad manifestandū iudeis per apostolos xp̄i aduētum. Et hoc est quod subditur [sed potiꝰ ite ad oues domus israel que perierunt] propter idolatrie peccatū et legis preuaricationem. Nō ergo negat quin aliquādo ituri sint ad gētes: sed potiꝰ z primo ad iudeos: ne iudei haberēt excusationē et causam nō recipiēdi dñm z euāgeliū: qz ad gentes misit apl'os dicētes se qui ꝓpriꝰ erāt esse reiectos. Vñ post resurrectionē ascēsurꝰ in celū dixit eis eūtes in mūdū vniuersum ꝓdicate euāgeliū omni creature. vbi Hiero. Nō est cōtrarius locus iste ei ꝓcepto quo postea ōr eūtes docete oēs qz hoc ante resurrectionē illud post resurrectionē ꝓceptū est: z oportebat prius aduentū xp̄i nūciare iudeis ne iusta haberent excusationē dicētes: ideo se dñm reiecisse: qz ad gētes z samaritanos apl'os miserit. vñz Greg. Redēptor noster priꝰ soli iudee voluit: z postmodū cūctis gētibus predicari: vtdum illa vocata ꝙerti renueret predicatores scti ad vocationē gētiū ꝓ ordinē venirēt: quatenꝰ redēptoris nri ꝓdicatiōe a ꝓpriis repulsa gentiles ꝓpl'os quasi extraneos q̄rerēt. hec Grego. ¶ Mistice in viā gētiū nō est adeundū. i. modus viuēdi eoꝝ nō est tenēdus z in ciuitates samaritanoꝝ ꝓ quas significanī cōuēticula hereticorū non est intrādū ꝓ cōsensum: sicut em samaritani. i. gentiles partim tenebāt vet⁹ testamētū: z partim negabāt: sic heretici partim ꝓfitenī fidē xp̄i z partiz negāt. Deinde ostēdit forma docēdi cū ōr. [Eūtes aūt ꝓdicate dicētes: qz appropinq̄bit regnuz celoꝝ]. q. d. Predicate quia prope est vt aperiaī ianua regni celestis. s. mea passiōe q̄ regnū ante xp̄i aduētū erat lōge: qz nullꝰ poterat illuc puenire. Hoc regnū diuersimode noīaī. Aliq̄n regnū dei a regnāte: aliq̄n aūt regnū celoꝝ o subditis angelis z sctis q̄ celi dicunī. Itē etiā qui ꝓpe est vt rex celorū regnet in hoībus sibi subditis in fidez hoībus obedientib⁹. Uel appropinquabit regnū celorū. i. xps qui est datoꝛ regni celorū. A predicatiōe igitur regni celorū incipit iohānes z xps z discipuli ei⁹. Et qz doctrina nō est efficax nisi assit ꝓbatio sequīt modus cōueniēs ad probandū veritatē huiꝰ doctrine. s. opera facta virtute diuina cū dicitur. [Infirmos] corpe vel mēte [curate mortuos] in corpe vel in aīa [suscitate leprosos] respsos maculis in corpe vel aīa [mūdate demones] ab obsessis crimina a pctōrib⁹ [eiçite] Hic ponunī quatuoꝛ gña miraculoꝝ ad ꝓdicatiōis cōfirmationē. Procedit autē ordo sm misteriū: qz infirmi sunt q̄ tētationib⁹ cōsentiūt: mortui sunt qui operanī et digna mortis opa faciūt leprosi sunt q̄ ꝙsuetudine se z alios inficiūt: demoniaci sunt q̄ cōtēnūt. Hec aūt ideo dñs cōcessit vt ipsa miraculorū operatio fidē ser moni eoꝝ faceret. vñ Hiero. Ne hoib⁹ rusti-

Beda. Miracula discipuloꝝ.

Duodenarius apl'oruz numer⁹ Mat. vi z Lu. x.

Missorū qualitates.

Samaritani.

Qñ gētibus ꝓdicare cōpetit.

Mar. vltimo. Hiero.

Grego.

Mistice

Regni celorum noia.

Miracula .iiij. gña apostolis cōcessa.

Cause miraculoꝝ cessaī.

Hiero.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

canis: absq; eloquij venustate indoctis: illiteratis pollicentibus regna celorū nemo crederet dat ptātē miracula faciendi: vt magnitudinē pmissorū ꝓbet magnitudo signoꝝ. vñ
Grego. ꝛ Grego. adiuncta sunt aūt p̄dicatorib⁹ sctis miracula vt fidē verbis daret ꝰtus ostēsa et noua facerēt q̄ noua p̄dicarēt. Et iterū. Hec aūt signa in exordio eccl'ie necessaria fuerūt vt em̄ fides cresceret credētiū miraculis erat
Chryso. nutrīēda. ꝛ Chri. Postea aūt steterūt reuerētia fideiꝫbiq; plantata. Si aūt ꝛ postea facta sunt pauca ꝛ rara fuerūt. Deide excludēs ab eis cupiditatē subiungit. [Gratis] ꝛ sine precio [accepistis: ptātē miracula faciēdi gr̄am
Gratis date. p̄dicādi ꝛ ministeriū] sacramēta dispēsandi ꝛ dona alia a deo vobis collata [gratis] ꝛ sine p̄cio [date] alijs eodē mō̄ḳ accepistis ne dꝫ sinat eē gr̄a sz merces videat: ne vilescat inestimabile dū p̄ciabile reputat. Quasi dicat
Hiero. Chryso. ꝰz Hiero. Ego magister ꝛ dñs absq; p̄cio hec tribui ergo ꝛ vos sine p̄cio date. vñ ꝛ Chryso. Ne videat eorū beneficiū superbiā eorū cōprimit dicēs: gratis accepistis ꝛ ab amore pecuniarū eos mūdos ꝓparat dicēs: gratis date. Et iterū. Quasi dicat. Nihil vos de vestro largimini suscipiētib⁹: neq; ei mercede ꝟ accepistis: neq; laborātes in ea ē gr̄a. gratis ei accepistis ita igit alijs date: neq; em̄ est cōdignū p̄ciū eoꝝ inuenire. hec Chri. Hec audiāt
¶ Contra symoniacos. symoniaci hoc audiāt illi q̄ spiritalia vēdere vel emere nō formidāt. Pro spiritalib⁹ ei actibus vt ꝓ administratione sacramētorū ꝛ predicatione vel miraculoꝝ opatione ꝛ cōsimilibus nō dꝫ aliquid q̄si p̄ciū accipi: qr nō est p̄ciū eorū dignū inuenire. Deinde ab omni eos liberat solicitudine vt vacationē omnē tribuat ꝟbo dei ꝛ tota solicitudo eorū cōgregata cōuertat ad predicationē euangelij di. Nihil tuleritis in via [eūtes ad predicādū] neq; aurū: neq; argētū: neq; pecuniā aliquā in zonis ꝛ bursis [vestris] ad prouidendū. s. vobis in via de necessarijs [neq; sacculū neq; peram]. i. repositoriū ciborū ad portandum in via [neq; panē] qui magis videt necessarius inter alia ꝛ multo minus cibaria delica
Contra pōposos monachos. ta. [Neq; duas tunicas]. i. vestes supfluas [habeatis] quotquot em̄ sunt necessarie ꝓ vna reputant [neq; calciamenta]. s. integra qr apostoli sandalijs vtebant. [Neq; ꝟgā] que. s. itinerarijs p̄bet auxiliū. Qui em̄ dñi ꝰz auxiliū cur baculi vel alterius rei q̄rat p̄sidiū? Sed si ꝓhibet virgā ꝛ quedā alia q̄ vident necessaria quid de equis ꝛ equoꝝ phaleris vel ceteris supfluis? Ubi ois cupiditas ꝛ auaricie occasio ꝛ solicitudo tēporaliū tollitur: omne supfluū amputat ꝛ sola necessaria concedunt. Denicq; expedit via ꝛ fugit timor crescit securitas. vñ nō imerito poeta Iuue.
Saty.x. ait:. Cantabit vacuus coram latrone viator. Hoc ergo totū dicit ad excludendū a predicatione verbi diuini solicitudinē temporaliū. Tpaliū temporalia em̄ in sui acquisitione molestāt solicitudo pscrieū: qr iam sunt quasi mēbra ipi habēti incorporata: et ideo magis trahunt aīm hois ad inordinatā dilectionem sui: ꝛ qr hoc suffocat verbū dei: ideo non debet esse in predicatoribus euāgelij. Igit vt dicit Grego. tanta pre
Grego. dicatori debet in deo esse fiducia: vt pūtis vite sumptus: q̄uis nō prouideat: tū sibi hos nō defecturos certissime sciat: nedū mēs eius occupatur ad tēporalia min⁹ alijs ꝓuideat eterna. Et ꝓm Greg. nazāzenū. Hoc summa
Grego. nazāze nus. est: vt adeo virtuosi existāt q̄ nō min⁹ ꝓpter vite modū q̄ ꝓpter eoꝝ verbū euangelū ꝓficiat. vnde ꝛ ꝓm Chrysost. hoc etiam eis dñs
Chryso. precepit: vt per habitū ostēderent quantū a diuitiarū desiderio distabāt. Et ꝓm Theo-
Theophilus. philū vt videtes eos p̄dicare pauptatē acq̄scāt cū apli nihil habēt: ita aūt exp̄sse prohibuit possessionē tēporaliū: qr sic oportebat in primitiua ecclesia: vt ostēderēt omnia gubernari dispensatione diuina: et ostenderet virtus fidei ꝓtra errores hominū qui cursu siderum vel fortuna credebāt agi oia: ꝛ hoc adhuc competit apostolicis viris apl'oꝝ successorib⁹. Quidā tū sunt q̄ potestati nō paup
S Rōnes paupertatis p̄dicatoꝝ alij seruare teneant tati succedere volunt: cum tamē nō potestati: sed paupertati regnū celoꝝ sit ꝓmissum. Tres ḡ sunt rōnes quare hoc p̄cepit. prima ne sint quasi cupidi ꝛ ambitiosi. scōa ne sint soliciti quasi pusillanimes. tertia vt mitten tes virtutē ostēderet q̄n nihil eis deest. Si q̄ritur an alij ad hoc obligātur dicēdū q̄ cōsiliū est nō p̄ceptū Sz certe nō auderet aliqs vtiler sanū ꝓsiliū repellere in facie ei⁹ quāto magis illud qō dedit magni ꝓsilij angelus. Et q̄cūq; huic cōsilio fiducialiter adhereret non dubiū quin de⁹ sufficiēter sibi ꝓuideret. Quādo em̄ missi fuerunt apostoli ad predicādū sine sacculo ꝛ prouisiōe aliqua necessaria: fuit diuinit⁹ eis laute ꝓuisum: qr nihil eis defuit: q̄n ꝟo relaxatū fuit illis ꝓuidere sibi de necessarijs in via passi sunt penurias m'tas postea. Hoc aūt fecit de⁹ ad dādū fiduciā pauperib⁹ p̄dicatoribus ad exequendū cōstāter predicandi officiū. Ubi nota pulchrū de duob⁹ religiosis vltra mare ad terrā sanctā profectis exēplū. Cū em̄ vltra mare ꝛ redeūdo circa mare adhuc inter ignotos eēnt
Religiosi peregrini. semp in deo solo spem habebāt: ꝛ nihil de necessarijs eis deficiebat. Cū aut̄ peruenissent ad dulce natale solū dixit vn⁹ inter eos ad alterum. Mō̄ pericula euasim⁹: qr iam in terra nostra ꝛ inter notos sumus. Et cū sic ponerent spez in hoie inceperūt in necessarijs deficere ꝛ maiorē passi sunt penuriā q̄ ante. ¶ Et qr quodā mō nudos ꝛ expeditos ad predicandū discipulos dñs miserat seueritatē precepti in sequēti sentētia tēperauit dicēs.

Victo⁹ a pdicato ribus ac cipiēd⁹. ſ. cor. ix

[Dignus eſt em̄ operarius]. i. predicator qui operat opus dei ad vtilitatem proximi [cibo ſuo]. i. neceſſarijs ad vitā: quia in cibo intelligit etiā veſtimentū z domiciliū ſine quibus decenter nō viuit genus humanū. Quaſi diceret. Tātū accipite quātū in victu z veſtitu vobis neceſſariū eſt. Uñ z apoſtol⁹ replicat.

ſ. cor. ix. ſ. tim. vj

Ordinauit deus his q̄ euangeliū annunciāt de euangelio viuere. Et iterū habētes victū et veſtitū his contēti ſimus. Hinc eſt q⁹ diaconus p̄ceditia preſbytero quaſi miſſus a domino ad predicandū euangeliū: cui ſubdiaconus fert puluinar quo liber ſuſtentat: q⁹ alij debēt predicatorē ſuſtentare. Dignus eſt em̄ operarius mercede ſua: nō ſolum eterna que debet in patria ad remunerationē: ſed etiā tēporali que debet in via ad ſuſtentationem. ſ. conuenienti victu ac veſtitu et domicilio hic eſt duplex honor quo digni ſunt qui bene preſunt. Nam ſm Grego. Merces predicationis hic inchoatur z in celo perficitur: quia vni noſtro operi due mercedes debent. vna in via que nos in labore ſuſtentat: alia in patria q̄ nos in reſurrectione remunerat. Ergo qui nō operat nec laborat: nō mandu cet nec mercedē exigat. Ecce quare precepit eis nihil ferre: q⁹ omnia debentur eis pro labore. De iure em̄ naturali ē z diuino: ac etiā hūano: vt illis qui ſeruiūt cōmunitati in ſpiritualibus. ſ. in diuino cultu z doctrina p̄uideant a cōmunitate in tēporalibus neceſſaria. Nō ergo p̄hibuit eis ferre neceſſaria ad ſuſtētationē huius vite: ſed vt demonſtraret hec eis deberi ab illis quib⁹ predicarēt: nec oīno z ſimpliciter precepit eis illa: ſed magis ad reuocandū eor̄ affectū ab inordinato amore tēporaliū vt nō q̄rerent ſuperflua ſed eis ſufficerent neceſſaria q̄ in eis nō defectura dñs ordinauit dādo eis poteſtatem ſumēdi ea ab his quibus euāgeliz abant: z ſic carnalia meterent qui ſpiritualia ſeminabant.

Grego. Predicatorum merces

Uiuere de ſuo licet p̄dicantib⁹. Augu.

Nec tñ inobediētes ſunt qui de ſuo iure credunt. vñ Augu. Apparet autē hec nō ita precepiſſe dñm: tanc̄ euangeliſte viuere aliūde nō debeant c̄ eis prebentibus quibus annūciant euāgeliū. Alioquin cōtra hoc preceptū feciſſet apoſtolus qui victum de manuū ſuarum laboribus tranſigebat: ne cuic̄ grauis eſſet ſed poteſtatē dediſſe apoſtolis i qua ſciret ſibi iſta deberi. Cū em̄ a dño aliquid imperat niſi fiat inobedientie culpa eſt. Cū aūt ptās datur licet cuic̄ nō vti: z tāc̄ de ſuo iure credere. hec Augu. Et nota ſm Chriſo. q⁹ Matheus z lucas nō calciamenta: nec̄ baculum portare pmittit quod oñdit pfectiſſimū eſſe. Marcus v̄o iubet baculū aſſumere z ſandalijs calciari q̄ dictū eſt pmiſſiue. Unde z illud de duabus tunicis nō portādis exponit Hiero. nō ad literā: ſed q⁹ vna tunica dicat veſtimentū neceſſariū: ſecūda ſupfluū: ne alio veſtiti aliud nobis futurorum timore ſeruemus. Sed ſi non ꝓpter timorē multo minus ꝓpter oſtentationē. In quo cōprehendūtur qui partes veſtiunt z archas implent: et qui equos mutatorijs veſtimētorum onerant. Unde z Augu. hoc de duab⁹ tunicis intelligendū eſt: ne quiſc̄ eorum preter eā quā eſſet indutus aliā portandā putaret ſolicitus ne op⁹ eſſet cū illa poteſtate poſſet accipere. In Matheo etiā z in Marco virga accipitur equiuoce. In Matheo em̄ accipitur nō ꝓ metaphorice. vt ſit ſenſus nec̄ virgaz: id eſt tanda. nec minimas res. Uel non innitamini ſubſidio tēporali ſicut corp⁹ innitit baculo ſuſtentāti z ſimilib⁹. In Marco aūt vbi dicitur: niſi virgā tm̄ accipitur ad literam: per quā tamen intelligitur poteſtas accipiēdi ſumpt⁹ qua vti potuerūt vel nō vti ſm q⁹ voluerint. Unde doctores hebreoz̄ in ſignū doctrine virgam in manu portabāt: q⁹ apud iudeos ſuetum erat prouideri eis de victu a populo quē docebāt: ideo xp̄s voluit q⁹ hoc eis pro alia p̄miſſione ſufficeret. ꝓ hoc em̄ oſtēdebat q⁹ populus cui p̄dicabāt p̄uidere eis debebat. Igitur nō prohibet dñs neceſſitatē: ſed ſuperfluitatē z prohibet euangeliū annunciantib⁹ nimiā curam z ſolicitudinē de temporalibus ne velint portare vltra neceſſaria aliud timētes q⁹ ſibi deficiat. ¶ Item vt ſub quāta feſtinatione ad predicādū ꝑgere debeant oſtēdatur. adiū xit. [Et neminē p viā ſalutaueritis.] Nō ſimpliciter ſalutationē p̄hibuit: ſed cū mora confabulatione hāc fieri noluit: ne occaſione ſalutationis impedirentur a curſu predicatiōis quo minus cito ſalutē predicarēt auditoribus. Uel p̄hibuit ne ſalutarēt: ſcz ex curioſitate ſicut quidā faciūt qui nō ex ſtudio ſalutē optandi ſalutare cōſueuerūt: ſed nō p̄hibuit hoc fieri ex charitate: z ad ꝓſulendū ac ſtudio optādi ſalutē. Ubi oſtēdit quāta diligētia z feſtinatiōe predicator verbi diuini dz officiuz ſibi iniunctū exercere: quia non debet ab officio hmōi ꝓpter familiaritatē cuz aliquo retardari. Et ideo predicator multū dz plangere tp̄s quo pretermittit fructū predicationis: et ſic aliq⁹ debēt plāgere tp̄s quo pretermittūt ſpūalia exercitia ad eor̄ ſtatū pertinētia. Item oīz eis aperiens domos de neceſſario cibo fecit eos conſidere dicēs. [In quācūc̄ aūt ciuitatē aut caſtellū]. i. i q̄cūc̄ loca maiora vel minora [intraueritis interrogate q̄s in ea dignus ſit]. i. fidelis z bone fame z nō ſuſpect⁹ ipſe vel loc⁹ eius ne infamia ſuſcipiētis fama z dignitas p̄dicatorū maculet z eor̄ predicatio z doctrina deturpetur ac tanc̄ ſuſpecta impediat. Ubi Hiero. Teſtimonio vicinoꝝ z per famā eligendus eſt hoſpes: ne ei⁹ infamia p̄dicatio ledat. Ergo multo magis eligendus eſt dignus. Item hoc dicit

Ptāte nōvti lz. Chriſo.

Tunice due. Hiero.

Salutare invia phibet.

Hiero. Hoſpes eligendus.

vt sciat hospes se magis gratiā accipe ꝗ̄ da re. [Et in quācūq; domū intraueritis] causa hospitādi [in eadē manete] nō sine honesta causa inde exeundo: nec curiose z inutiliter discurrendo [donec exeatis] trāsituri. s. alio ad predicandū. Nō est tñ intelligēdū. q; per hoc velit excludere causas honestas exeūdi vt ad docendū vel aliquid hmōi faciendū: cū ꝓpter hoc intrauerint ciuitatē vel castellū: sz ꝓ hoc vult discursus vagos excludere qui nō debēt esse in p̄dicatore: sz magis cessante necessitate exeundi oz vacare cōtēplationi: vt ibi hauriat qō populo postea effundat.

Discurs⁹ vagi phibent

2 Sobrietatē z tē perātiā p̄cipit

¶ Itē hortat eos ad tēperantiā dicēs [edentes z bibentes q̄ apud illos sunt]. i. nō q̄rentes nec q̄rī facientes extra domū delicata et superflua q̄ apud illos nō sunt: sed manducate q̄ vobis sponte apponunt z offerunt ab illis ꝗ̄uis modica sint z vilia nō q̄rētes lautiora vel plura etiā si apud illos sunt talia: z certe ꝗ̄to pauciorib⁹ z vilioꝛib⁹ vtunt tanto ampli⁹ implent qō hic oꝛ Dignū est vt ibi maneant z ab eis cōsequant terrena quib⁹ offerūt celestia [dign⁹ est em̄ operari⁹ mercede sua] nō solū eterna i patria ad remunerationē: sz etiā tēporali in via ad sustētationē. Itē iubet ne de domo ad domū quadā vaga facilitate de migrent z hospitē ꝓpter lautiora habenda nō mutēt quē etiā ex hoc infamare possent.

Hospes non mutandus

Chrisо.

Chrisо. Ut̄ iubet hoc iō ꝑm Chri. ne leues z vagabūdi discursores videant z gulosi q̄b⁹ nō sufficit vni⁹ hospitis victꝰ necessarī⁹: z ne cōtēnere z iniuriari seu cōtristari viderent suscipientē vt ingrati. Duo ꝙ hic mādant vnū de electione hospitij: aliud de imꝑmutatiōe electi: nec oꝛ hic quin liceat p̄dicatori aliq̄n mutare hospitiū: vel cū alijs comedere maxime vt non ḡuet hospitē suū: dū tñ ad dignos diuertat et honestos: sz phibuit dñs mutationē hospitij trip̄lici. vna est vitatio leuitatis q̄ nullo mō oꝛ apparere in predicatore: alia suspitionis gulositatis: q; hoies cōsueuerūt nouos hospites lauti⁹ ꝓcurare: tertia declinatio infamie hospitis: q; si dimitteret videret idign⁹.

M Hospitij non mutandi rōnes.

Itē iubet vt cū bñdictiōe intrēt domū dicēs. [Intrātes aūt in domū salutate eā]. s. familiā. s. hoies habitantes in ea: vt sit lata relatio. s. añcedens ꝓ cōtinente z relatiuū ꝓ contentis [dicentes: pax huic domui]. i. familie vt qui cibū z necessaria recipiunt salutē z pacis bñficiū largiant. Qꝛ p̄dicator oz habitantibus in domo quā intrat pacē offerre z optare: z nō solū optare: sed etiā euāgeliū xp̄i qō est euangeliū vere pacis p̄dicare z eos ad pacem iternā z fraternā inducere: ac salutē habitātū bonis ꝟbis z exēplis ꝓcurare: vt appareat eos legatione fungi ꝓ xp̄o ihesu q̄ est vera pax z salus oīm. Ob hoc solū vicarijs

N Paruo dis ab

apostolor. s. epis p̄cipuis ecclesie sponsis: sz i p̄ncipio misse: salutare populū z dicere pax vobis. Pax pctōrū: pax temporis tandē: pax ep̄is in eternitatis. Fit ergo introitus cū optatione p̄ncipio salutis: salus cū optatione pacis: z hec duo misse di sunt optanda hospitibus: salus in amotione malor: pax in adeptione bonorū salus ꝺ̄ piculū dānatiōis: pax quantū ad bonū recō ciliationis. Hunc aūt modū intrandi z salutandi dñs dedit: vt ex hoc ostēderet ad q̄d veniret pacē. s. facere: bella sedare: p̄dicatores nō de nugis: sed de salute aiarū loqui debere [z si fuerit domus illa digna] recipiendi pacē oblatā. i. si fuerit ei⁹ familia ad vitam eternā p̄destinata: z ibi fuerit fili⁹ pacis. i. amator vel obseruator vel heres pacis ad pacē eternā oꝛdinat⁹ [veniet] z reqescet [super illā pax vestra] a vobis nunciata z eis optata q; oꝛo vestra z p̄dicatio habebit ibi effectum recipientq; pacifice vestrā. doctrinā z sequētā ꝙ ꝓuocat ad pacē eternā. [Si aūt nō fuerit digna]. i. ad vitā eternā nō oꝛdinata z nullus doctrinā vestrā receperit z secutus fuerit vos tñ nō eritis sine fructu nec ꝓ uati merito vestro: q; [pax vestra]. i. meritum z merces optate pacis: ad vos reuertet. nā vobis a deo recōpēsabit z ꝗ̄uis nō habeat ꝗ̄tū ad ipsos effectū: vos tñ hēbitis mercedem inde apud deū a quo ꝓ labore vestri opis reddet vobis p̄miū. [Et q̄cūq; nō receperit vos] hospitio necessaria vobis ministrādo: neq; audierint sermones vestros: vestris monitis obtēperādo: exeūtes de domo vel ciuitate illa excutite puluerē pedū vestrorū i testimoniū illis: siue signū. s. triplex q; iudei signa q̄rūt z mos fuit iudeorū typicis z figuratiuis vti opib⁹. Primū vt dicit Hiero. in testimoniū laboris sui: s. q; ingressi sunt ciuitatē z p̄dicatio ad illos p uenit. [Excutite ergo puluerem]. i. minima itineris z laboris que pro illis sustinuistis exponite z erit eis occasio maioris dānationis. Secūm signū est: q; puluis in pedibus signū est laboris: excussio puluer is inutilitatē signi ficat laboris: inutilia em̄ excuti solēt z abijci. Excutiendo ergo puluerē ostendūt q; inani ter laborauerunt: z iō inexcusabiles erūt nec iniuste dānabunt qui salutē sibi oblatā recipere noluerūt. Tertiū signū est: vt ostēderēt se ab eis nihil terrenum querere: nec etiam minimū de terrenis opib⁹ accipe: vt nec etiā puluerē de terra sua sibi paterent adherere cū incorrecti fuerint z euangeliū spreuerint. Ergo nihil vnq; nec ēt necessaria accipiāt ab incorrectis z a cōtēptoꝛib⁹ euāgelij z idignis. Vel [excutite puluerē pedū]. i. leuia pctā q̄ solēt ex talib⁹ accidere etiā in hoib⁹ ꝓfectis.

Signū triplex. Hiero. Puluer is excussio.

¶ Moraliter pedes iubent excuti in signū excussionis terreni appetit⁹ vel hūane laudis. Prohibent. q̄ in p̄dicatoꝛib⁹ z ꝓlatis sarcinaꝝ multiplicitas: victꝰ curiositas: tpaliū cupiditas: vestiū superfluitas: instabilitas: z malorū cōicabilitas. Et ne leuis culpa videat aplos

Moraliter

nō recipere subdit. [Amen dico vobis tolerabilius erit terre sodomorū et gomorreorū in die iudicij ꝙ illi ciuitati]. i. habitatoribꝰ illiꝰ ciuitatis q̄ spreuit vos z sermones vestros.

Hiero. Huius rō est ꝑm Hiero. qz illis nō fuit ꝑdicatū: huic aūt cū ꝑdicatū sit nō recipit euāgeliū

Raba. z ꝑm Raba. qz illi solū legē nature trāsgressi sunt: sz isti ēt legē scriptā z dicta ꝓphetarū z apostolorū. Non fit cōparatio horū ꝙtū ad

O grauitas pcti ꝑdicato rē repudiantis pctm̄ carnale quo sodomite grauius peccabant: sed ꝙtū ad pctm̄ inhospitalitatis quo isti magis peccabāt: qz de illis ōrq egeno manū nō porrigebāt: sz isti tātos post auditā veritatē repellebāt: z nō est dubiū q grauiꝰ peccatū est negare victū seminātibꝰ spūalia quibus tenent̄ hoies de iure naturali diuino et hūano ꝙ manū nō porrigere egeno simplici spūalia nō seminānti. Cui em̄ multū datū est

Beda. multū q̄r̄et ab eo. vñ Beda. Sodomite z si in hospitales fuerint inter cetera carnis alieq̄ flagitia: nulli tñ apud eos tales hospites q̄les apostoli repti sunt: et loth quidē aspectu z auditu iustus erat nō tñ ibi aliq̄d docuisse aut signa fecisse phibeť. Vñ z Remi. Spāl'r

Remig. Sodomitici criminis detestatio. tñ sodomorū z gomorreorū mentionē facit: vt p hoc demōstret qz illa pctā sunt deo magis odibilia q̄ fiunt ꝫ naturā: p quibꝰ delet⁹ est mundus aquis diluuij z q̄tuor ciuitates submerse z mūdꝰ quotidie diuersis malis affligit. Vñ ꝑm Hiero. videns dñs hoc pctm̄ i carne pene desijt incarnari: qz naturā quā assūptur⁹ erat corruperāt. Sūma ei mūdicia talē

Hiero. Eiusdē abominatio. summā immūdiciā maxime abominat̄: z sustinere nō pōt. Vñ etiā dicit Augu. Qui aūt

Augu. faciendo qđ malū est: etiā mala cōsuetudine se implicant: vt ipsa cōsuetudo mali non eos sinat videre: qz malū est: fiunt defensores malorū factorū suoꝝ: irascunt̄ cū reprehēdunt̄: intantū vt sodomite quōdā dicerēt loth reprehendēti nequissimā volūtatē: habitare veni

Se. rix. stiꝫ nō leges dare. Tāta em̄ ibi nephāde turpitudinis ꝓsuetudo erat: vt iā nequitia esset iusticia z phibitor potiꝰ reprehēderet ꝙ fa-

Eiusdē punitio ctor. hec Aug. Quā grauiter aūt hoc pctm̄ deꝰ punierit testat̄ mare mortuū siue diaboli: vere mortuū: qz nil viuū recipit: z diaboli: quia instinctu eiꝰ q̄tuor ciuitates igne sulphureo

Mare maledictum. ꝓcremate i illud submerse sūt. Vñ mare maledictū ēt appellat̄ semp fumās z tenebrosuꝫ de vaporibꝰ q̄si sit iferni caminꝰ. Est vltra hierico nō lōge positū: diuiditq̄ iudeā z arabiā z hz i latitudie septē leucas. Et lz q̄nq̄ ciuitates fuerit dēstructe ꝓpt̄ hꝰ pctm̄ tñ due notant̄ tm̄: qz maiores z famosiores erant in multitudine populi et turpitudine pcti. ¶ Oro.

Omie iesu xp̄e qui discipulos tuos ad ꝑdicandum mittens dediſti eis potestatē curandi: ac precepta viuēdi z cōuersandi: dirige pedes meos in viā pacis z da mihi salutē mentis z corporis: vt habeā in opibus iusticiā: in moribus disciplinā z in omnibus tuū timorē z amorē: mortifica in me oīa vitia: meq̄ tuis donis interius z exterius restaura: vt ea que discipulis tuis precepisti pro modulo meo merear imitari: z cum ipsis eterna gloria de tua misericordia munerari. Amen.

¶ De patiētia in aduersis habenda. Capitu. lij.



Et quia omnem solicitudinē discipulorū abtecit et eos signorū ostensione armauit ac ferreos q̄sdam operatus est z fecit ab omnibꝰ huiꝰ vite negocijs eos eruēs z ab omni tēporanea solicitudine liberans: nunc post ꝓspera dicit etiā illa q̄ debent eis cōtingere mala ad ꝓliandū cōtra mundū z diabolū eos preparans: z ad patiētiam cōtra aduersa toleranda instruens: qz vt dicit Seneca. cuius dolori est remediū patientia. Et hec precipue discipulis erat necessaria. qui em̄ (vt dicit Grego.) locū ꝑdicationis suscipit mala inferre nō dz: sz tolerare: vt ex ipsa sua mansuetudine irā seuientium mitiget: z peccatorum vulnera in alijs ipse afflictionibus vulneratus sanet. dicite ergo. [Ite] scilicet ad predicationis officiū [ecce ego] dominus z magister vester qui vos elegi: vos docui: ego dñs omnipotens qui vos armaui: ego cui nemo resistere valet: ego in quā q̄ dñs sum messis [mitto vos] hoies electos doctores istructos: milites armatos: medicos: peritos [sicut oues]. i. simplices z innocentes p arma vos nō defendentes: vt lacte doctrine alios nutriatis: exemplo mansuete cōuersationis attrahatis: pro eis etiā corpora exponatis [in medio lupoꝝ]. i. scribarū z phariseorū z aliorū crudeliū psecutorū z detractoꝝ qui dicūtur lupi ꝓpter rapacitatem: crudelitatē z dissimulationē. q. d. Sicut mansueti inter crudeles ad patiendū itis: patientiā z innocentiā custodite. Non vos defendatis: qz oues estis: seuiāt illi q̄ lupi sūt. ¶ Mirabilis venator est dñs q̄ p agnos siue oues capit z devincit lupos p patientiā vincit potentiā. Et bene dicit [in medio lupoꝝ] vt patientia sit quasi centrū ad oēm iniuriā circūdātē. Item [in medio] per cōmunē omnium cōuersationē: ac propter ouiū vnitatē in fide z lupoꝝ pluralitatē in errorib⁹. Et hec vnitas maxime facit vincere: qz vt dicit Ambro. ois pugna vnanimiter aggressa parit victoriā. Dicit aūt. [Ecce ego mitto vos] vt dum mittentis ptās cōsiderat̄ periculi magnitudo nō timeat̄. vnde Chriso. Que igit̄ horum erat consolatio? Mittentis virtus. Ideoq̄

A Mat. x.

Patientia ꝑdicanti necessaria Grego.

Venator mirabilis dñs.

Ambro.

Mittentis virtus Chriso.

hoc ante oia posuit dicens ecce ego mitto vos
Sufficit hoc ad cōfitēdū z nullum formidan
dum superuenientiū: vides auctoritatē vides
potestatē: vides virtutē inexpugnabilē. hec
Chrisо. Mittit dominꝰ discipulos sicut oues
inter lupos: sed heu hodie multi prelati sunt
inter suos sicut lupi inter oues. [Estote er-
go prudentes sicut serpentes] ꝓtra scribarū
astutiā z fallaciam: scz ad intelligendas z ca
uēdas fraudes z insidias (z simplices sicut co
lūbe) ꝫ tyrannoꝝ crudelitatē z maliciam scz
ad sustinēdas z ignoscēdas lesiones z iniu-
rias. Prudētia ē necessaria in ꝑcauēdis ma
lis: simplicitas in faciēdis bonis. q.d. Sicut
serpētes residuū corporis ꝑ capitis periculo
exponūt z caput in quo vita est toto corpe oc-
cultando custodiunt z letale vulnꝰ excludūt:
ita z vos totius corporis periculo caput vr̄m
id est me ac fidē z animā integre z incorrupte
seruate z custodite: z sicut colūbe sine felle z
amaritudine malicie sunt z nulli malū faci-
unt: ita z vos innocētiā custodiēdo malū iferre vel referre alīs nolite: vt ꝑ prudētiā ma
lum deuitetis z ꝑ simplicitatē nulli malū fa
ciatis. Pōt etiā prudētia serpentis cōsidera
rium tribꝰ: veterē enim pellē ad arctū foramen
deponit. Corpus ꝑ capitis salute exponit: z
cū sit frigide nature solez diligit. Pellis depo
sitio ptinet ad incipiētes q̄ debent deponere
ꝑm ꝓsentiā cōuersationē veterē hoiem cū acti
bus suis. Corporis expositio ꝑ capite ad ꝑ-
ficientes pertinet q̄ ꝑ mente defendēda q̄ est
caput hois totū hominē morti tradūt. Solis
dilectio ptinet ad ꝓfectos q̄ insistūt diuine cō-
templationi: qua z illuminātur z inflāmātur:
sic enī serpens ꝑpter duo diligit solē: ꝑpter
calorē quo natura figurat: z ꝑpter lucē qua
illuminat: qz cū senescit amittit visum ꝫ ad
radios solis directe oculos opponēs recipit
eum. In hīs tribꝰ nos dñs voluit assimilari
prudentie serpentis: ꝫ nō in venenata cōple
xione: nō in lingue partitione: non in anfra
ctuosa deambulatiōe. Simplicitas similiter
colūbina debet esse in tribus: scz cognitiōis
in iudicādo habet enī blandos oculos: z dul
cem aspectū affectiōis in diligēdo figit enī i
amore ad genus suū vñ z frequentat osculū
intentiōis in operādo residet enim sup fluen
ta aquarū vt accipitris insidias caueat ꝑ vm
bram. Et ꝑm Remigiū bñ adiungit prudētie
simplicitatē. Quia simplicitas absq; prudē
tia facile decipi pōt: z prudētia periculosa est
ad decipiendū nisi simpliciter tēperet. Unde pa
tet q̄ astutia vulpina vituperabilis est: et si
militer ruditas bouina: ꝫ medium est tenēduz
z medio modo est incedēdū. vñ z Greg. Utra
q; necessario in āmonitiōe coniunxit vt sim
plicitatem columbe astutie serpentis instrue
ret: z rursus serpētz astutiā colūbe simplici-
tas obtēperaret. vñz Chrisо. Estote ergo pru

dentes sicut serpentes ad intelligēdas frau
des: estote simplices sicut colūbe ad ignoscē-
das iniurias. Nolo vos eē semp q̄si colūbas
ne ꝑpē simplicitatē nimiā ꝑ seductionē in la-
queū incurratis. Nolo vos eē semp sicut ser
pētes: ne ex corde ꝫ aliquē venena fundatz z
ꝫ ꝑm tēpus z psonas mutetis z mores. Et vt
breuiter dicā: estote prudētes sicut serpētes
vt oē malū intelligatis z caueatis estote sim
plices vt colūbe vt nō faciatis vllū malum:
qz intelligere malū laudabile est facere autē
vituperabile. Nec q̄ intelligit malū ille facit ma
lū: sed q̄ facit malū. hec Chrisо. ¶ Et subiun
git aperiēdo q̄s lupos dixerit [Cauete aūt ab
hoibus]. s. lupis deteriorib⁹. i. ab hoim per
suasionib⁹ q̄ grūt fraudulēter vos decipe: z
violēter puertere. Ubi se exponēdo dñs decla
rat q̄ lupos nō bruta: ꝫ hoies dixerit. vnde
Chrī. ita dixit. Attēdite vobis ab hoib⁹ q̄si a
q̄buldā pessimis malis z sup oia malis ostē
dere volēs: qz ꝑ oib⁹ malis hō ē pessimū ma
lū. Nā si bestie eū cōparare volueris: peiorē
inuenies eū. Bestia enī q̄ruis crudelis tñ qz ir
rōnabilis ē decliabit ab hoie crudelitas eiꝰ.
Hō aūt crudelis cū sit irrationalis nō facile
euadet crudelitas eiꝰ. Si ꝓparaueris hoiez
serpēti peiorē inuenies eū qm̄ serpēs z si mali
ciā hz tñ z hois hz timorē. Ideo siq̄dē potue-
rit mordet si aūt nō potuerit fugit hō aūtma
liciā hz serpētz z timorē nō hz sicut hpēs. Jō
q̄diu nō hz tps latet sicut hpēs: si aūt tps iue
nerit irruit sicut bestia. Adhuc aūt ois be-
stia siq̄dē irritat a fuerit seuit si aūt irritata ñ
fuerit i silētio trāsit. hō aūt ñ irritatꝰ isanit a
q̄bꝰ nō fuerit irritatꝰ. Et vt breuiꝫ dicā vnaq̄q
bestia vnū z ꝑpriū malū hz: hō aūt oia mala
hz in se. Denicq hō malꝰ peiorē ē q̄ ipe diabolꝰ.
Diabolꝰ ei si viderit hoiez iustū nō ē ausꝰ ad
eū accedere: hō aūt malꝰ q̄uis hoiez sanctū
viderit: nō solū illū nō timet: ꝫ adhuc magis
ꝓtēnit: nō ei diabolꝰ ꝓstat hoi ꝑtutē: ꝫ hō dia
bolo. Arma g̃ diaboli hō ē malꝰ. Sicut ei hō
sine armis nō pōt aliq̄d facere ꝫ hostē: sic et
diabolus sine hoie nō valet ꝫ sctōs. Et ite ꝑ.
Uirtꝰ diaboli hoies mali sunt: nec enī pōt ali
q̄ malū seminare i mūdo nisi ꝑ suos ministros
qz i sctis nō inuenit locū. hec Chrisо. Uñ z Aug.
demōis erit diminuēda ⁊ arcēda. Nō ergo debemus esse securi: qz aduersarius noster fortis victoriosq; vocibus cōprobat nec debem⁹ desperare: qz princeps noster fortior illo nō dubitat. vñ Chrisо. Nō debet hostem timere fortē qui habet principē fortiorē. Sz vigilemus ⁊ laboremus ne fiducia principis fortioris contēnamus aduersariū nostrū. Nā si contendim⁹ cōtra euz fortiores illo sumus: si aūt negligim⁹ ille fortior inuenit. Fortē em diabolus nostra negligentia facit nō illi⁹ potētia hec Chrisт. vñ ⁊ Greg. Diabolus cū et relitit est debilis sicut formica: cū ℣o ei⁹ suggestio recipitur est fortis vt leo. Et Hiero. Tētameta si ad te respicias grādia sunt si ad deū bellatorē fortissimū ludus ⁊ vmbra sunt. ¶ Deinde ponit secđa rō cū dā rationē q̄ talis est. Minister ⁊ auctor cōcordant in volūtate: sed xp̄s ⁊ diabol⁹ habent cōtrarias volūtates ergo xp̄s nō est minister diaboli. Et hoc est qđ dicit [Qui nō ē mecū] in bono conuenies mee voluntati [contra] seu aduersū [me est] ⁊ huiusmodi est diabol⁹ qz xp̄s vult animas saluare: sed diabol⁹ vult eas p̄dere. Chrisтus vult homines a peccatis retrahere ⁊ ad vtutes reuocare: diabol⁹ ad peccata trahere ⁊ per vitia distrahere. vnde Hiero. Diabolus qui cū dño non est: contra ipsuz est: qz ille vult alias tenere captiuas. q̄s xp̄s liberare desiderat. ¶ Deide ad idē ponitur tertia ratio. Eadē sunt opa actoris ⁊ ministri sed nō eadē xp̄i ⁊ diaboli: ergo chrisтus non est in operando eius minister. Et hoc est qđ dicit. [Et qui non congregat seu colligit mecum] scz in fidei vnitatē: in ecclesie signū: in oliue supernuz [spargit siue dispergit] sicut lupus: ⁊ hic est diabolus qui diuersas sectas ⁊ hereses ac scismata q̄tū potest introducit. Diuersa enim sunt opera xp̄i ⁊ diaboli: qz xp̄s colligit dispersa: sed diabolus dispgit colligata. Ille predicat idola: hic vnius dei notitiam. Ille trahit ad malum: hic reuocat ad bonū. Hīs ergo ⁊ alijs modis diabol⁹ est cōtrarius xp̄o ⁊ nō est secum per cōcordiā involuntate ⁊ facto: ⁊ ideo nō est secū: nec cooperat sibi in eijciendo demones et expellendo. vñ Chrisо. Qui igitur non mecuz est neq; mecū congregat non erit mihi cooperator vt mecuz demones deijciat: sed magis que mea sunt spargere desiderat. ¶ Deide post istructionem veritatis subdit comminationē damnationis. Quia enim eos induratos sermonibus insuabiles videt ad cōminationes: terrores se conuertit: ⁊ blasphemiaz spiritussancti per quam peccabāt dicētes opus spiritus sancti in beelzebub fieri: dicat omnino carere venia in hoc seculo ⁊in futuro: intellige tm̄ nisi peniteant de peccato. vnde Chrisт. Quia dñs pharisеos excusando responderat tā eos terret. est enim hec correctiōis nō parua pars non solum excusando respondere sed ⁊ cōminari. Dicit ergo quia non vultis acquiescere rationibus nec operibus: immo blasphematis [ideo dico vobis] veraciter ⁊ pro certo [q̄ omne pcm̄ ⁊ blasphemia] scz p̄cedens ex humana infirmitate vel ignorātia [remittetur hominibus] per penitentiā id est remissibile peccatū est de se: quia non obuiat directe principio p q̄ fit peccatoꝝ remissio sicut obuiat peccatum in spiritumsanctuz cuius ser sunt species: i. scz desperatio: p̄sumptio: obstinatio: finalis impenitentia: inuidētia fraterne gratie: ipugnatio veritatis agnite. vñ subdit. Spiritus aūt blasphemie non remittetur. i. difficile ⁊ vix remittetur: quia vix aut nūq̄ tales penitēt: ⁊ hoc peccatum nō habet annexā excusationis rationem. Et hoc patet differētia inter peccatum: blasphemiam: ⁊ spiritum blasphemie: qz duo prima sunt remissibilia: tertiū nō. Peccatū in se vel in alterū: blasphemia in deū q̄ est si ex ignorātia vel infirmitate dicitur simpliciter blasphemia: si est excerta malicia: dicitur spirit⁹ blasphemie. Unde blasphemia erat in turbis sed ipūs blasphemie in phariseis qui scientes scripturas ex inuidia ipugnabant opera xp̄i: ⁊ ex certa malicia blasphemabant deuz dicentes falsa de ipso q̄n miracula diuinitus facta attribuebant diabolo: qđ erat impugnatio veritatis agnite quedā species peccati in spiritumsanctū. Blasphemia quippe est p quā de deo falsa dicūtur. Sz ꝑm Aug. raro tam inueniunt qui blasphemāt lingua: sz multi vita. Quidā aūt blasphemāt ex coactione: vt peccāt in patrem p infirmitatem que est cōtraria patris potentie: quidā ex deceptione ⁊ vt peccāt i filiū per ignorātiam q̄ cōtrariatur filij sapientie: quidam ex studio: ⁊ vt peccant in spiritū sanctū p malicia q̄ est contraria bonitati spiritussancti. Primuz ⁊ secundū dimittet digne penitētib⁹: qz ex aliqua circunstantia remissione dignū est scz qz per infirmitatē vel ignorantiam cōmissum est q̄ peccatum attenuāt: sed tertiuz nō remittetur. i. remissione dignū no erit: qz circunstantiā excusantē nō habet. Inexcusabiliter em meretur supplicium qui ii voluisset potuit vitare peccatuz. vñ Bern. Potētia ad patrem: sapiētia ad filium: charitas pertinet ad spiritūsanctū. Hoc est qđ alibi dicitur: peccare in patrē: peccare in filiuz: peccare in spiritūscm̄. Qñ em ex fragilitate peccam⁹ in patrē: qñ contra potētiā peccam⁹ qñ ex ignorātia peccam⁹ in filiū quasi cōtra sapientiā peccam⁹: qñ ℣o ex malivolētia peccamus in spīmscm̄ peccam⁹. qñ p̄ dilectionē. Et nō peccare in patrē ⁊ filiū hic siue in futuro remittit: qz q̄. ex fragilitate vel ignorātia peccat sicut aliquam excusationem habet in culpa: ita etiā aliquaz remissionē habere debet in pena: siue in hoc seculo si penituerit vt facilius cōsequatur indulgētiaz: siue in futu

I Peccō ꝑ spīm scm̄ species.

Peccatū blasphemia.

Spirit⁹ blasphemie.

Blasphē Auguſt. blasphemantes triplicit̄ inires p sonas ⁊ idiuinis

Bern.

ro: si in malo pseuerauerit vt tolerabiliorem sentiat penā. Qui vo ex malicia peccant eorū delictū nullā excusationē habet: z ideo pena eoz remissionē habere nō debet: qz si penituerint i hoc sc̄lo plena satisfactione mulctādi sunt: si nō penituerint plena dānatiōe i futuro seculo: nō qz penitētib⁹ venia deneget sz qz pleno peccato plena retributio debeat. hec Bern̄. Spirit⁹ ergo blasphemie nō remittet hoi: nō q ei negetur remissio si peniteat: sed quia hic blasphem⁹ exigentibus malis meritis sicut nūc̄ ad remissionē: ita ad penitentiam puenturus est. vñ ait Johannes. Et peccatū ad mortem non pro illo dico vt roget quis. ꝑm Greg. Peccatū ad mortē est peccatū vsq̄ ad mortez pro quo nō est rogandū quia sc̄z peccatum qō hic non corrigitur et⁹ venia frustra postulatur. Peccatū ergo in spiritum sanctū est obstinatio vel pertinacia mētis in nequitia obdurate procedēs ex p̄sumptōe vel desperatione. Qui enim p̄sumit de misericordia dei promittens sibi impunitatē putans ita deus peccata impunita relinq̄re eo ipso obstinat: id est ptinaciter in peccato obdurat peccata peccatis supaddens: z ita peccat cōtra iusticiaz spiritussancti: qui ita misericors ē i iusticia q ē z iustus in misericordia qui oleum habet cuz vino et viceuersa. Qui aūt propter magnitudinez sceleris desperat de misericordia dei tāc̄ magnitudo peccati sui excedat magnitudinē misericordie dei in de obstinat pctā peccatis supaddēs: de peccato i peccatū effrenata libertate ruēs quouscz ad cumulū damnatiōis veniat. Sed c̄ꝫ̄ is tota etiā trinitas peccata remittat: hmōi tamē peccatuz ideo specialiter attribuit spiritui sancto: qz spiritussanctus amor est patris z filij z benignitas vtrorunq̄. Qui aūt desperat vel p̄sumit specialiter facit illi iniuriā cui⁹ benignitati attribuit remissio peccatorū qz putat eū immisericordē vel iniustum: qz sicut ex misericordia peccata remittit: ita ex iusticia ea ipunita nō reliquit. Male ergo de iusticia vel mia spiritussancti sentit qui desperat vel p̄sumit. Sicut ergo morb⁹ incurabilis dr. qui directe tollit remedia p que expellit morb⁹ et curatur: vt cū tollit virtutē nature vel viriuz naturaliū: deus tñ qui est sup oīa pōt curare eum: sic spctm̄ i spm̄sctm̄ cōtemnit et excludit illa p que peccatū debet curari z vitari: vt timorē diuine iusticie z spem venie z huiusmodi: z sic ex sui natura dicitur irremissibile: detamen sua benignitate oē peccatum penitentibus remittit. vñ dicitur irremissibile quasi de difficili z vix remissibile. De hac materia sic dicit Augu. Dico charitati vestre forte in oīb⁹ sanctis scripturis nulla maior questio: nulla difficilior inuenitur i eo q ait q̄ blasphemauerit in spiritū sanctū non habet remissionem in eternū: nō quocūc̄ modo blasphemauerit reus erit hui⁹ remissibilis delicti: sz modo quo dā quē nos querere atq̄ intelligere voluit qui hanc sententiā verā terribilemq̄ de prompsit. In spiritu em̄ sancto quo in vnum dei populus cōgregat ejicitur spiritus immundus: q̄ in seipsum diuisus dr. Contra hoc donū gratuitū: cōtra istam dei gratiā loquitur cor impenitens. Ipsa ergo ipenitētia est spiritus blasphemie [que non remittet: neq̄ in hoc seculo: neq̄ in futuro]. Cōtra spiritū em̄ sanctum quo baptizant quorum peccata oia dimittuntur z quam accepit ecclesia vt cui dimiserit peccata dimittantur ei: verbū valde malū z nimis impium: siue cogitatione siue etiā lingua sua dicit: quē patientia dei cū ad penitentiā adducat ipse ꝑm duritiam cordis sui z cor ipenitēs thesaurizat sibi irā i die ire z revelationis iusti iudicij dei: q̄ reddet vnicuiq̄ ꝑm opera ei⁹. Hec ergo omnino impenitentia nō habet remissionē neq̄ in hoc seculo neq̄ in futuro: qz penitentia impetrat remissionē in hoc seculo quevalet i futuro. Sz ista ipenitentia vel cor ipenitēs c̄ꝫdiuquisq̄ i hac vita viuit nō pōt iudicari: de nullo em̄ desperandū est c̄ꝫdiu patientia dei ad penitentiaz adducit: nec de hac vita rapit impiū qui non vult mortē impij c̄ꝫtum vt conuertat z viuat. Jō aūt oē. prorsus pctm̄ z blasphemia remittetur hoib⁹: qz vbi hoc pctm̄ non fuerit cordis impenitētis ꝓtra spm̄sanctum quo in ecclesia peccata soluunt: cuncta alia dimittunt. Quo aūt hoc dimittet qō etiā remissionez impedit alioz. Oia ergo dimittunt eis in q̄b⁹ hoc non est qō nūc̄ dimittet. In q̄b⁹ aūtē q̄m hoc nūc̄ dimittit: nec alia dimittunt: qz oīm remissio vinculo istius ipedit. Ideo pctm̄ oē atq̄ ois blasphemia dimittet hoibus in hac cōgregatione quā in spūsancto: z nō aduersus seipsū diuisio congregat xp̄s. Ipsius aūt spirit⁹ illa blasphemia qua fit vt cor de impenitēti huic tanto dono dei vsq̄ in finē vite istius resistat nō remittet. Unū ergo suffugiū est ne sit irremissibilis blasphemia: cor ipenitens caueat nec alit penitētia ꝓdesse credat nisi vt teneat ecclesia vbi remissio pctōrum dat: z societas spirit⁹ in pacis vinculo custodit. hec August.

¶ Deinde ad refellēdū z corrigēdū phariseorū errorē inducit sentētiam sub similitudine arboris: ostēdēs q̄ miracula sua n̄ fūt a͠ virtute maligna z diabolica: sz a͠ virtute bona z diuina. Un̄ dicit [aut facite arborē bonā: z fructū ei⁹ bonū: aut facite arborē malam: z fructū eius malū.] Loquit vulgariter facite. i. dicite ꝑm q̄ dr. iste facit bonum. i. dicit. Arbor aūt hic accipitur principiū ipsorum operum z fructus facere ipsa opera. Inter arborē vo z fructū semper ꝓ dicere est similitudo: qz arbor bona semper fructuz z estimo bonū: z arbor mala fructū malū ꝓducit: ergo re. quia opera miraculosa que xp̄s faciebat nō erāt mala z vana sicut que fiunt arte magica

Spūs blasph. quō sit irremissibilis. ij. Jo. v. Pctm̄ ad mortez Grego. Pctm̄ in spm̄sctm̄ ex p̄sumptione et desperatione.

Curi spiritūsancti dictū

Morbus incurabilis.

Irremissibile pctm̄ August.

Cor ipenitens.

W

sed erant bona ⁊ salubria. concludit q̄ principiū per quod talia faciebat erat sanctū et bonū. q. d. Cōsiderate fructū arboris bone: ⁊ fructū arboris male vt ex fructu cognoscatis vtrum sit bona an mala: q̄ [ex fructu arboꝛ cognoscit.] Sic̄ cōsiderate op⁹ actoris vtrū sit bonū an malū: q̄ opus bonū ꝓcedit a bono principio: ⁊ malū a malo: et sic ex bonitate operū que ego facio potestis ꝓpendere q̄ virtus per quā ea facio non est mala: ⁊ bona: et ex operib⁹ que fiūt per artē magicā cū sint mala ⁊ vana potestis perpēdere que fiunt virtute maligna: opus ergo eiciendo demoniacū cū sit bonū nō est a malo principio quale est demonū: sed a bono principio q̄ est spūssanctus. Male ergo dicitis: q̄ ego in beelzebub deiicio demonia. vbi Aug. In hoc ammonuit nos dñs vt bone arbores simus ⁊ bonos fructꝰ habere possimꝰ. Ubi em̄ ait. facite arboꝛē bonā ⁊ fructū eius bonum est p̄ceptū salubre cui obedientia necessaria est. Quia aūt dicit facite arboꝛē malā ⁊ fructum eius malū nō est p̄ceptū vt faciatis: sed monitio vt caueatis. hec Augu. Deinde quasi explanādo et aptādo dictā similitudinē pharisei⁹ ostendit falsitatis eoꝝ radicē. radix em̄ ista erat inuidia ⁊ odiū: quia licet pharisei ⁊ legisperiti p̄io cognouerint xp̄m: tamē quia cepit reprehēdere vitia eoꝝ ideo cōceperūt odiū ⁊ inuidiā cōtra ipsum ex quibus excecati ciderūt a prima noticia in erroꝛē: quia talia peruertūt iudiciū rationis rectum: ⁊ extūc inceperūt oia facta eius interpretari in malū ad diffamandū ip̄m. Ostendit g̃ illos esse malā arboꝛē ex mala radice: ⁊ malos fructꝰ dare cū in intētione coꝛdis eorū malicia abundet inuidie dicens. [Progenies seu genimina viperarū] i. venenati filij venenatoꝝ iudeoꝝ: q̄ venenū inuidie ex vestris parētib⁹ traxistis qui persecuti sunt prophetas ex inuidia: ⁊ vos ex eadē ratione persequimini me patrē xp̄m: ⁊ matrē eccl'iaz [quō potestis bona loq̄ cū sitis mali?] q. d. Non potestis de me bona loqui inuidia ꝓhibente. cum em̄ sitis arboꝛ mala nō poteritis fructū bonū facere: vtilia q̄dē alijs possunt loqui: sed nō meritoria sibi. Ubi Chriso. Nō pōt fieri vt alia germina ꝓducātur nisi qualis fuerit radix in terra. Uoluntas em̄ hoīm radix est: ꝓba aūt ⁊ opa fructꝰ sunt volūtatz. Ideo quale coꝛ vnusquisq̄ habuerit talia et verba loquit̄ ⁊ opera facit. hec Chri. Et ideo sub dic̄. [Ex abūdātia em̄ coꝛdis os loquit̄] quia verbū exteriꝰ est significatiuū interioris cōceptus. q. d. Coꝛ vestrū plenū est venenoꝛ eructat de pleno. A parte aūt totū intelligē: scz per locutionē oris: locutionē coꝛdis: et locutionē operis. Per oris em̄ locutionem vniuersa quē actu vel cogitatu vel sermone de coꝛde proferūtur dñs significat. Namyer bum ꝓ facto q̄nq̄ poni solet. vnde Esaias de ezechia. Nō fuit verbū quod nō ostenderet eis id est res digna verbo. vbi Chriso. Et vide ad maiorē accusationē maloꝝ: ⁊ maiorem laudē bonoꝝ q̄ dicit. [Ex abūdātia coꝛdis os loquit̄]. i. cū homo locutus fuerit verbum bonū vel malū ne putes q̄ tantū boni vel mali habet in coꝛde quātū ostēdit in verbo: sed multo āpliꝰ. Ex abūdātia enim boni vel mali qui est in coꝛde sermo procedit. Qō em̄ exteriꝰ oꝛ est supfluētia eius qō intꝰ est. In quo eos vehementer tetigit. Si em̄ quod dictū est ab eis ita malū est: excogita radicē ꝓboꝝ q̄ est mala. hec Chrys. Et ideo vt dicit Greg. Curandū est ⁊ omni custodia mēs seruanda. nō em̄ ante oculos dei transuolāt cogitatiōes nostre: ⁊ nulla momēta tpis p animū transeunt sine statu retributionis. Et q̄ [ex abundātia coꝛdis os loquit̄] ideo bene sequit̄. [Bonus homo de bono thesauro]. i. de bona intētione ⁊ volūtate que sicut thesaurus abscōditus latet interiꝰ in mēte [profert bona] cogitatiōis: locutionis: ⁊ opis [⁊ malus hō de malo thesauro suo ꝓfert mala] q̄ cōtrarie cause habēt cōtrarios effectꝰ. Ac si dicat. Uos mali estis: ideo de thesauro coꝛdis vestrī nō nisi mala ꝓfertis. ꝑm glo. Thesaurus coꝛdis est intentio ex qua deꝰ iudicat opa. vñ aliq̄n minoꝛa maioꝛē: ⁊ maioꝛa minorē habeant mercedē. Sepe em̄ maioꝛa in genere minoꝛi fiunt charitate et ecōuersoꝛ: sicut sepe alic̄s maioꝛi charitate dat elemosynā q̄ alius cātat missam: ideoq̄ hic magis meret de elemosyna q̄ ille de missa. Unde pauper cula vidua dando duo minuta paruipendā ꝓfecta est diuiti zacheo: quia deꝰ non pēsat quātum: sed ex quāto. De predicta similitudine arboris ⁊ alijs tā tactis habes etiā supra circa finem sermonis dñi in mōte vbi plura de his videre poteris. Postq̄ aūt processit ꝓbādo ⁊ arguēdo: consequēter procedit cōminādo ne credāt paruū vitiū male loqui ⁊ mala verba nō puniri. Ita ergo malus ꝓfert mala verba: que quidē nō sunt paruipendēda [q̄m de omni verbo ocioso] nō tantū pernicioso [reddēt hoīes rōnē] quod erat valde difficile: quia locuti sunt sine rōne: vel [reddent rōnē]. i. soluēt [in die iudicij] penā q̄ō iudicium erit terribile: q̄ sine spe venie. Si aūt oꝛ q̄ verbū ociosum est quod rōne vacuū est: ergo de eo nō dz queri: nec pōt ratio reddi. respondendū q̄ licet ociosum sit ratione vacuū: tamen quia verbū debuit habere rationē: ideo de ipso exigit̄ ratio: scz omissiōis rōnis. Et ex hoc patet q̄ longe magis verbū nociuū ⁊ criminosum acriter punieꝰ: ⁊ reddet hoīes in die iudicij cōdemnabiles quale est verbū eoꝝ quo opera spiritussancti calūniabant̄ ⁊ blasphemabāt dicētes [in beelzebub eiicit dæmonia.] Et est sensus ꝑm Hiero. Si

Augu. Bone arboꝛes vt simꝰ monet.

N Chriso. Uoluntas radix est.

Uerbuz ꝓ facto Chriso.

Greg.

Thesaurus coꝛdis.

Lu. xxi. ⁊ de quo Lu. xix.

O Rō reddēda de oi verbo ocioso.

Uerbuz ociosuz.

ociosum verbum nō est absq; periculo eius qui loquit: z in die iudicij reddet vnusquisq; rationē sermonū suorum: quāto magis vos reddituri estis rōnē calūnie vestre. Caueāt ergo sibi detractores opera ꝓximorū minuē tes vel infamātes dicēdo illa esse facta in hypocrisi: vel pro vana gloria vel aliquo indebito fine: z ita in beelzebub demoniorū principe. Si em̄ ita iudicat dñs de verbo ocioso quāto magis de nocuo z criminoso: vt autē dicit Hiero. Ociosum verbū est qđ sine vtilitate loquēris dz z audiēdis: si omissis seriis de rebus friuolis loquamur: z fabulas narrem⁹ antiquas. Ceterū q̄ scurrilia replicat: z cachinnis ora dissoluit: z aliq̄d ꝓfert turpitudinis: hic nō ociosi sermonis sz criminosi tenebit reus: ideoq; in verbo ponderē probatio ꝓfectū humane vite. Et iterū. Quicq̄d nō edificat audiētes in periculū vertitur audiētiū. z Origenes. Inanis est omnis sermo in quo nō est intrinsec⁹ aliquid ꝓ deo vel ꝓ dei mādato. vnde etiam Greg. Ociosum verbum est quod aut ratione iuste necessitatis: aut intētione pie vtilitatis caret. Et si de verbo ocioso cogitatione minutissima reddēda est ratio in die nouissimo: pensandū est quāta pctā sequātur multos. Sic em̄ de⁹ vnusquisq; vias ꝓsiderat: sic gressus enumerat: vt nec minutissime cogitationes: aut tenuissima verba q̄ apud nos viluerunt eius iudicio indiscussa remaneāt. vñ et Chrisо. Ociosum verbum intelligit nō malū: sed bonū qđ nō operat. i. qđ nō edificat audiētē. Si ergo pro bono verbo z ocioso rationē sum⁹ reddituri q̄d speram⁹ de malo? Et si de malo verbo rationē daturi sum⁹ q̄d speram⁹ de opere malo. hec Chrisо. Et ideo cauendū est a verbis ociosis et malis. [Ex verbis em̄ tuis] si fuerint bona ac bonitate mētis cōsona: z sub debitis circūstātijs plata [iustificaberis]. i. mereberis vel tanq̄ iustus remuneraberis [et ex verbis tuis cōdemnaberis] si fuerint mala z ꝓdictis cōtraria. ¶ Scriptū est em̄ qz mors z vita in manib⁹ lingue. Et ideo ex sermonib⁹ tuis iustificaberis vel cōdēnaberis qđ olim est iustissimū: etem̄ tu dñs es: z dicendi z nō dicēdi. vñ Chrisо. Mansuetū iudiciū nō em̄ ex quib⁹ ali⁹ dicit de te: sed ex quibus ipsemet locut⁹ es calculationes iudex feret: z tu dñs es dicēdi. Et iterū. Unusquisq; hoiz ex volūtate sua sola aut pctōr aut iustus cōmunicat. Cōmincitur aūt vnuscuiusq; peccatoris volūtas testimonijs trib⁹. i. cogitationū: verborū z operū. hec Chrisо. Hic ꝙ docemur vt os nostrū custodiam⁹ ne verba otiosa vel mala loquamur: qz sicut vas qđ nō operitur citо immūdū fit: et quicq̄d est interi⁹ frigescit: sic est z de corde nisi os qđ est ei⁹ operculū teneat cū discreta custodia clausuz. Et vt dicit Greg. Ab oi rectitudinis statu perēūt q̄ per noxia ꝟba dilabūtur. Et ideo frequēter oremus dicentes. Pone dñe custodiā ori meo: et ꝓs. cxl. ostiū circūstātie labijs meis. vñ Chrisо. Magis vtiq; virgine aliqua custodi linguam. Equus est regalis lingua. Si igit̄ imposueris frenū z docueris ambulare cū bona compositione quiescit sup eam z desuper sedebit rex. Si aūt infrenatam dimiseris ferri z saltare: diaboli z demonū sessio fit. hec Chrisо. vnde z Origē. Eorū qui verba dei loquūtur os deus aperit: illoꝝ ꝟo qui loquūtur mendaciū: falsum testimoniū: scurrilitates: turpitudines: susurronū quoq; z detractorum: z eorū qui otia loquūtur diabolus os aperit. Loq̄ de Magnū ergo periculū est loqui de secularibus z vanis: cū multa sint diuina z vtilia de quibus loqui possum⁹. vñ Ambro. Non mediocre periculū est cū tāta habeam⁹ eloquia dei et opera que fecit his prętermissis loqui que seculi sunt. Et maxime a verbis detractoris cauere debem⁹ ne male loquamur de alijs. vnde Aug. Uide quō iraſcaris si quis de te male loquat̄. Quō iraſcer̄ alteri: qñ de te male loquit̄: sic iraſcere quādo de altero male loqueris. Et nō solū cauere ꝙbem⁹ audiendo verba detractoria loquamur: sed etiā ne audiamus: quia si nō esset auditor non esset detractor. vñ Bern. Detraheret detrahentē audire quid horū dānabilius sit nō facile dixeris. Et iterū. Lingua detractoris: z auris auditoris: diabolus sedet sup vtrāq; Caueādum est etiā valde a verbis contētiosis et rixosis: quia occasionē dant multis malis. vñ Chrisо. Contētio est alteratio longa. Nascit aūt ex vana gloria q̄ ꝺr amor victorie. Nemo em̄ diu cōtēdit nisi q̄ vincere cōupiscit. Gloriā tibi putas eē si viceris: sz occidisti gladio amicū z amicitiā ei⁹ in ipso: et ideo quasi de amico occiso dabis rationē. Nam si hominē nō occidisti ferreo gladio: amicū tñ occidisti gladio contētiosi sermonis. hec Chrisо. Multū insup cauere debem⁹ ne primū verbo vel cogitatu iudicem⁹. vñ Chrisо. Et sermonib⁹ tuis cōdēnaberis ait. Nō audis qñ z pharisеus vera locut⁹ est: ed tñ vltimā dedit vindictā. Eteñ habet iudicem qui deliquit. Ne igitur capias dignitatē vnigeniti: illi iudicij thronus cōseruatus est. Sed si vis iudicare est tibi iudicij multū lucruz habēs. Sedere fac in conscientia tua intellectū discernentē: z afferi medijs otia delicta tua: z inuestiga otia pctā alie: z pete cum diligētia noras z dic. Propter quid hec et hec tu facere ausus es? Et si hec quidē fugerit otia: que aūt aliorum sunt inuestigauerit dic ad eā. Nō pro his te iudico: nō ꝓ his itrasti te accusatura. Quid em̄ ille debeat: tu cur hec? hec deliquisti? Et accusantē te accusa: que tuꝰ ipsius sunt intuere iudica non que alior̄. Et cōtinue in hāc deduc agonia. Deide si nihil habere dicat: sz retardat

Detractorū pericula.

Ociosus verbū.

Origē.

Greg.

Chrisо.

Prouer. xviij.

Chrisо.

Os custodiendum est nobis.

Greg.

Augu.

Detractor vitāda.

Chrisо.

Chrisо.

Judicandus.

Chrisо.

Joh. v.

Accusat teipm.

dilania flagella eā velut quandā ancillā elatā z fornicatā. Et hoc fz vnāquāq; die ꝓstitue iudiciū: z subscribe flumē ignis: vermē conscientie, venenū emittentē: z alia loca tormentorū: z ne dimittas eam esse cū diabolo. Et si doluerit hec audiēs: nec subtrahas manū. Non em̄ morietꝫ si percusseris: a morte autē eā eripies. Et quorū magnas expete noras vt neq; ꝓpe magna deueniat. Si hec feceris ꝑm vnāquāq; diē cū libera ꝓpalatiōe stabis secus tribunal illō terribile. Ita paul⁹ fact⁹ est purus: ꝓpter hoc z dixit. Si nosmetipsos iudicaremꝰ nō vtiq; iudicaremur. hec Chrisꝰ.

j. cor. xj.

R Moral'r Quinq; attēdenda locuturo.

¶ Moraliter aūt in verbis siue in loquendo attendēda sunt q̄nq; .s. quid: cui: vbi: quādo et qualiter dicat. Isti sunt q̄nq; digiti in manu lingue. Quid determinat apostol⁹ dicēs. Sermo vester sit semp in grā sale cōditus. i. gratus vtilis sine otiositate. Otiosa sunt oia que aut inutilia: aut inhonesta: aut nociua sunt. Inutilia sunt que nec loquentibus nec audiētibus prosunt. Inhonesta q̄ nec dignitati loquentis: nec audientis cōueniunt. Nociua sunt que vel ad errorē vel ad prauitatē ducunt. Cui determinat sapiens dicēs. Cum stulto ne multū loquaris. Qui ergo cū alio loquī consideret an ꝓpter se: vel ꝓpter aliū loqui habeat. Si ꝓpter illū: virū sit talis q̄ sua correctione indigeat: vel qui correctionē nō recipiat. Ubi quedā em̄ sunt loca: vbi nullo mō vt in sanctuario: quedā vbi raro vt in cōuiuio: quedā vbi moderate: vt in locutorio est loquendū. Quando determinat ecclesiastes dicens. Tempus tacendi z tps loquēdi. Tacendū est aliquādo ꝓpter auditorū infirmitatē: aliq̄n ꝓpter vitandā ꝑcipitationem: aliquando ꝓpter psone alterius reuerentiā: aliquando ꝓpter auditorum indignitatem. Quomodo aūt loquendū. i. quo gestu quo sono: qua significatione. Sit ergo gestus simplex z humilis: sonus mitis z suauis: significatio vera z dulcis. Cōpendiū aūt omnium predictorū hoc esse videt: vt tarde et raro q̄s loquat. vñ Seneca. Summa summarum hec est: tardiloquū te esse iubeo. Et iterū. Quicquid dicturꝰ es añq; alijs dixeris tibi. Magna est res vocis et silentij tēperamentū. Et iterū. Quod tacitū esse vis: nemini dixeris: qz ñ poteris ab alio exigere silētiū: si tibij ꝑsi nō prestas. hec Seneca. Sed heu sunt aliqui nō solū seculares: sed z religiosi qui quādoq; etiā sine causa rationabili alijs irati torquos oculos z vultus oñdunt: ac insuper dentibus stridēdo voces furiosas emittūt z sic demonē q̄ intus eos possidet: alijs extra ꝓdūt. Hi tales bñ in hoc Daciano in beatū Uincentium sentienti assimilāt. de quo in sermone Augu. sic dicit. Per furiosas em̄ Daciani voces: p truces oculos z minaces vultus: z totiꝰ corpis motus ille habitator eiꝰ interior mōstrabat et p hec signa visibilia tanq; p sui vasculi qō impleuerat crepātis rimulas videbat. hec Augu. Tales etiā q̄nq; suis linguis acutis parcūt: z se abscōdētes taciturnitati insistūt ac silentiū qō boni ex religionis obedientia deo sacrificāt: ipsi ex puersitatis malitia demonijs z nō deo immolāt. vnde in collatione abbatis Joseph de amicitia sic de talibꝰ dr. Illud vero quale est q̄ inter duz patiētes eē nos credimꝰ: qz respōdere contēnimꝰ lacessiti: sed ita cōmotos fratres amara taciturnitate: vel motu gestuq; irrisorio subsannamꝰ vt eos magis ad iracūdiā vultu tacito ꝓuocemꝰ q̄z tumida potuissent incitare puitia in eo nos estimātes minime apud deū reos: qz nihil ore ꝓtulimꝰ qō nos notare hoim iudicio aut cōdēnare potuisset. Ita igit tacere nihil ꝓdest: si idcirco nobis indicimꝰ silētiū: vt qō agendū cōuitio fuerat hoc taciturnitate faciamꝰ: assimilātes quodā gestꝰ quibꝰ z ille quē curare nos oportuit vehementiore inardescat iracūdia. Utiq; em̄ tale silētium erit equaliter noxiū: qz sicut exaggerat i alteriꝰ corde tristitiā: ita in sua nō ꝓmittit extingui. Nōnulli quoq; cū tristificati fuerint vel irati ab ipso etiam ptinaciter abstinēt cibo. In quo plane sacrilegū crimen euidēter incurrūt: ieiunia scz q̄ soli deo ꝓ hūiliatiōe cordis z purgatiōe vitioꝝ sunt spāliter offerēda ꝓ diabolico tumore tolerātes. Qō tale est ac si ofones atq; sacrificia nō deo: sz demonibus deferant: illā q̄z Mosaicā increpationē mereant audire. Sacrificauerūt demonijs z nō deo: dijs quos ignorabāt. hec vbi supra. Sic ergo ꝑdicti miseri tā puerse litigando q̄ maliciose tacēdo demonibꝰ seruiūt qui vtrobiq; se ingerēdo eis illudūt. Quorū illusiōes nō incurrerēt si nō fictā sed verā humilitatē et charitatē haberēt: qz nec tūc ad tantā impatientiā deuenirēt. Et quod adhuc perꝰ est tales sepe absq; fratris offensi reconciliatione accedūt ad altare: z sic accedētes iudiciū sibi manducant z bibūt. Et insup a diabolo exercecati quādoq; se excusando dicūt: qz nihil aduersus aliū habēt nō intelligētes qz ꝑm euā gelīū attēdere debent si alius aduersus eos quid hz. Aufer dñe opprobriū talium puersoꝝ a religione seruoꝝ tuorum. ¶ Oratio.

Ocalr'

Scilētiū malignoꝝ.

Ieiunia diabolica.

Deute. xxxij.

j. Cor. x.

Uera virtus eijce a me demoniū ꝓ cōtritionē: o verbū patris sana mutum per ꝓfessionē: o intima lux illumina cecū per satisfactionē z vt fortis armatꝰ me non possideat vniuersa arma eius scz vires anime mee interiores: z corpis sensus exteriores in tuū conuerte obsequiū. Opto etiā z desidero deus altissime: vt quotiēscūq; maligꝰ spūs abominādas cogitatiōes blasphemie mihi imiserit totiēs ex voto oīm desideriorū meorū ineffabilis laus et grārū actio tibi sit in ꝓpetuas eternitates: z

Daciani. Augu.

blasphemia sua secū sit in perditionē. Amē.

De iudeis signū de celo querentibus et de spiritu immundo olim eiecto ab eis. Capitu. lxxiiij.

A Mat. xij



Finitis autē verbis dñi aduersus blasphemiā scribarū et phariseorū quidā ex eis ꝓcaciores volentes experiri volūtatem xp̄i z capere eum dixerunt. [Magister volumus a te signū videre]. ſ. nō qđ cūq; ſz de celo. Reputabant em̄ miracula xp̄i parua eo ꝙ erāt vt cōiter circa inferiora: vtpote circa sanitates corporū z similia. ideo querebāt ab eo signa fieri circa corpora celestia forte manna descendere vt tpe moyſi vel sonare tonitrua sicut tpe samuelis qđ magnū fuit i palestina tpe elisei ꝓpter defectū materie z potētia agentis. ſ. solis oēs vapores cōsumētis: vel ignē de sublimi descēderet vt tpe helye: vel solē stare sicut tpe iosue vel retrocedere vt tpe ezechie: vel alia hmōi quasi nō possent z illa calūniari et dicere ex occultis z varijs passionibus accidisse. Nā qui calūniat eis q̄ oculis videt manu tenet: vtilitate sentit q̄d facturus est de his q̄ de celo venerint. Utiq; r̄ndebit z magos in egypto multa signa fecisse de celo: vt calūniabit alio modo. vñ Chri. Cū multa signa vidissēt tāc̄ si nullū vidissent ita signum petebant. Uere em̄ nullū viderūt: qz corpali aspectu viderūt: nō spiritali affectu. Ubi sciendū ꝙ aliqui malignantes detrahebant miraculis xp̄i dupliciter. Uno mō attribuebant ea virtuti demonis vt visum est supra in p̄cedenti capl'o. Alio mō reputando ea parua: vt ōr hoc loco. Isti em̄ ac si signa eius nō vidissent vel q̄si q̄ viderant parua vel nulla fuissent tentantes eū de celo signū querūt: nō ex deuotione vt ex hoc credāt. Sed magis ex curiositate z vt facilī c̄ primis cōtradicant. Adulantes aūt dicunt magister vt blanditijs alliciant quē cōuitijs blasphemauerant. vñ Chri. Hi quos oportebat admirari z obstupescere z credere: nunc pharisea nequitia nō desistunt. vñ aūt verba z adulatione z ironia sunt plena, putabant em̄ allicere p hoc. Et nūc quidē cōuiciant: nūc adulant: nūc aūt demonia cū vocāt nūc magistrū vtraq; pernicioso cōsilio z si cōtraria sint q̄ dicebant ꝓpter hoc: z eos vehementer tetigit. hec Chriſo. Et qz male q̄rebant ideo nō dat eis signū: sed [r̄ndēs ait illis. Gñatio mala] in ope [z adultera] in fide: qz relicto ꝓprio ro. ſ. deo idolis seruiebant: z si idola nō colebant tamen a vero sponso xp̄o se alienabāt [signū de celo q̄rit] ad calūniā contra me q̄si alia que viderūt signa nō fuerint. Uide quō cum iudei xp̄o cōuiciabātur dicētes in princi pe demoniorū eijcit demones: mansuete eis ihūs respōdet p rōnes improbās dictū eor: hic vo q̄ blādi eū laudādo adulant magistrū vocātes aspe tijs care eos tangit demōstrās ſm Chriſ. q̄ vtraq; ptus est passione erat superior et neq; cōuitijs in irā xp̄s. cōducitur neq; adulatione mollitur: in quo ostendit amplectēda esse opprobria z adulationes vitādas. Nā vt ait Chriſ. Uir sapiēs Chriſo. in facie cedit q̄n in facie laudatur. Non sic Adulamulti maiores huius tpis faciunt qui bona tores vi suadētes contēnūt: z eis tanc̄ cōuiciātibus tandi. irascūtur: sed mala suggerētes audiūt: z eorum adulatione molliūtur. Utinā attēderēt cōsiliū sapiētis qui dicit. Melius est a sapiē Eccle. te corripi q̄ stultorū adulatione decipi. dem vij. de subiūgit. [Et signū nō dabit ei] ſz potestatis z de celestibus quale petit ad calūniā [nisi signū Jone ꝓphete] quod fuit humilitatis z abiectionis cōtra eorū superbiā. q. d. Tu generatio prāua petis signū celeste: z signum potētie vel glorie de sublimi: z tibi nō dabitur nisi signū terrenū: z signū passionis z infirmitatis significatū signo z facto Jone prophete. Jonas em̄ fuit niniuitis signū, dupliciter ſz verbo z facto. Uerbo: qz viua voce eis significauit q̄ perirent nisi cōuerterētur. Facto: eo q̄ fuerit in ventre ceti trib⁹ diebus z noctib⁹. Ubi fuerūt tria: ſz absorptio: detentio: euomitio. Absorptio fuit signū mortis xp̄i detentio sepulture: euomitio resurrectionis. Et sic dabitur eis signum. i. significatio in facto Jone: vt ſz conuertātur et saluentur. Non hoc est dictum quasi alia signa ante mortem christi nō fuerint data: ſz quia mors z passio xp̄i fuit signū precipuum z vltimū: z signū signoꝝ in quod oīa signa ducebant: ideo dandū iudeis dicitur: quia si illi crederent saluarētur: si non crederent dānarentur sicut Jonas fuit signū niniuitis: vt si vellent credere saluarētur: sinautē subuerterētur. Non ergo dat eis signū diuinitatis de celo qđ querebāt: qz ꝓpter eoꝝ curiositatē z malicia videre indigni erant: sed de abysso maris z ꝓfundo inferni quale Jonas a ceto voratus: sed de abysso mortis liberat⁹: z accepit z dedit signū: videlz incarnationis: nō diuinitatis: passionis: nō glorificatiōis. Misi pulis aūt suis signū de celo dedit quib⁹ eter ne beatitudinis gloriā: ꝓpius figuraliter in mōte transfigurat⁹: ac postea veraciter in ce lū subleuat⁹ ostēdit. Quia em̄ iudei terreni et infirmi erāt: iō de terrenis z infimis signū debebāt habere. Unde dat eis signū de ymo sue passionis z sepulture dicens. [Sicut em̄ fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus z tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terre trib⁹ dieb⁹ z trib⁹ noctib⁹] per synecdochen accipiēdo scz partē sexte ferie: z totā

B. Jonas fuit signum.

Signuz martirū xp̄i mors.

Matth. xvij.

Synecdoche.

diem sabbati: et partẽ diei dñice resurrectionis ꝑ trib⁹ dieb⁹ ꝛ noctib⁹. Per istos qui ꝗrebant signũ de celo signãtur, curiosi ꝛ superbi qui supra vires celestia rimãtur: et nimis curiose diuina scrutãtur de celo: ꝛ celestib⁹ ac secretis diuinis disputãtes: vel de reuelationibus ꝛ visionib⁹ ꝑsumẽtes omissa via: scz preceptis dñi ꝛ cõsiliis quib⁹ venitur ad illa propter qõ opprimunt a gloria: qz ꝑ hoc aliquãdo labũtur in erronea documẽta: vel qñq; in peccata spũalia ꝛ carnalia: propter qõ ꝺr eis [generatio mala ꝛ adultera ꝛc.] qz querũt q̃ nõ sunt scibilia: nec ad fidẽ vel mores vtilia. ꝛ ideo nõ dabit eis signũ nisi signũ Jone ꝓphete quẽ deglutiuit cete: et sic deludit et deglutit eos diabolus. Deide iudeoꝝ maliciã quã obstinatã ꝛ obduratã dñs ꝓuidit exemplis q̃busdã cõdẽnat: qz cõuersio niniuitarũ et factũ regine austri ostẽdit istos in iudicio quo oẽs tã boni q̃ mali surgẽt grauiꝰ punidos: ꝛ cõdẽnabit eos. i. ostẽdet condẽnãdos: qz ex illoꝝ facto apparebit iusta illoꝝ cõdẽnatio. vnde dicit. [Viri niniuite] q̃ sunt assiC Niniuitarũ cuz iudeis cõpatio rũ [surgẽt] scz in resurrectione generali [in iudicio] futuro [cũ generatione ista] scz iudaica q̃ sil'r tũc surget [ꝛ condẽnabũt eã]. i. condẽnandã ostendent: scz primo ex cõparatione ꝑsõi ad ꝑsõm: qz ibi niniuite: gẽtiles: ꝛ barbari: hic iudei ꝑsõs dei. Scõo ex cõparatione predicãtis ad predicantẽ: qz ibi Jonas ꝓpheta purꝰ hõ: hic xp̃s dñs ꝓphetarũ deꝰ ꝛ hõ. vbi Jonas pegrinus: hic xp̃s cõcinis suꝰ. Tertio ex cõparatione predicatiõis ad ꝓdicationẽ: qz ibi Jonas tm̃ trib⁹ diebus: hic xp̃s trib⁹ annis predicauit. ibi Jonas nullũ miraculũ: hic xp̃s multa fecit. Quarto ex cõparatione effectus ad effectũ: qz illi egerunt penitẽtiã: isti ℣o nõ: sed etiã addiderũt blasphemiã. vbi Chrys. Illi ꝓphetam susceperũt: isti dñm ihesuz repulerũt. Illi neq; in lege instructi: neq; ꝓphetis admoniti ad dñm conuersi sunt cognoscẽtes suũ pctm̃: isti tot ꝓceptz eruditi legis ꝛ ꝓphetarũ a dño recesserũt. Illi q̃ semꝑ fuerũt ꝑsõs diaboli infra tres dies factus sunt ꝑsõs dei: isti q̃ semꝑ videbant ꝑsõs dei: infra tres dies facti sunt crucifixo christo ꝑsõs sathane. Deinde subdit. [Regina iij. Re. x austri]. i. regina sabba: cuiꝰ regnũ erat i australi parte respectu hierusalẽ q̃ nõ dubitat electa esse: ꝛ ꝑm quosdã dicebat sibylla [surget]. i. resurget [in iudicio] extremo [cũ generatione ista] pessima [ꝛ condẽnabit eã]. i. ostẽdet ꝓdẽnãdã: hoc est ex facto suo ondet iusta istoꝝ ꝓdẽnatio [qz venit a ꝓfinib⁹ terre] i. a lõginquis partib⁹ [audire sapiẽtiã salomonis] q̃ tm̃ non fuit nisi solũ forma xp̃i. Et his aggrauat iudeoꝝ malicia: qz illa mr̃ier: isti viri: illa a remotis venit: isti ꝑsõnẽ habuerũt: illa cum labore: isti sine difficultate: illa laudauit alienigenã: isti ꝓdẽnauerũt ꝓpriũ terrigenã: illa ad ipm̃ venit: quez sola fama cognouit: isti ꝓbatũ miraculis cõtẽpserunt: illa ad purũ hoiem: isti ad deũ ꝛ hoiem: illa cũ munerib⁹: isti cũ opprobriis ꝛ vulneribus. [Et ecce plus q̃ salomon hic] scz xp̃s presentialiter positus: quia hic deus: ille homo: ille scientiã habuit terrestriũ: hic oim: ille edificauit templũ defectibile: hic indefectibile. vbi Chrisо. Regina austri cum esset gentilis Chrisо. et mulier ob tantã longitudinẽ itineris veni Regina re ad eũ: nec ꝑpter infirmiorẽ sexum impedi austri. ta est. cõcupiscẽtia eñ sapientie infirmitatidabat virtutẽ: isti aũt viri ꝛ sacerdotes quoꝝ ꝓpriũ esse debuerat amare sapientiã ante oculos suos: ꝛ in medio gremio sapiẽtiã positã contẽpserũt. Illa ad hoiem cucurrit: isti a deo recesserũt. Illa munera multa obtulit vt audiret eũ: isti aũt nec premia regni celorum accipere volũt nec credũt. Et iterũ. Regina austri venit a finibus terre ad audiendũ salomonẽ: ꝛ xp̃iani nolunt venire de plateis ad audiendũ xp̃m: multi etiam de ecclesia exeũt: ꝛ ibi solũ xp̃m relinquũt. hec Chrı.

¶ Mistice hic damnata plebe iudeorũ ecclesie misteriũ secretum exprimitur que in niniuitis ꝛ in regina austri de totius finibus orbis cõgregak: ꝛ in illis fides gẽtiũ israel anteferk. Due eñ sunt partes ecclesie: vel duo gña hoim in ea: vnũ q̃ peccauit: sed desistit per pniam: et hoc signatũ est ꝑ niniuitas de quoꝝ pctõ legik. Alterũ q̃ mortal'r nõ peccauit ꝛ hoc signatũ est ꝑ reginã austri: de pctõ cuiꝰ nõ legik. vñ Amb. Eccl'ia fideliũ ex gẽtibus collecta q̃ in niniuitis ꝑ pniam ꝓterita pctã delet: ꝛ in regina austri q̃ electa esse nõ dubitak ꝑ sapiẽtiã cauet futura: si iudicio cõdẽnabit gñationẽ hãc nequã: dãnabit aũtẽ nõ sine ptãte: sed opationis exẽplo: qz ꝓferk ecclesia synagoge. Ex duob⁹ igik cõstat ecclesia: vt aut peccare nescias: aut peccare desistas. pnia eñ pctã abolet: sapiẽtia cauet. hec Amb. Per niniuitas etiã signantur pctõres ad vocẽ predicatoris penitẽtiã agẽtes: ꝛ per reginã austri simplices sapiẽtiã xp̃i deuote querẽtes: quoꝝ salus ꝑm sentẽtiam saluatoris preponik saluti eoꝝ qui vidẽtur iusti vel sapientes: ꝛ de sua iustitia vel scientia ꝓsumẽtes. Niniuite quoq; interpretãtur germina pulchritudinis. ideo etiã significare possunt iuuenes existẽtes in statu potissimo iuuẽtutis q̃ solẽt de facili ad vitia declinare: ꝛ ad bonã intentionẽ de facili penitere ꝑpter qõ subdik q̃ fecerũt penitẽtiã ad predicationem Jone qui colũba interpretak: et ideo per eũ simpliciter admonens significat. Per reginãm̃o austri signari potest anima rõnalis q̃ si bene regat vires inferiores ꝑ dictamẽ legis nature ꝺr regina: sed si hoc facit ex charitatis feruoꝛe tũc ꝺr regina austri eo q̃ ab austro ꝓuenit feruoꝛ caloris signãs feruoꝛẽ

D Eccl'ie misteriũ. Eccl'ie partes due. Ambro. Niniuite. Regina austri.

charitatis. Et hec regina venit ad verū salomonem Jesum xp̄m per deuotionē afferens et aurum sapientie: z gēmas virtutū: et aromata bone fame istis vtendo ad diuinū honorē. Ex facto igitur iuuenū predictorū obstinati senes: ex facto aie bene z ex charitate se regentis anima frigida z negligēs: condēnabiles ostendūtur qui per generationē iudeor signātur. Post hec dñs cōtra iudeos nolentes assimilari ninuitis: quia eo penitētiā predicāte nō penituerūt: vel regine austri: qz eo docēte nō didicerūt iducit exemplū ad arguēdū ingratitudinē eor ostēdēs eos silēs hoi p̄ a demone obsesso: z post liberato: z iterū post negligētiā plen⁹ possesso. Nā prio diabol⁹ habitauit i eis qñ erāt i egypto viuentes ꝑm ritū Egyptiorū q̄ expulsus fuit ab eis qñ in figura xp̄i mactauerūt agnū: et sanguine ei⁹ liniti sunt: qñz legē acceperūt q̄ excludebat cultū demonū: z ducebat ad colēdū vnū verū deū: z sic electo⁹ trāsijt ad possidēdū plen⁹ gētiles sine lege: z pphetarū oracula viuētes: nō eos tenebat i idolatria subtectos. Sz aduenīēte xp̄i p̄dicatiōe et apl̄or iudei p maiori pte increduli pmāserūt: gētiles vo deuote fidē xp̄i acceperūt: z sic diabol⁹ electo⁹ a gētib⁹ reuersus est ad possidendū populū iudaicū errore excecatū: z facta sunt nouissima hui⁹ ppl̄i peiora priorib⁹: qz peior est modo cū a principio ante legē datam fuerit status eius. vñ ait. [Cū immūdus spūs] scz diabolus immūdū faciens: z immūdiciā diligens vel inhabitās. demones enim dicūtur spūs immūdi: vel affectiōe: qz diligūt immūda: vel p̄suasione qz suadēt immūda: vel inhabitatiōe: qz inhabitāt corda imūda [exierit ab hoie] scz a ppl̄o iudaico: qz ꝑm Ambr̄. In hoie totius iudaici populi cōparatio: est a quo viuēte adhuc sub lege nature imūdus spūs exierat per susceptionē legis moysaice [ambulat p loca arida z inaquosa]. i. corda gētiliū prius humore gratie z virore fidei ac pinguedine spūssancti carētia ritū idolatrie z maculas criminū eis immittēdo [querēs] in eis [requiē]. i. perpetuā mansionē appetens ibi finaliter manere per infidelitatē et dominationē [z nō inuenit] qz aduenīēte xp̄o et predicātibus apl̄is susceptā xp̄i fide inde electus fuit. [Tūc dicit] intra se [Reuertar in domū meā]. i. ad pp̄m iudaicum [vnde exiui] eos dimittēdo. [Et veniēs inuenit eā vacantē] ab obseruātia legis z operibus virtutum per negligentiā ac fide z bonis operibus vacuā: z xp̄m hospitem non habentē [et scopis mundatā] ab operib⁹ vitiorū superficialiter z ꝑm apparentiā: qz populus iudaicus habebat quandā exteriorē mūdiciaz. sicut em̄ scopa nō tollit tenaces sordes: sed superficiales: ita ipsi qō de foris est scopabāt z mundabāt ac mundiciā exteriorē querebāt: sed intus sordidi manebāt: et ornatā exteri⁹ per hypocrisim z boni simulationē ꝑpter legis apparentiā: z traditionū pharisēor obseruantiā. Tangit ergo tria q̄ dant locū diabolo: scz ociositatē: sanctitatis p̄sumptionē: z virtutis simulationē. Sic̄r hodie timēdū est eccl̄ie ne olim expulsus ab ea diabolus eā inueniat vacātē ab obseruātia mādator dei [et scopis mundatā] ꝑm exteriorē apparentiā [z ornatā] p exteriorē cultū z obseruantiā humanarū traditionū. Multi em̄ hodie pl⁹ exteriora attendūt ad cultū eccl̄ie corporalē q̄ spūalem: qz parietes eccl̄ie z altaria ornātur: et de ornatione z purgatiōe ministror parum curat. Sed ecōtrario in eccl̄ia fuit primitiua. maior em̄ vis fiebat in ornatu spūali z interiori. Et ideo multū distat nunc eccl̄ia in hoc tpe malo a statu suo pristino. Vñ Hiero. Hiero: Christi eccl̄ia prius nata z post adulta ꝓsecutionib⁹ creuit martyrijs coronata est. Et post q̄ ad xp̄ianos principes venit potētia quidē z diuitijs maior: sz virtutib⁹ minor est facta. [Tūc] vt firmius possideat iudeos [vadit] per conatum [z assumit. vij. alios spūs] per quos vniuersitas demonū z vitior quib⁹ tentat intelligit: qz vniuersitas hoc numero sepe designat: hec sunt septē gentes pugnātes ꝓtra filios israel. Iste aūt septenari⁹. vij. donis spūssti expellit. Et addit [nequiores se] vel ꝑpter nūerū vel ꝑpter conatū: vel ꝑpter affectū quē inducūt: qz eos ad q̄s redeūt nequiores q̄ ante faciūt. [Et ītrātes] seu ingressi [habitāt ibi] z sic ola cumulant in eis vitia. Hec est em̄ intētio demonū vt non trāseāt ad horāvel tp̄s modicū: sed vt immor: nkvsq; ad obitū. [Et fiunt nouissima hois] scz ppl̄i iudaici [peiora priorib⁹] qz iudei ante legē datā fuerūt pctis irretiti: et a diabolo possessi: sz post aduētū xp̄i in pctō suo obstinati sunt peiores facti: qz eor pctā ꝑpt ingratitudinē sunt q̄si duplicata. Exteriores em̄ sunt israelite blasphemātes xp̄m in cōnēticulis suis q̄ olim fuissent in egypto ante noticiā legis: qz maior infidelitas est venientē nō suscipe q̄ venturū nō credere. ¶ Deinde silʒitudinē dictā z quo tendat parabola exponit q̄ ꝙ hic quasi de vno hoie p silʒitudinez dictū de toto ppl̄o iudaico intelligat oñdit dicēs. [Sic erit generatiōi huic pessime]. s. iudaice ꝑut supra dictum est de hoie vno. Mala fuit gñatio hec in deserto qñ vitulū adorauit: qñ contra dñm murmurauit: qñ terre ꝑmissiōis detraxit: sz peior in terra ꝑmissiōis añ aduētū xp̄i: qñ filios z filias dēmonijs imolauit: sz pessima post aduētū xp̄i: qñ xp̄i filiū ad eā missum crucifixi. Moraliʒ exponit istud exēplū de hoie qui post gratiā baptismalē vel penitētialē recidit ī culpā sicut canis reuersus ad vomitū. Moraliʒ diabolus em̄ ab hoie exit qñ in baptismo pō de rectis illius z p̄cedentiū peccatorū illecebris hō diuāte.

Ex Diabolus inuidens.

Immūdus spiritus.

Ambro.

Septenarius.

Ex

Ecclesie ornatus exterior

Hiero.

Ex

abrenūciat: vel qñ p penitentiā ꝛ confessionē a peccatis mundat̄ ꝓponēs ꝙ ab eis abstineat qui eiectus [ābulat p loca arida ꝛ inaq̄sa] q̄ corda iustorū ab omni carnalis concupiscentie amore siccata ꝛ immunia tentando explorat si quos ibi nequitie sue gressus figere possit. Sed in eis tāq̄ p gratiā dei solidatis requiē nō inuenit: q̄ qui prauis cogitationibus ꝛ actibus pascit in mentibus fideliuz oia sua tentamēta cessare ppendit. [Et volēs reuerti in domū] priorē. peccator em̄ ē dom⁹ diaboli: sicut iustus tēplū dei [inuenit eā vacātē] a bonis actibus p negligētiā [ꝛ scopis mundatā] a sordibus vitiorū ꝑm apparētiā [ꝛ ornatā] simulatis ⁊tutibus. i. exteriorib⁹ ꝛ apparentibus nō interiorib⁹ ꝛ veris. [Tūc assumit alios septē spūs nequiores se]. i. vniuersa vitia diabolo neḡora: q̄ diabolus solū suggerit malū: habitus aūt vitiosi intranei cū quadā violentia ad malū inclinat: ꝛ ingressi inhabitant vacantē ꝛ torpentē. a tot em̄ demonibus hō possidet quot vitijs subijcit. singulis em̄ vitijs singuli demones p̄sidere dicūtur. [Et fiunt nouissima hois illius peiora ꝓrib⁹] ꝛ hoc ꝑpter ingratitudinē doni ꝛ gr̄e p̄cedentis. graviora em̄ sunt crimina post baptismū vel pniam: q̄ melius est. i. minus malū est viā veritatis agnoscere q̄ post agnitā retrorsum cōuerti. i. leui⁹ est cōmittere aliq̄d peccatū cū ignorantia q̄ idē cū scientia q̄ ad penā. minorē em̄ ꝓ illo patiet pene vindictā: q̄ p contentū gratie quā de se male viuendo pellit deteriora supplicia meret ꝛ vuln⁹ iteratū tardius sanat. vñ Chri. Hec aūt nō solū ad illos: sed ad nos etiā dicta esse rōnē hz: si illuminati ꝛ a ꝓribus eruti malis rursus ab eadē possideamur nequitia. Et em̄ difficilior iā erit pena posteriorū peccatorū: ꝑpter q̄d paralitico dicit xp̄s. Ecce sanus factus es: noli peccare ne deterius aliquid tibi cōtingat. Et iterū cū semel aliq̄s liberat⁹ a malis nō sobrius efficit multa difficiliora patiet priorib⁹ et em̄ difficilior iā erit pena posteriorū pcōꝝ hinc aūt nō solū penā excogita: sed etiā infinitā dei longanimitatē. Sed ne cōfidam⁹: sz timeam⁹. Et em̄ pharao si in ꝓma plaga eruditus fuisset nō vtiq̄ accepisset experiētiā posteriorū: nō vtiq̄ postea simul cū ipso exercitu submersus esset. Sed nō rubrū mare iā p transire nūc est: sed pelagus ꝛ ignis. pelag⁹ non tale neq̄ tantū sed multo maius ꝛ silvestrius. Ideo rogo vt cōpūgant sermones gehenne audientes. Nihil em̄ delectabili⁹ est dispositione hac quare hac nihil amari⁹. Cōuertit em̄ alias nr̄as ꝛ erigit intellectū ꝛ pniciosam cōcupiscentiarū captiuationē ꝓjcit ⁊medicina nobis hic fit. Excogitem⁹ igitur ꝛ mittam⁹ ꝓncipiū vel nunc ꝛ ē ostiū pnie ꝛ tāgamus viā arctā. Usq̄quo lasciuia: usq̄quo remissio nō impleti sumus pigritātes: deridētes: tardātes. Nō eadē rursus erūt mensa: ꝛ saturatio: ꝛ superabūdātia: ꝛ pecunie: ꝛ possessiones: ꝛ fabricationes. Et quis finis? Cinis: ꝛ puluis: ꝛ sepulchra: ꝛ vermis. Ostendamus itaq̄ nouā quandā viā faciamus terram: celū ꝛ oīno assumam⁹ virtutē vt futuris potiamur bonis. hec Chrisо. ¶Oratio.



Omine iesu xp̄e magister bone fac mecū signū gratie tue in bonum vt me miserū quē cetus ꝛ draco ille magnus absorbuit pctis spūalib⁹ ꝛ carnalib⁹ tanq̄ dieb⁹ ꝛ noctib⁹ ꝛ hoc trib⁹: q̄ cōsensu ꝛ opere ac cōsuetudine tu misericorditer de faucib⁹ ei⁹ digneris liberare. Fac etiā me preterita pctā plāgere: et futura cauere. Exicca me ab humore cōcupiscētie vt quietē nō inueniat in me: mūda me scopis cōfessionis a vitiorū sordib⁹: ꝛ orna me veris virtutibus ne me a bonis vacantem inueniat: ꝛ iterato deterius peccare faciat. Amen.

¶De muliere vocē de turba extollente: ac de matre: ꝛ fratrib⁹ dñi eū querentibus. Capitu. lxxv.



Factū est aūtē cū dñs iesus hec diceret respōdens blasphemijs iudeorū [extollens]. i. ex corde tollēs ac ꝓstāter ꝛ alte ꝓferēs [vocē] in xp̄i ꝓmēdationē: ꝛ iudeoꝝ blasphemātiū cōfutationē [q̄dā mulier] nō dives: non potēs: nō nobilis: sed pauper [de turba] et de cōmuni plebe et popularibus. Solent enim populares deuotiores esse maiorib⁹. prorupit in laudē xp̄i cōtra vituperiū iudeoꝝ. Et ōr fuisse sctā marcella ancilla beate marthe que non potuit ampli⁹ blasphemias iudeoꝝ ꝝ xp̄m sustinere: ꝛ ꝝ blasphemos vocē extulit i laudē xp̄i ꝛ mr̄is sue cōmēdās ei⁹ conceptū ꝛ partū corpalē ꝛ dicēs. [Beat⁹ est vēter qui te] beatum [portauit] per quē oēs beatificamur [ꝛ beata] sunt [vbera que suxisti]. Matrē beatificat ꝛ laudat ex filio ꝛ nō ecōuerso: q̄ gratia ꝛ gloria ꝓuenit ꝓncipaliter ab ipso. Ubi apparet magna confidentia ꝛ audacia: ꝛ fides: ꝛ deuotio istius mulieris in duob⁹. primo in eo ꝙ nō silēter ꝛ in aure loquebat̄: sed extollēs vocē i altū nō timuit. suauitate em̄ verboꝝ xp̄i accēsa fuit. Scōo in eo ꝙ scribis ꝛ pharisei dñm tentātibus simul ꝛ blasphemantib⁹ ipsa magna fiducia dei filiū confitetur: vt in p̄sentiū iudeoꝝ calūniā ꝛ futurorū hereticoꝝ perfidiā confundat. Naz sicut tūc iudei blasphemātes ꝛ eū in beelzebub ejicere demonia dicētes negabāt eū esse dei filium: ita postea quidā heretici negabant eū

A Luc. xj.

Marcella.

Fides ꝛ deuotio eius.

Theo. rodes ꝛ sui sequaces. Uñ Theo. Multi nãq̃ putabant q̃ iohãnes a mortuis surrexisset sicut ꝛ heroꝫ credebat: et post resurrectionẽ suã miracula ꝓpetrasset. Alij vero dicerent eũ esse helyã ꝓpt zelũ ỽitatis quẽ habuit et ꝓpter potẽtie euidẽtiã: qꝛ ignẽ de celo posuit ꝛ qꝛ ad celũ rapꝰ credit inde esse venturus. Alij hieremiã ꝑ sanctitate q̃ sanctificatꝰ fuit in vtero matris ꝛ ꝓpt patiẽtiã in aduersis ꝛ ꝓpter bñficiũ mie: qꝛ ppli pctã planxit et lamentatꝰ fuit. Alij aũt vnũ de ꝓphetis. ſ. heli seũ ꝓpter excellẽtiã sapiẽtie. habuit em̃ duplicẽ spm̃ helye: vel q: surrexit vnꝰ altꝰ de antiqs ꝓphetis ꝓoibꝰ. Et sic ptz diuisio erroꝛis habiti de iesu a diuersis. Sic adhuc hodie variant hoies inqrẽdo saluẽ siue beatitudinẽ. Unusq̃sq̃ em̃ ponit beatitudinẽ in eo qõ diligit: ꝛ hoc ꝑ deo colit. qꝛ ꝑm Augu. hoc ab hoie colit qõ ꝓ ceteris diligit. Deide exigit a discipulis ꝓpriã de se confessionẽ dñi. [Uos aũt] ab alijs discreti q̃ nõ estis de turba: sed mei discipuli q̃b9 datũ ẽ nosse misteriũ regni dei qui estis lux mundi q̃bus ora q̃cũq̃ audiui a patre meo nota feci [quẽ me ec̃ dicitis?] q.d. Si alij errant opinione falsa de me vos tñ nõ debetis errare q̃ tandiu mecũ fuistis ꝛ meã doctrinã audistis ꝛ miracula tantaꝫ vidistis. [Et rñdit petrꝰ] ꝓ oibꝰ. ſ. ꝓ se ꝛ ꝓ alijs: qꝛ oẽs vnũ sciebãt ꝛ idẽ sentiebãt: lz alij aplꝰ etiã scirent: iste tñ tanq̃ senioꝛ ac ꝓnceps ꝛ caput aliorũ sit os totꝰ collegij ac ꝓ oibus et ꝓ oibus rñdit q̃ oibus ꝓesse ꝛ ꝓdesse debuit. Ex quo ptz q̃ ꝓcipue ad petri successoꝛẽ pertinet certificatio dubitationũ de fide ꝛ ptinẽtibus ad eandẽ. Petrus igit nõ a parentibus sed a patre celesti edoctus dei filiũ et hoiem videns virũq̃ cõplexus est acveritatẽ diuine ꝛ hũane nature. i. verũ deũ et hoiem in eodẽ supposito cõfitet̃ dicẽs. [Tu es xp̃s filius dei viui]. q.d. [tu es xp̃s]. i. hõ ẽ qõ vnctꝰ es oleo gr̃e ꝓ participibꝰ tuis: ꝛ sic cõfitet̃ eꝰ hũanitatẽ in qua vnctus est oleo gratie ꝓ alijs ꝛ es [filiꝰ dei] naturalis. ſ. ꝛ nõ adoptiuus sicut alij: ꝛ ꝑ ẽs eiusdẽ nature cũ deo p̃e: ꝛ sic cõfitet̃ eꝰ diuinitatẽ: ꝛ addit [viui]. i. incommutabilis ꝛ eterni: qꝛ hebrei cõsueuerũt vocare deũ viuũ ad differẽtiã ꝛ distinctionẽ falsoꝝ deoꝝ q̃ nõ viuũt: q̃s. ſ. gẽtes vel de mortuis hoibꝰ vel de insensibili materia ꝛ substãtia sibi instituerũt. [Rñdẽs aũt iesus] petro ꝛ in petro oibꝰ mercedẽ vere cõfessionis. [Dixit ei. Beatꝰ es symõ bariona]. i. filiꝰ iohãnis. bar em̃ idẽ est qõ filiꝰ. iona aũt ponit̃ ꝑ diminutionẽ ꝑ iohãna subtracta media syllaba. Uñ bariona hic accipit̃ ac si filiꝰ iohãnis diceret: ꝛ ꝓpt̃ hoc etiã petrꝰ q̃q̃ symon iohannis ỽꝛ ꝑm Chri. Hoc dicit vt oñdat q̃m ita naturaliter est xp̃s filiꝰ dei sicut petrus filiꝰ iohanne eiusdẽ substãtie cũ eo q̃ genuit. Beatꝰ uiq̃ es ꝓpter cõfessionẽ vere fidei q̃ ducit ad beatitudinẽ [qꝛ caro ꝛ sanguis nõ reuelauit tibi]. i. nõ parentes tui vel hõ mortalis aut humana doctrina istã veritatẽ ꝛ tantũ archanũ fidei te docuerũt [sed ꝑ meꝰ q̃ est i celis] ꝛ per ꝑns tota trinitas: qꝛ indiuisa sunt opa trinitatis. vbi Chri. Sermo iste conuenit et ad oẽs vt singulis quibusq̃ dicat. Beatꝰ es q̃m caro ꝛ sanguis nõ reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Tu dicis ꝛ verũ dicis: qꝛ ego sum xp̃s filius dei viui. [Et ego] qui sum veritas immobilis [dico tibi] ꝓ te ꝛ ꝓ sociꝭ tuis cuius dicere est facere [qꝛ tu es petrus] a me petra dictus. i. cõfessoꝛ vere petre q̃ est xp̃s ac fide fortis ꝛ doctrina stabilis. Merito ꝓpter fidei fortitudinẽ ꝛ fidelem xp̃i cõfessionẽ hoc nomẽ petrus accepit q̃ in petrã xp̃m credidit. Symon q̃ppe antea vocabat: sed hoc nomẽ petrꝰ a dño ei impositũ est vt ecclesiã significaret. Qꝛ em̃ petra xp̃s: petrus est populus xp̃ianus. [Et sup hanc petrã] quã mõ ꝓfessus es ꝛ quã tu mõ i fidei fundamento posuisti. i. sup xp̃m [edificabo ecclesiã meã.] Petra em̃ erat xp̃s sup qõ fundamentũ etiã ipse edificatꝰ est petrus. huic sentẽtie aplꝰ ꝓcordãs ait. Fundamẽtũ aliꝝ ſ. cor. iij. nemo põt ponere ꝑter id qõ positũ ẽ xp̃s iesꝰ Ac si dicat nõ est aliud fundamentũ: nisi illa petra quã petrꝰ posuit fundamẽtũ cũ diceret [tu es xp̃s filiꝰ dei viui] Sup hãc ei petram edificat tota dei eccl'ia. Itẽ [sup hãc petrã] i. sup hãc fidẽ ꝛ cõfessionẽ seu huiꝰ fidei ꝛ veritatis firmitatẽ tãq̃ supra fundamẽtũ firmũ [edificabo eccl'iaz meã. Et porte inferi] que sunt suggestiões demoñ: delectatiões vitiorũ: doctrine hereticoꝝ: tormenta ac blãdimẽta ꝓsecutoꝝ: ac prana maloꝝ opa: colloq̃a ꝛ exẽpla q̃ iter ꝓditionis oñdunt: ꝛ ad tartara ducunt [nõ ꝓualebũt aduersꝰ eã]. ſ. eccl'iam sic firmatã: qꝛ a fide ꝛ charitate xp̃i nõ separabũt eã. Ex q̃ ptz q̃ ecclesia cõsistit in illis ꝓsonis in q̃b9 est noticia ꝛ vera cõfessio fidei ꝛ veritatis. ¶ Deide claues regni celoꝝ se petro daturũ dñs ꝓmisit: sed tũc nõ dedit: qꝛ si statim dedisset nũq̃ in petro prauitas cõfessiõis de qua statim subdit: vel erroꝛ negatiõis de q̃ i passione ỽꝛ locũ inuenisset. Sicut aũt ꝓ oibꝰ aplis petrus rñdit: ita i eo oibꝰ claues regni dñs ꝓmisit di. [Et tibi] qui ꝓ ceteris ꝓfessus es [dabo claues]. i. iudicij ptãtẽ [regni celoꝝ]. i. eccl'ie ꝑntis q̃ ỽꝛ regnũ celoꝝ: qꝛ ad vsum ptãtis eꝰ digne ministratũ sequit̃ aditus vel clausio regni celoꝝ. vñ Beda. Claues aũt ei nõ mõ dant̃: sed ꝓmittunt̃: necdũ enim fabricate sunt sup incudẽ crucis: nec in eo sãguine tẽperate. Ego quoq̃ earũ ministerio cũ in actu pfectiõis fuerint adhuc i ardẽtis passiõis fornace: ꝓ latroniz homicide ꝓ peria ianuã padisi: vt ꝛ tu i eo exẽplo publicanos ꝛ meretrices intrare ꝓmittas. Tu enim sup eos iudiciũ exercebis q̃ cõfitebunt̃ culpã

Theo.
Augu.
C petri responsio.
pape est decidere de dubijs fidei.
Deus viuus.
Bariona.
Chriso.
Chriso.
D Petri noiatio.
Dño ꝓmissio
E Clauiũ ꝓmissio
Beda.

e expectabūt penā. Et ī habebis ordinariā iurisdictionē z iudiciariā potestatē: ad qō duo requirunt: auctoritas cognoscēdi vel arbitrādi de culpa: z potestas absoluēdi vel etiā iudicādi: q̄ duo sub nole clauiū tibi dabo. H Beda. Claues ergo regni celoꝝ ipsam discretionē z potētiā nominat discretionē q̄ dignos vl indignos discernat: potētiā q̄ liget vl soluat. Clauis q̄ppe est potestas q̄dā spūalis supnaturaliter a deo data z infusa nō innata z acq̄sita. Et dicit H glosa q̄ due sunt claues scz scīētia discernēdi ac potestas ligādi z soluendi. Uñ sciendū q̄ sicut in sole potētia liquefaciēdi z indurādi una, est in radice: sz due in effectib⁹. sic etiā una est clauis in radice: sz due in effectib⁹. Clauis em̄ dr potestas iudicandi in potestas foro animarū nō corpoꝝ: potestas aūt iudicandi ex duob⁹ itegratur: ex potestate discernendi in cause examinatiōe: z potestate diffiniendi in cause determinatiōe p sentētiā condēnatoriaz vel absolutoriā. Prima potestas dr hic scīētia nō vt est habit⁹ cognitiōis sz auctoritas z potestas discernendi: iudicādi per scientiam prehabitā. alia dicit potentia admittendi ad regnū: vel excludendi sz verū iudiciū prehabitū: q: debent indigni excludi et digni recipi. vñ Bern. Petr⁹ claues accepit in scīētia z potestate sibi data desuper: z hec claues sunt potestas aperiēdi z claudēdi atq; inter admittēdos z excludēdos discretio. Deinde subiūgit. [Et qōcūq; ligaueris super terrā]. i. ipo sup terrā vinēte [erit ligatū z in celis]. i. celestis curia approbabit z p̄firmabit. Et siliter quodcūq; solueris sup terrā erit solutū z in celis. Hoc est p̄m glo. quemcūq; indignū remissiōe iudicaueris dū vivit idignus apud deū iudicabit: z quēcūq; soluēdū iudicaueris dū vivit remissionem a deo consequet. Hec aūt soluēdi atq; ligādi potestas nō soli petro sed z ceteris ap̄lis data est a dño: z non tm̄ ap̄lis: verū etiā episcopis z presbyteris oi ecclesie. Ita tm̄ q̄ potestas auctoritatiz est i solo deo q̄ aperit per gratie infusionē: potestas excellentie in xp̄o qui aperit per passiōis meritū: potestas ministeriū in p̄latis ecclesie: qui aperiunt p sacramētoꝝ ministerium. Sed ī petrus specialiter claues regni celoꝝ z principatū iudiciarie potestatis accepit: vt oēs per orbē credētes intelligant: q: quicūq; abvnitate fidei vel societate illius quolibet modo semetipos segregāt: tales nec vinculis pctōꝝ absolui: nec ianuā regni celestis ingredi possunt. Et p̄m glo. specialiter eā potestatez dñs petro concessit: vt ad vnitatez nos inuitaret. Ideo enim eū principem ap̄lorū cōstituit: vt ecclesia vnū p̄principaliter christi haberet vicarū: ad quē diuersa mēbra ecclesie recurrēret si forte inter se dissentirent. Nō si diuersa capita essent i ecclesia vnitatis vinculū rumperet. Hic ergo petrus eligit ecclesie p̄latus sed post cū alijs ap̄lis hanc p̄missaz potestatez accepit vbi ap̄li epi sunt ordinati q̄n post resurrectionē dñs insufflans in eos dixit Accipite spiritū sanctū ꝛc. sz pastorē omniū fideliū z ap̄loꝝ principē ac iuū vicarium in tota ecclesia p̄fecit cuz ei dixit. Pasce oues meas. Hec p̄dicta epi z prelati audiant: de munere gaudeāt: de potestate nō supbiāt. Si em̄ sic ligauerint vt petr⁹: si ita soluerint vt petr⁹: q̄cquid ligauerint ligatū erit z quicq̄d soluerit solutū erit. imitētur ergo illū in discretione z iustitia quē imitari volūt in ligandi ac soluēdi potestate. Ideo enim hec soli petro dicta sunt: vt oēs alij se i illo quasi speculo videāt sic viuēdo: sic ligando: sic soluendo: z a pace z cōcordia non recedēdo. Non p̄sumant quicq̄ contra iusticiaz z veritatem attēdētes ꝙdum apostoli dicentis. Nō em̄ possumus aliquid cōtra veritatē sz pro veritate. Et p̄m Origen. sit irreprehēsibilis qui alterū ligat vel soluit vt inueniatur dign⁹ ligare vel soluere i celo. Quodcūq; ergo ligauerint vl soluerint in terra iuste z discrete ac vtraq; clave cooperante z non errante: z ligatum z solutum erit in celo. Si tñ iniuste agit prelatus sentētia eius z ligat quo ad ecclesiam militātem: non tñ quo ad triūphantem. Sed siue iuste siue iniuste p̄ferat semp sentētia pastoris timēda est: ne forte culpa q nō sit ex ope fiat ex elatione. vñ Greg. Sub magno moderamine pastores ecclesie vel soluere studeāt vl ligare. Sed vtrū iuste vel iniuste obliget pastor: pastoris tñ sentētia gregi timēda est. Ne is q̄ subdit z cum iniuste forsitan ligatur ip̄m obligationis sue sentētiā ex alia culpa mereat. Pastor ergo vl absoluere indiscrete timeat vl ligare. Is aūt qui sub manu pastoris est ligari timeat iuste vel iniuste. Nec pastoris iudiciū temere rep̄hēdat: ne z si iniuste ligat⁹ est ex ip̄a tumide rep̄hēsionis supbia culpa q̄ nō erat fiat. Hec Greg. Tūc post confessionē discipuloꝝ de filio dei factam in petro, dicēte tu es xp̄s filius dei viui [Precepit ihesus discipulis suis vt nemini dicerēt] z revelarēt [q̄ ipse eēt ihesus xp̄s] vt p̄m q̄ ipli de xp̄o intellexerant alijs nō p̄dicarent. Hoc p̄cepit xp̄s causa humilitatis: q: de se nō magna sz humilia p̄dicari voluit: et causa nō impediente sue passionis: q: si p̄dicaret z crederet xp̄s non crucifigeret: z causa nō scādalizande sue cōgregatiōis: q: si p̄mo immortalitas z magna, de eo p̄dicata fuissent: z postea pusilli z adhuc infirmi i fide eū flagellari: crucifigi: z post multa ignominiosa mortē vidissent scandalizati de eoꝝ p̄dicatione fuissent. Uñ ista prohibitio fuit ad tēpus sczvsq; post resurrectionē: ne si ante passionē p̄dicaret irritaret fides in cordibus credētiū, ppter futurū scandalū passionis: sicut prz: factū in ipsis ap̄lis. Instabat em̄ tēpus passionis: tps ignominie z ostendēde infirmitatis:

Clauiuz significatio.

Duplex potestas.

Bern.

Origē.

Greg.

Petrus imitandus z imitēdus.

Uetatio ne cui dicerent

sed post resurrectionē habita pfecta victoria mortis erat tps pdicādi gloriā sue maiestatis. Qñ em cessauit causa scz scandalū passionis cessauit z effectus. vñ Chrisо. Qz si manifeste esset agnit9 filiº dei nemo ausus fuisset manº in eū injicere: z necz crucifixus fuisset necz resurrexisset a mortuis: ppterea adhuc ifernoꝝ regnū esset in terra: z dñatio diaboli totū mūdū teneret. vñ z Ambro. Multis ex causis iubet tacere discipulos: vt fallat principem: vt declinet tactantiā: doceat humilitatē simul: ne rudes z imperfecti adhuc discipuli maioris pdicatiōis mollib9 opprimant. Prohibent ergo discipuli eū euangelizare dei filiū: vt euāgelizent postea crucifixum. Hec est fidei gloria si vere intelligas crucez xpi. Alie cruces nihil mihi prosunt: sola crux xpi mihi vtilis est. Et verevtilis per quā mihi mūdus crucifixus ē z ego mūdo. Si mihi crucifixus est mūdus scio qz mortuus est z nō diligo eū: scio qz pterit z nō concupisco eū: scio qz corrupcela consumit hūc mūdū z quasi fetidū vito quasi leuē caueo quasi nociturū reliquo. hec Ambro. Modū aūt alloquēdi z ad ecclesiam ac fidē vocandi sive gentiles: sive iudeos describit hoc loco idē Ambro. dicit Cum aliqui ex gentib9 vocanᵗ ad ecclesiā: ita pceptorum seriem formare debemº: vt pmo vnū deuz auctorē mūdi omniūq esse doceamus in quo viuimº z sumº z mouemur: cuiº genus sumus vt non soluz ppter munera lucis z vite: verū etiā propter cognitionem quandā generis diligendus a nobis sit. Deinde opiniones illaz que est de idolis destruamus eo q non possit auri argentiq vel ligni materia vim in se habere diuinam. Cum vnum deuz esse persuaseris tūc iudicio eiº astrues p xpm nobis salutē dataz incipiens ab illis que gessit in corpore etiam diuina describens: vt plus ꝯ homo videatur victam huius virtute mortē: mortuūq ab inferis resuscitatū. Paulatim ei fides crescit vt cū supra holes fuisse videaᵗ deº esse credaᵗ. Naz nisi pbaueris q facere illa sine diuina ꝝtute nō potuit quēadmodū pōt probare in eo vim fuisse diuinā. Tali athenienses informauit precepto apls: talis nobis apud gētiles ordo seruandº est. At ño cū iudeos alloquerenᵗ apli ipsum xpm esse dicebant qui prophetic nobis esset promissus oraculis: quem non prius cum auctoritate sua dei filiū nominabant: sed virū iustū: virū a mortuis suscitatum. Illum virum de quo dictum est in prophetis. Filius meus es tu ego hodie genui te. Ita ergo z tu ad ea que difficile credū tur auctoritate diuini sermonis addisce z promissum eius aduētū prophetarum voce designa resurrectionem quoq multo ante compertam scripturarum testimonijs edoceto: non vsitatam cum ceteris vt in ipa suscitati corporis assertione eterne testimoniū diuini tatis acquiras. Cū em ceteroꝝ corpora corruptionē probaueris subijsse post mortez hunc vtiq de quo ꝛ. Nō dabis scim tuū videre corruptionē. cū probas humane fragilitatis experta: pbas humane cōditiōis merita supergressum deo magis ꝯ hoibus cōferendū. Qz si adsacramēta fideliū tendēs cathecuminus imbuēdus sit dicendū: qz vnº deus est ex q uo oia: z vnº ieſus p quē oia non duos dños esse dicēdos. Perfectū q dē patrē: pfectū esse filiuz scz vniº patrē z filiū esse substantie ꝝbū eterni dei: nō qō pfertur: sed qō opaᵗ ex patre genitū nō voce editū. hec Ambro. Ut aūt apli meiº teneret pceptū dñi: ne ante resurrectionē euā gelizarent: simulq ne horreret mortis periculū si regni gloriā dilig eret pdixit eis tūc passionē suā ostēdēs [qz oporteret]. i. cōueniēs esset scz ordinatiōez diuinā [filiū hois] scz [eū ire hierosolymā] ad operādū salutē i medio terre: qz pordinatū erat a deo pre q ibi cōpleret misteriū redemptionis nre. Qñ istud opz opez portat: opes apportat. Opz inqz nō ppē sua: scz ppē nra pctā. z iō in psōa. Que ñ rapui tūc exoluebā. Et est notabile q ipe loquens de sua passiōe notat se filiū hois nō filiū dei. q si vellet dicere q passurº erat nō fm naturā diuinā: scz humanā. Modus aūt nre redēptionis subiūgit cū ꝛ [z multa pati] factº est fasciculus myrrhe. i. cumulus amaritudinis: qz ex multis passionū generibº cōpositº est myrrhe fasciculus. Multa inqz pati: qz cōprehendi: colaphizari: cōspui: accusari: denudari: flagellari: z reprobari [a senioribº] q debebant habere pheminentiā vite [z scribis] q videbā tur habere pogatiuā sciēie [z principibº sacerdotū] q habebāt excellētiā auctoritatis z potentie qz ab istis iudicatus est ad mortē: et presidi tradituº z occidi in cruce a gētibus qui eū crucifixerūt ppriis manibº: z tertia die resurgere tāqz virtute ppria nō suscitare potestate aliena qō dixit ne nimis de eiº morte tristarentur z sic spe resurrectionis cōfortarentur. Ad hoc ignominia sue passionis z sue resurrectionis gloriaz predixit: vt suo exemplo timorem passionis tolleret: z eos ad cōsiderā dum sue resurrectionis gloriāz eleuaret. vbi Hiero. Est aūt sensus. Tūc me pdicate cū ista passus fuero. Quia nō prodest xpm publice pdicare z eiº vulgare in populis maiestatez quē post paululū flagellatū visuri sunt z crucifixum [Et assumens eū petrº] seorsuz z ducēs separatum ne coꝝ alijs videret arguere magistrū [increpauit eū] amātis affectu dicēs [Absit a te dñe] sic pati [nō erit tibi hoc] scz q intereat filiº dei viui. q.d. Indecēs ē q tu dñs maiestatis tā ignominiose patiaris. Increpauit petrus dñm potius ꝯ ceteri: qz non di mato vult confessionem suam destrui nec putat fi-ris fortilium dei posse occidi vel mori: vel potius propter feruoris amorem hoc fecit quo pre ce-

Chriſo. Ambro. Crucis chriſti vtilitas. Modus gentes Vocādi Vocādo rum iudeorum modus. Ps. xv. Ps. ij. Oportet Ps. lxvij. Fasciculus myrrhe. Passionis pdicēde cautele. Hiero. Arguendi modus.

teris ardebat. Et dñ assumpsit eū petrus secreto relinquēs nobis exemplū similiter arguendi maiorē: quia inferior nō debet in publico arguere superiorē. [Dñs autē conuersus].i. facieversa ad petrū quē p̄cedebat: vt sic cōuersus eū aspiceret z efficaci⁹ argueret [dixit ei] arguēdo ip̄m [vade post me] conformitate volūtatis z retro nō cōtra me [sathana].i. aduersarie z cōtrarie: qr mee volūtati z vie salutis cōis aduersaris et cōtraria loqueris. Sathanas em̄ interp̄tat aduersarius siue p̄trarius. q.d. nō aduerseris mihi: sed applica volūtatē tuā mee volūtati: z noli impedire passionē meā: sed magis sequere z post me eūdo vestigia mea imitare. vbi Orige. Scādalū esse. Orige. dicit Orig. Omnē discipulū peccantē scandalū sibi appellat. Petrū aūt quē dñs ante ita magnificauerat sathanā vocauit eo q̄ ꝑpter amorē carnalē quē ad dñm habebat dissuasit ei de sua passione vt nō fieret. Maximi namq; ardoris z amoris legim⁹ fuisse petrū in dñm saluatorē nostrū. Ut em̄ legit i itinerario clemētis: petrus adeo afficiebat ad xp̄i corporalē p̄sentiā quā feruentissime dilexerat q̄ post xp̄i ascēsionē quotiēscūq; dulcissime p̄tie ac societatis z allocutionis xp̄i z sanctissime cōuersatiōis memor erat tot⁹ in lachrymas resoluebat: ita vt gene ei⁹ aduste lachrymarū fluxu videbant. Ex zelo igit xp̄i volebat impedire ei⁹ passionē: et qr iste zelus erat indiscret⁹. nā xp̄i passio erat a deo ꝑordinata ad hūani generis salutē: ideo duraz meruit reprehēsionē. Quia g affectū non regulauit: vt vellet qđ xp̄s volebat z volūtatē suā nō cōformauit volūtati diuine: cui aduersari videbatur merito reprehēd̄ z sathanas.i. aduersari⁹ appellat. Hoc ergo exēplo dñi habeas: et tu oēs p̄ aduersarijs q̄ p̄ corporali alleuiatione et cōsolatione a bonoꝝ exercitio spūali tevellēt retrahere. Sicut aūt petrū quē ante pbauit hic increpat: sic nemo ob bona prius facta immunis sit a correptione ꝑpter mala que facit. Nō est ergo in cruce dñi verecūdandum sed potiꝰ gloriandū: qr est nostre salutis signū z bonoꝝ nostroꝝ principiū. vñ Chriso. Ut coronā ita circūferamus crucē xp̄i. Et em̄ oia que p̄m nos sunt p̄ ipsaz pficiūtur: z si re generari oporteat crux accedit: z si pasci mistico illo cibo: z si cōsecrari z quodcūq; aliud facere vbiq; symbolū.i. signū victorie nobis

Gloriandū i cruce dñi. Chriso.

assistit. ꝑpter hoc z in domo z in muris et in ianuis z in frōte z in mēte cū multo inscribimus id studio. salutis em̄ q̄ ꝑ nobis est hoc est nostrū signum. Qñ igit sanaris excogitaōem cōditionē crucis vel cām. nō em̄ simpliciter digito insigniri eā opz: sed cū multa fidez nullus ꝑpe te stare poterit immūdoꝝ demonū videns ensem z gladiū in quo plagā z pestiferū vulnus accepit: et arma p̄que oēm virtutē eius xp̄s soluit. ¶ Oratio.

OMine Jesu xp̄e quē beat⁹ petr⁹ te vez dei filiū est confessus: te q̄z ego indign⁹ toto corde z ore confiteor: qr tu es xp̄s fili⁹ dei viui eterni: z rogo te dñe clemētissime da mihi vt opere te cōfitear: z factis non negando fidelis inueniar: qua ten⁹ benedictionē tuā cōsequar cū petro ac firm⁹ in fide et opere p̄maneā cū ipso. Da etiā mihi re x me⁹ z deus me⁹ vt cōformitate volūtatis te sequēdo beneplacitū tuū in oibus pficiā o mode ab offensa tua abstineā z sic vsq; in finē te largiente pseuerē. Amen.

¶ De exhortatione ad sequēdum christū z sue passionis exemplum. Capitulum. ij.



POstquā dñs discipulis misteriū sue passionis secreto p̄dixit: conuocat turbā cū eis: z tā ipsos discipulos q̄z oēs ad sui imitationē et passionis tolerātiā inuitat. q.d. Nolite ꝑhibere passiones: qr opz sustinere eas oēs saluari volētes. Et ideo hic ad oēs gñal̄r loquit z oēs hortatur: qr imitatio passiōis ad oēs p̄tinet: vel p martyriuz: vel p pniam. Vñ ait. [Si q̄s] qđ notat varietatē [vult post me venire] p affectū interiorē: p imitationē exteriorē ad p̄z superiorē. z dñ dicit vult: qr neminē cogit sed cōsulit: z vnūquēq; suo arbitrio relinq̄t vt seruitiū sit grati⁹ dño: z premiū sit grati⁹ seruo. Vñ Chri. Cū aūt saluator sit pius z benign⁹ nullū inuitū aut coactū habere vult famulū: sed spōtaneos z grās agētes ei ꝑ famulatu. Et ideo neminē cogendo aut necessitatē ipo nendo: z psuadēdo z benefaciēdo vniuersos dñs. volētes attrahit. Et iterū. Si q̄s aurū daret aut thesaurū exponeret z oēs curreret: multo magis ad ea q̄ sunt in celis. hec Chrisō. Et subdit dñs. [Abneget semetip̄m] p ꝑprie volūtatis renūciationē: non tā sua vel suos: sed suū intellectū: suū affectū: suū sensum [z tollat crucē suaz] p mortificationē corpis sui: p cōpassionē ꝓximi: z si necesse fuerit p sustinētiā martyriū [z sequat̄ me]. s. me habēs lucē in intentione contra fauorē humanū me sequēs ducēs: in operatiōe z terroꝝ diabolicū

A Math. xvj.

Chriso. Inuitū nō vult

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

me expectans mercedē imremuneratione cō tra tpale cōmodū. ¶ Rectus ordo vt quivult sequi dñm primo abneget semetipm z sic tol lat crucē vt primo, voluntas eiº sit prōpta ad oēm miseriā sustinendā. Et notādū qº primº

B Hoīs pmi seu ade ia ctura et amissio triplex.

hō tria pdidit p pctm. s. libertatē: felicitatē: z dignitatē: q tria docet hic dñs p tria recupe rare. Libertatē cū dicit abneget semetipm. Felicitatē cū subdit z tollat crucē suā. Digni tatē cū addit z sequatur me. Uel abneget se in pſperitate z malū declinādo tollat crucē suā in aduersitate z bonū operādo: z sequat me vite cōformitate z in deū oia ordinando.

Penitētie inutilis sex genera.

In verbis aūt dñi pdictis excludūtur sex ge nera pnie inutilis: z est prima violēta cōtra qđ dicit si quis vult. scōa diminuta: qñ scz hō dat sua deo z se mūdo: ꝫ qđ dicit: abneget se metipm. tertia delicata: qz sic volūt aliq face re pnām vt nullā sentiāt afflictionē: ꝫ qđ di cit tollat crucē. quarta mutuata: qñ aliq glo riātur de passiōibº patrū vel fratrū suoꝝ: ipi ſo. nihil talū faciūt: ꝫ qđ dicit suā non alie nā. quinta momētanea qñ aliqvna die absti nēt et alijs diebº delitijs vacāt cōtra qđ dicit quotidie. sexta simulata q̄ est hypocritarū ꝫ qđ dicit z sequat me nō fauorē mūdi. [Si qs etiā vult poſt me venire] hoc est si qs vult at tingere pfectionē vite xpiane faciet ea q̄ se quūtur: scz [abneget semetipm z tollat crucē suā z sequat me.] Ubi tria exprimūtur in quibº

Perfe ctio vite xpiane in tribº.

pfectio vite xpiane cōsistit. Primū est sui ab negatio: scōm est crucis portatio: tertiū vite xpi imitatio. Quātū ad primū sciendū qº ad sequēdū xpm oportet hoīem tria abnegare: scz sua fm illud. qui non renūciat oibus que possidet nō pōt meº esse discipulus. Et suos

Luce xiij.

fm illud. si qs venit ad me et nō odit patrē z c. nō pōt meº esse discipulus. Et semetipm fm qđ hic dr [abneget semetipm]. s. vetustatē z pcta abijciēdo z ad meliora mutādo: vt desi

Uolūta tis renū ciatio.

nat esse qđ erat: z incipiat esse qđ nō erat: et alter ex altero efficiatur ac voluntatē ppriā abnegādo qđ plus est ꝫ abnegare res ipas

Prosper

z abijcere. vñ Prosper. Quid eis pdest qº fa cultates suas abijciūt qui volūtates ppias nō relinquūt cū sit lōge prestātius volūtati bus propijs renunciare ꝫ rebº hmōi: ergo abnegatio debet fieri omnibº desiderijs car nis et mūdi cōcupiscētijs perfecte reluctādo z in bonis actibº nullā cōplacentiā ppriā vel humanā captādo: sed solū diuinū honorē in oibus que agimus intēdēdo: vt sic veraciter possimus dicere cū xpo: non veni facere meā voluntatē sed eiº qui misit me. ¶ Quātū ad

C Crucem tollere.

scōm sciendū qº crucez tollere tripliciter pōt intelligi: scz per carnis mortificationē: p pro ximi cōpassionē: z p martyriū sustinentiā. Uñ Hylariº Hyla. Sequēdus ē dñs cruce assumpta etiā passiōis: z si nō sorte tñ volūtate comitādus

Mari. Abstinē

est. Secundū maximū epm. Duo abstinētie et crucis sunt genera: vnū corporale scz a de lectationibº z ab alijs que decipiūt sensus vi riliter renocare ac violēter abstrahere z co hercere. Aliud spūale qđ ē speciosum z subli miusscz motus animi regere z pturbatiōes illius placare: impetus vitioꝝ refrenare: cō tra ea quotidie litigare ac rixam quodā mō cum interioi hoīe cōserere. hec Maximus. Hoc etiā de cruce tolēda pōt z aliter exponi dupl'r. vno modo de cruce corporali: z sic cō uenit martyribº: z per hāc crucē intelligitur oē genus martyrij scz mortis z cuiuslibet al teriº pene vel periculi p xpo sustinēdi animi tētatio z ꝑparatio. Tūc em fm Augu. Crucē nostrā tollimº quādo penalitates quaslibet p xpo volūtarie assumimº. Alio modo expo nit de martyrio spūali quod cōuenit religio sis z pfectis. de quo martyrio dicit apls. Mi hi mūdus crucifixus est: et ego mundo. i. fm glo. Mūdi cōcupiscētie nō habent in me do minū: nec mūdus iam mihi se ingerit: z ego cōtra eū sum fortis. Et nota qº non sine cau sa vtrūqz dixit scz sibi mūdū crucifixū z se mū do. Plerūqz em cōtingit vt homo mūduz non teneat: sz tñ mūdus eū in suis occupatiōibº astringit et mortuº est homo mūdo: mūdus eū quasi viuº cōcupiscit dū in alio intentū in suis actibº rapere cōtēdit. Sed fm Greg. nec paulus a mūdo glorią q̄rebat: nec ipse a mū di gl'ria q̄rebat: ideo z se mūdo z sibi mūdum esse crucifixū gl'iabat. Sūt aūt tria in mūdo q̄ nobis debēt eē crucifixa z nos eis. Qz vt di cit iohes. Oē qđ est in mūdo aut est ꝓcupiscē tia carnis: aut cōcupiscētia oculoꝝ: aut sup bia vite. Hoꝝ triū crucifixio fit p triavota re ligiosoꝝ q̄ vere martyres sunt spūales. Pri mū ḡ martyriū ꝓsistit in tpalibus volūtaris re lictiōe. scōm in ꝓcupiscētie carnis reluctatio ne: z quāto fortior fit ista pugna: tāto glorio sior victoria martyrij. tertiū in ppie volūta tis abdicatiōe: qz fm Greg. p obediētiā ma ctaꝝ volūtas ppria: z pvictimā caro aliena: z iō obediētia dr melior ꝫ victima. Quātū ad tertiū dr. vite xpi imitatiōe sciēdū qº xpm seq nihil aliud est ꝫ eiº vestigia imitari z eiº vi te cōformari. Ꝫpm aūt imitari debemº tripli ci via qua nos precessit: videlz paupertatis: humilitatis: z asperitatis. xps em in suo in gressu nobis reliquit exemplū sincerissime pauptatis: in ꝓgressu exēplū pfundissime hūilitatis: sed in egressu exēplū acerbissime penalitatis: z qz in his tribº debemº xpi vesti gia sequi: ideo ad hūgē eoꝝ memoriā nos in uitate dicēs. Recordare pauptatis mee quā tum ad primū z trāsgressionis mee. i. pfun dissime humilitatis quātū ad scōm: z ablīn thij z fellis. i. amarissime passionis ꝫtū ad tertiū. ¶ Et nota qº oia in quibº deuoti secta tores pfectionis euāgelice xpm debēt imita ri z eiº silitudini cōformari pūt: z hoc mō ad

Dmita tio xpi i triplici via.

Treſi. iij.

Tria in qbº imi temur xpm.

Tripli ciabona

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

tria reduci. s. sm tria bona q̄ a deo recepim⁹ vt sunt res exteriores: corp⁹ ppriū: z ipsa alia que ola oportet relinqui ppter deū sivolum⁹ ipsius xpi esse pfecti imitatores. Perfect⁹ eñ xpi imitator primo dz relinquere mundū et oēs res tpales: z etiā cū hoc oim terrenorum occupationē z solicitudinē penitus dz postponere. Hoc aūt fit p volūtariā paupertatē quā xps altissime seruauit: qui i tota vita sua pauperrimus fuit. Secūdo dz relinquere corpus qđ quidē relinquit tribus modis. primo per carnis macerationē: p quā corpus vigiliis: ieiunijs z orationib⁹ atterit ne caro lasciuiat z cōtra spiritū se erigere pinaciter nō presumat. Secūdo per tpalis cōmodi abiectionē: qui nimis delicate nutrit seruū. s. corpus suū: postea inuenit eū cōtumacē: z ideo debet semper in rigore teneri: vt magis subiiciatur spiritui. Tertio per penalitatū voluntariam perpessionē: sicut apostoli z martyres qui p xpo voluntarie sunt passi. Et ola ista xps fecit z seipsum in exēplū dedit. Tertio debet relinquere aiam suā per ppriē volūtatis abdicationē: vt voluntatē suā diuine voluntati cōformet: q nihil aliud velit nisi solum illud qđ diuine voluntati beneplacitū fuerit. hoc eñ fecit ipse xps qui dixit: nō veni facere voluntatē meā: sed voluntatē ei⁹ qui misit me. Uñ ad voluntatē diuinā ita habes regulā z mensurā oim actionū suarū: sic q in oibus actionibus z desideriis tuis nihil cōcupiscas nisi q honor dei in te ampliet z in oib⁹ alijs creaturis. ¶ Sed est sciendū q nullus pōt viuere vita xpi nisi etiā moriat morte xpi: ideo sicut xps p hoc q ex nimia charitate se assumptioni nostre carnis iclinauit seipsum extinauit z per cōsequēs claritati diuine qua pfr cōstantialis existit quodā mō mori voluit: ita quilibet ad istā pfectionē tendens dz per veram humilitatē z plenariū contēptū sui mori sibijpsi seipm vsq ad nihil deificēdo z seipm nihil reputando vt viuere possit soli deo. Hō eñ ad pfectionē tēdēs dz seipsum hoc est qđ videt habere a seipso nihil reputare: qđ aūt habet a deo pura dona dei quibus cōformat vite xpi dz summe reputare: z cū summa diligentia custodire vt vere possit dicere cū apostolo. Uiuo aūt iam nō ego: viuit vero in me xps. Uñ de talibus mentibus pfectis sic mortuis sibijpsis dicit apostolus. Mortui estis: z vita vestra abscōdita est cū xpo i deo. Signāter aūt dicit z vita vra abscōdita est cū xpo in deo q: vita illa qua mens p amorē cōtinuū z beatificū pfecte vnit deo in patria illa est in presenti abscondita: q: propter necessitatem mortalis vite talis amor cōtinuus z nō interruptus in pñti vita haberi nō pōt. Sed hoc euidenter apparebit in vita. b. vbi obiecto beatifico cōtinue fruemur: z in solo deo iugiter delectabimur, ppter qđ bñ subdit. Cum autē xps apparuerit vita vestra: tūc z vos cū ipso apparebitis in gloria. ¶ Est aūt sciēdū Mors q mors ista spūalis qua hō per contēptū sui spūalis mortē sibi q̄busdā gradib⁹ pficit. prim⁹ est q pficitur hō p humilitatē reputet se oib⁹ viliorē. scōs gradib⁹ est q hoc ꝑbis ꝑpriis fateat tertiꝰ est q etiā ab alijs dici equanimiter patiat. Quartꝰ est q hō equanimiter ferat cū ab alijs contēptibiliter tractat. quintꝰ est q hō nō solū nō doleat: sed etiaz diligat qđ ab alijs cōtēnat. Et oēs isti gradus ppriē despectiōis pfecte relucebāt i xpo. Sequamur g̃ z imitemur nō diabolū, vt ābitiosi z superbi nō mūdū: vt cupidi z auari: nō carnalē appetitū: vt voluptuosi z lubrici: sed dñm iesuz xpm. Qui eñ deū nō sequitur ei quidē neq̄ se abnegare neq̄ crucē tollere ꝑdest: vis sequi xpm? Sis deo obediēs z facias z malū declinando circa virtutes insistas. Hec eñ via xps incedit: p hanc ergo via ambula si vis eū sequi in vita pñti z cū eo gaudere in patria. Sz heu pauci hodie dñz sequi volūt: z tñ multi ad eū peruenire cupiūt.

vñ Bern. O q̄ pauci post te volūt ire dñe: cū tñ peruenire ad te nemo est qui nolit: conregnare cupiūt: sz nō cōpati: nō curāt querere quē tñ desiderāt inuenire: cupiūt z te ꝑsequi: sed nolunt sequi: optāt extrema iustorū non curātes principia eorū. Et q: dñs monuit ad sustinendū pro cōfessione fidei martyriū: cōsequēter tollit huiꝰ cōfessionis triplex impedimētū. Et primo primū qđ est nimius amor suijpsius dicēs. [Qui eñ voluerit animā]. i. alalitatē [suā] sez vitam presentē alimonijs indigentē [saluā facere]. i. in pñti custodire martyriū declinādo vel corp⁹ in penitētia nō macerādo hoc est: potiꝰ saluare tpe psecutionis q̄ me cōfiteri sez eligēs potius deum offendere q̄ ꝑ eo mori: vel tpe pacis delicate seruare potius q̄ per penitētiā affligere [perdet eā] in futuro. s. vitā vel aiam: z ꝑ vita momētanea incurret mortē eternā. Unde fugiēdo mortē incurret mortē: z seruando vitam amittit vitā. [Qui aūt pdiderit animā suā]. i. animalē et presentē vitā perditioni et morti si necesse est se exponēdo eligēs potiꝰ ꝑ deo mori q̄ eum offendere: vel p penitētiā se affligēdo eligēs potiꝰ sic deū placare q̄ se delicate viuēdo ipm magis irritare: et hoc non propter mūdi vanitatē vel erroris defensionē aut desperationē: sed ppter mei. i. anteq̄ cōtra mea faciat mādata [inueniet eā] i futura gloria: z p vita mortali inueniet eternā.

Ista dictū dñi de aia z vita saluāda z pdenda simile est sm Grego. ac si diceret agricole frumētum si suas pdas: siseminas renouas. Grego. Ideo vt dicit Cassio. ve carni que hic supera ta nō fuerit: nā q̄ in hac cōuersatione vincit illic sine dubio coronat. vñ Bern. Qui voluerit aiam suā saluā facere pdet eā. Et quidē

Cor. iij.

Uiuere vita xpi Mori ꝑ xpo.

Sequentiū xpm pauci tas. Bern.

Aia perdenda. Grego. Cassio. Bern.

prudentius eā pdis vt custodias: q̄ custodis vt perdas: quid hic vos dicitis obseruatores ciborū: morū negligentores ypocras z sequaces eius docent alias saluas facere in hoc mūdo: xp̄s z ei⁹ discipuli pdere. Quē nā vos ex duobus sequi magistrū aut seruū eligitis. Epicurus atq̄ ypocras corpis alter voluptatē: alter bonā habitudinē p̄fert me⁹ magr̄ vtriusq̄ rei cōtēptū p̄dicat. Quid em̄ tibi alīd sonuit cū clamatū est: qui amat aiaz suā pdet eam? Perdet aūt dixit sine ponēdo vt martyr: siue affligendo: vt penitēs. Quāq̄ martyrū gen⁹ sit spū facta carnis mortificare illo nimirū q̄ mēbra cedunt ferro: horrore q̄dē mitius: sed diuturnitate molestius. hec Ber. Deinde tollit scōm impedimētū qō est nimia cupiditas

Lucri terreni detestatio.

lucri z desiderū terreni dicēs. [Quid em̄ p: dest homini si vniuersum mundū lucret] de quo nihil secum morīs portare poterit nisi petīm immo tanto plus acq̄siuit de inferno.

Apocal. xviij.

Un in apoc. 8r. Quātū glorificauit se z in deliciis fuit: tantū date illi tormētū z luctū [aie ꝟo sue detrimentū patiat]. s. amittendo gloriā incurrendo penā eternā: z pdēdo hūanā substātiā. q. d. nihil pficit immo p talia multū pdit. s. id qō est immortale z diuinū in eo: z iō aia cū sit immortalis p̄ponenda est oībus corruptibilibus z transitorijs. nā aia rōnalis imagine trinitatis insignita p̄ciosior est cunctis terrenis. Et iō stult⁹ est q̄ plus pecuniā q̄ seipsum diligit qō facit q̄ppter illā tormētis eternis se exponit. Un nimis stult⁹ ē auarus: immo peior q̄ diabolus: qr auarus pl⁹ diligit nūmū q̄ aiam suā vel alterū: sed diabolus plus diligit vnā animā q̄ totū mūdū. Quapropter dixit xp̄s p̄sumens decipe eū. si cadens adorauer is me dabo tibi mūdū istū.

S Auar⁹ peior est diabolo

mat. iiij

Orige. Et iō vt dicit Orige. Duob⁹ ꝓpositis maius est eligendū: vt mundū pdamus z lucremur

Ambro. animas nr̄as. vñ z Ambro. valde timēdū est ne ꝓpter auaricia pecunie: vel ꝓpter amorē carnalis vite salutē alarū q̄rere negligam⁹: qr nihil pdest lucrificare tpalia si pdant eter

Chrisо. na. Et dat Chri. exēplū. Si egens in vltimis malis posit⁹ videres seruos in lasciuia agere qō lucrū estimares te eorū dñm esse: sic q̄d lucrat aia tua misera cārne lasciuiente si futurā dānationē expectat? Sz magna heu ho die cecitas z amentia in hoīb⁹ reperit. qr p̄m

Augu. Augu. siq̄s argētū auro p̄ponit demētissim⁹ iudicat: si ꝟo aurū deo p̄ponit a nullo reprehendit. Exponit etiā p̄dictū dñi ꝟbū de illis qui alias alioꝝ lucrari volunt z suas negli-

Chrisо. gunt. vñ Chri. Si alterius solicitus cōtēnas te: similis es eis q̄ metalla fodiunt z necant. Et q: posset aliq̄s dicere: z si aiam pdā: tñ ex multis q̄ lucrabor eā redimā qō falsum est. vñ dicit. [Aut quā cōmutatione] i. redēptione [dabit hō p aia sua]. s. dānata. q. d. si pro ea totus mundus daret non ꝫ hoc liberaret. Et ideo nō potest cōparari lucrum mūdi ad detrimētū aie per qō homo perdit eā z vitaz eternā. Nam pditis diuitijs possunt p alias diuitias cōpensari: z si moꝝ infligit pōt cō pensari per vitā immortalē: que in refectiōe expectatur: sed si aia p culpā perdat nō expectas in alia aia recompensari: qr nō poteris aliā animā sed neq̄ aliq̄d aliud quasi cōmutationē p ea dare: vt liberes eam de eterna morte. Deꝰ aūt p aiab⁹ hoīm dedit cōmutationē sanguinē filij sui p̄ciosuz. Perdēda est igitur aia z vita presens in hoc seculo ꝓpter dñm nō saluāda ꝓpter lucrū z desiderū terrenū. Quapropter vt ait August. Uolūtarie

Augu.

nūc p xp̄o postponam⁹ q̄nq̄ dimittēda ne (qō absit) p transitorijs amittam⁹ eterna. Si em̄ tibi dicer et sis toto hoc mēse dines z potēs z fac quicq̄d velis: vtere carnis voluptatib⁹ sicut placet: ea tñ cōditione vt oculi tui postea eruantur: oē solatiū tollat: toto tpe vite tue in fame z siti in oi cruciatu z in oi miseria vi uas: nūquid illud tale bonū hoc tenore susciperes? Et quidē tota hec vita nec mensis est nec vnius diei vel horē spaciū ad illi⁹ eterne infelicitatis cōparationē cuius miserie neq̄ finis est neq̄ pena similis inuenit. vñ Jsido.

Pena eterna.

Jsido.

Si haberes sapiētiā salomonis: si pulchritudinē absalonis: si fortitudinē sanſonis: si lōgitudinē enoch: si diuitias cresi: si potestatē theboinā q̄d pdesset tibi si tandē caro daret mamib⁹: aia demonib⁹ cū diuite cruciāda sine fine? q. d. nihil. Duo q̄ppe sūt tpa ecclie: vnū pſecutionis: z tūc anteq̄ deū negem⁹ ponen da est aia z p̄sens vita: aliud pacis: z tūc frā gēda sunt desideria terrena z lucra cōtēnenda. Nulla g̃ mūdi aduersitas aiam tuā frāgat: nulla ꝓsperitas alliciat: nulla fallacia seducat a p̄ceptis z mādatis dei: z a charitate q̄ est in xp̄o dño nostro. Oibus modis z in oibus debem⁹ semp beneplacitū dei facere: z ab offensa ei⁹ abstinere. Deide tollit tertiū

Tēpora pſecutionis

Ie pdi tio irreparabilis.

Ie pdi tio maxima.

Tēpora ecclie.

J

impedimētū ad cōfitendū fidē xp̄i qō est pudor seculi. Nā ſm Grego. Sepe ex humana

Grego.

Pudor

verecūdia prepedimur: vt rectitudinē quam sci⁹ seruam⁹ in mēte nondū exprimere valeam⁹ uēdus. invoce: z tāto dei faciē ad iustitie defensionē negligem⁹ quāto humanas facies cōtra iustitiā veremur. Et ſm eundē sunt qui dicūt.

scī amo uēdus.

Nos nō erubescimus deū cōfiteri: sed ad pfessionē fidei nō sufficit vox professiōis xp̄iani: dū verētur a proximis despici: dū indignā tur iniurias tolerare: dū erubescūt si iurgiū contigerit prioꝝ satisfacere. Hoc g̃ impedimētum tertiū tollit: primo ex fructu: scōo ex pena: quia xp̄s cōfitētes cōfitebit et recognoscet: et erubescētes erubescet. i. nō cognoscet eos de suis in scōo suo aduētu z iudicio cum venerit i maiestate sua: sez hūana. i. i forma humana glorificata z patris. i. maiestate diuina que sibi z patri est cōis: quā tñ hz a pa

tre suoꝝ sctoꝝ angeloꝝ qui apparebūt cū eo. Tūc enim erubescet infideles: ignorabit fatuas virgines: obiurgabit misericordes. Uñ

Judicabit pr̃ et spūssanctus vt filius.

ptz q̃ nō solū iudicabit filiꝰ in forma deitatꝫ: sed etiā pater ꝛ filiꝰ ꝛ spūssctūs: quoꝝ est vna maiestas in forma: tñ visibili solus filius apparebit: vt ex hoc solus filius hois iudicare dicat. Indiuise itaq̃ iudicāt pater ꝛ filiꝰ nec nō ꝛ spūssctūs. Uerū quia potētia sapientie cedit in descriptione iudicij: vbi equitas magis est examināda ꝛ considerādū quid cuiq̃ debeat p meritis q̃uis ꝛ potētia sit exercenda nec bonitas subtrahēda: iō spāl̃r discrimē iudicij attribuit sapiētie: q̃ iudicij est p sapientiā diuinā: sapiētia autē tota cōmunicatur filio: ꝛ ideo etiā solus filius ꝺr iudicare. Tempore ergo psecutionis nō erubescat xp̃ianus fidelis pro xp̃o affligi: ꝛ si opus fuerit morte affici ac substātijs nudari ꝛ honoribus deijci. Tempore ꝥo pacis cū vitia maxime subrepūt: carnē refrenat ne lasciuiat: ꝛ p xp̃o nō vereat a primis despici: iurias: ꝥdorū pati: prior primo satisfacere: vt veraciter ꝓbet seq̃ humilitatē capitis sui: ꝛ ipm confitēs mereat ab eo recognosci. Et ne ad abnegādū se ꝛ tollēdū crucē auditores terreant: iō tristibꝰ leta subiūgit dicēs. [Filiꝰ el hois] i. virginis q̃ ita sevocat ꝓpter sui humilitatē: ꝓpter carnis veritatē: ꝓpter matris puritatē siue integritatē [vēturꝰ est] ad iudicandū orbē [in gloria patris sui cū ãgelis suis] in forma gloriosa iudicabit. Qui prius venit hūilis vēturꝰ est p manifestationē gl̃ie ꝛ virtutis. [Et tūc reddet] sine tpis dilatiōe [vnicuiq̃] sine psonarū acceptiōe vbi nō psone sz opa cōsiderant. vñ sequit [ꝑm opa sua] sine diminutiōe: iustis quidē p̃miū. i. gloriā aie ꝛ corporis alijs aūt suppliciū. i. penā vtriusq̃. hic est locꝰ merēdi ꝛ liberādi aiam ibi mittēdi ꝛ recipiēdi ꝑm merita. Ambula hic dū lucē habes ne ibi tenebre te cōprehēdāt. Suscipe hic mortē: vt ibi suscipias vitaz imortalē. Noli timere q̃ tristibꝰ leta succedūt. Times mortē: audi gloriā triūphātis: vereris crucē ausculta angeloꝝ misteria. Attēde ꝛ hic verbū Ber. q̃ dicit. Uis scire q̃ debeas ie su xp̃o. Debes ei vitā tuā: q̃ ipse vitā suā posuit p tua. ¶Et q̃ rudes erāt apli ne eū sicvēturū dubitarēt ꝛ fatigati expectatione deficerent ꝓmittit in pñti ꝓsolatio vt citiꝰ credāt de futuro. Unde bonꝰ magister ne discipuli desperatiōe frangant aut tedio subiūgit eos cōsolādo. [Amē dico vobis] vt securi de hoc situs [sunt quidā de hic stātibꝰ] discipulis [q̃ nō gustabūt mortē.] tpalē que est quidā gustus respectu mortiz eterne: vel gustus ꝺr q̃tū ad bonos q̃ nō pmanēt in morte [donec videāt] oculis corpalibꝰ [filiū hois venientē in regno suo]. i. in ea claritate regni quā habebit cū ad iudicādū veniet vt qualis ē vēturꝰ postea

Ber̃.

R Sustatio mortis.

presenti quoq̃ tpe demōstret ꝛ appareat hoc est donec videāt similitudinē glorie quā corpora electoꝝ qui eū nūc cōfitent habebūt in eccl̃ia triūphāte vt p hoc sperēt eterna futura in re. Uñ ꝑm glo. in corpe mortali ostēdit eis nō imortalitatē sz claritatē future imortalitati similē: et ita sensus est donec videāt regnuz dei. i. imaginationē glorie regni dei. Cū xp̃o hic stantes sunt in statu gratie q̃ pro ipso patiēter passiōes sustinēt: ꝛ isti mortem culpe vel gehēne nō gustāt: sz cū ipso ad gloriā eternā trāseūt: hāc piā ꝓmissionē eis fecit: vt p visam gl̃iaz future resurrectiōis ꝛ cōtēplationē gaudij manētis ad aduersa trāseūtis seculi fortius ferēda animaret. Uisionem aūt promissam distulit vt eā vehemēti⁹ desiderarēt: ꝛ desideratā magis acceptarēt et gratā haberent. ¶Oratio.

Stātes cū xp̃o.

OOmine Jesu xp̃e da mihi vt meipm sic abnegē q̃ in ꝓsperitate ꝛ in oib⁹ que tpaliter delectant a malo declinem: ꝛ nihil nisi honorē tuū querā: meeq̃ volūtati renūciās tibi ꝛ ꝓpter te oñi creature obediā. Da etiā mihi vt tollā crucē meā afflictiōes ꝛ penalitates p mevolūtarie assumēdo: ꝛ ab alijs illatas patiēter sustinēdo: ac primis in necessitatib⁹ cōpatiēdo: ꝛ in omni aduersitate bonū facere nō desistēdo. Da etiā mihi vt te sequar vestigia tua imitando ꝛ tue vite me cōformādo post te venīā ad supernā patriā pertingendo. Amen.

¶De trāsfiguratione dñi. La. iij.



A Math. xvij.

Deinde quod iã supra promisit soluit cū dicitur. [Et post dies sex] sz Lu. ix. ꝛ Math. nō numerādo extremos vel [die octaua] ꝑm lucā numerādo diē p̃mū quo ꝓmisit et vltimū quo soluit [assumpsit Jesus secū Petrū ꝛ iacobū ꝛ Johānē ꝛ duxit illos seorsum in montē valde excelsum] sz tabor quarto miliario a nazareth contra orientē vt ibidē oraret. Mathe⁹ ꝛ marcus ponūt tñ dies medios: sz lucas etiā extremos. Illi sex qz post sextā mūdi etatē aie sanctoꝝ in beata expectatiōe requiescēt. Lucas octo qz in octaua resurrectiōis corpa sctoꝝ in gloriā imortalitatis resurgēt. Hic ḡ post sex etates quiescendū esse ab oi labore: ꝛ ibi octauo tpe resurgendū designat. Unde ꝑm Hiero. ꝛ glo. hoc bene misterio cōuenit. naz sicut xp̃s post sextā sabbati qua crucē ascendit: ꝛ post septimaz sabbati qua in sepulchro quieuit: octaua die resurrexit: sic ꝛ nos post sex mūdi etates quibus pro dño patimur ꝛ laboram⁹: et post septimā quietis animarū que interiz in alia vita geritur octaua etate resurgem⁹.

Hiero.

B Transfiguratio nis dñice tps.

Trāsfiguratio ergo fuit in octaua die: qz facta est ad ostendendū discipulis suis gloriaz resurrectionis future que erit in octaua mūdi etate: z propter hoc figurata est hic p octaūā diē. Assumpsit aūt secū tres tm̄: vt in ore triū staret testimoniū. Itē in signū q̄ q̄ nunc fidē trinitatis firmiter seruabūt: tūc in eterna visione gaudebūt. Istos aūt tres. s. petrū iacobū z iohannē spāliter assumpsit: qz istos familiariter diligebat. Hoc aūt fecit ad designāduz q̄ quicūq; vult gloriā dei videre opz q̄ fidē cognoscat: sicut petr⁹: q̄ vitia supplātet: sicut iacob⁹: q̄ ad bene operandū grām habeat sicut iohānes: qz oē meritū cōsistit in credēdo verū: in declinādo malū: in faciēdo bonū. Item ad cōmendationē oim statuū ecclesie. nā per petrū significant coniugati vel etiā prelati: per iacobū penitētes vel actiui: p iohānē virgines theorici. Et pulchre ostēdit.

Cur seorsuz duxerit.

surus discipulis resurrectiōis gloriā seorsuz eos duxit vt intelligam⁹: qz si eiusdē resurrectionis participes esse cupim⁹ a turbis malignoz̄ hoiz̄ z tumultib⁹ seculi diuisi esse debem⁹. Pulchre etiā eos in montē excelsuz duxit z nō vallē: vt discam⁹ gloriā nō in pfundo hui⁹ seculi: sed in regno supne beatitudinis esse q̄rendā z q̄ ad illā gloriā future resurrectionis puenire: et in decore suo xp̄m videre merebimur si ima z terrena descendētes ac sublimia z celestia desiderātes mēte in celestib⁹ habitem⁹. Necesse est em̄ oīb⁹ qui deū contēplari desiderāt: vt nō infimis voluptatib⁹ iaceāt: sz semp ad celestia se erigāt.

Cur in montē.

Ascēdit aūt in montē: vt oraret innuēs oraturos in mōtē virtutū ascēdere z sursum nō in imis corda hr̄e: ac ptinuis p̄cibus insistere. Et bñ mōs iste dict⁹ est thabor: qđ accessio lucis interp̄tat: qz oē qđ manifestat in lumine māni festat. Effectus aūt oronis ostēdit ppter qđ oravit. s. ppter gloriā future resurrectionis manifestādā ap̄lis. Dū em̄ oraret transfigurat⁹ est corā eis. Nō dicit trāsfigurauit se vt notet actio fieri ex potētia trinitat̄: sz in natura hūanitatis. [Et bñ dū oraret facta est altera species vult⁹ ei⁹.] feruor em̄ z deuotio oronis dispositio est ad trāsfigurationē z extasim mentis. Uñ petr⁹ dū oraret fact⁹ est in extasi mētis. Conspice bñ ista z te pñtē exhibe: qz magnifica sunt valde. [Resplēduit em̄ facies sicut sol] immo plus q̄ sol: sz nihil hz clari⁹ cui cōpare. [Uestimēta aūt ei⁹ facta sunt alba sicut nix] z sic pfusa lumie vt alba extra appareret. ꝺm Aug. Candor vestiū p̄cedebat a facie: splēdore: z ista fuit vera mutatio in facie: sed nō in veste. Nō subst̄tiam vere carnis amisit: nec corpis veritatez subtraxit: sed splendorē addidit. Uñ lucas dicit dñi spez q̄ [facta est species vult⁹ ei⁹ altera] nō alia. Jn carne ergo mortali immortalitatis et resurrectiōis suę vel nostre gloriā nō in se sz in seculi claritate sicut voluit ostēdit: vt illi⁹ glorie quā predicabat certiores nos redderet.

Thabor.

Candor vestiū. Augu.

C Transfigurationis dñice tria facit.

Ecce quātū pign⁹ beatitudinis nostre habemus. nō em̄ erat aliūde trāsfiguratio nisi secūdi aduētus prenūciatio in quo ipse xp̄s z sancti ei⁹ lucebūt sole clari⁹. vnde nō assumpsit claritatis dotem: sz dotis sil'itudinē. Nā vt leo papa ait. Illā ipsius deitatis ineffabilem visionē que in eterna vita pa. mūdis corde seruat nullo mō adhuc mortali carne circūdati itueri poterāt videre. Splē dotauit faciei significat claritatē diuinitat̄: fulgor vo vestiū claritatē humanitatis ei⁹. Itē claritas faciei repñtat futuraz claritatē capit̄ xp̄i: fulgor aūt vestiū designat futurā claritatē mēbroz eius. s. sanctoz qui superabūtur a claritate xp̄i: sicut cādor niuis superat a fulgore solis. Cādor q̄ significat gl'iam future resurrectiōis ppter qđ angelus dñice resurrectiōis nūci⁹ i veste cādida apparuit. Et ꝺm Bedā. Uestit⁹ dñi sctōz illius chorus accipitur qui in terris despectus videbatur.

Leo papa. Splendor faciei. Beda.

C Moraliter circa trāsfigurationē dñs tria fecit: qz discipulos assumpsit: montē ascēdit: orationē premisit: ad significandū q̄ ad gloriā nō pueniē nisi p virtutis societatē: p vite altitudinē: per orationis deuotionē. Felix q̄ qui talē comitatū assumpsit Petrū sc̄z qui interpretat agnoscens vt sit in eo cognitio que dz esse triplex: sc̄z dei sui z proxim. Cognitio dei generat dilectionē z cauet desperationē. cognitio sui generat hūilitatē z cauet p̄sumptionē. cognitio primi generat cōpassionē z cauet crudelitatē. Et sicut suam fragilitatē: sic z mūdi vanitatē agnoscat z agnitā contēnat. Jacobū q̄ interp̄tat luctator vel supplātator: vt sit in eo luctat̄ z supplātatio: q̄ etiā dz esse triplex. s. carnis mūdi z diaboli: vt ꝺ cōcupiscētias carnis z mūdi ac ist̄igatiōes diaboli fortiter luctet et eas deuictas sub plāta p̄sternat. nō em̄ coronabit̄ nisi qui legitime certauerit. Jn signū hui⁹ iacob post luct⁹ accepit bñdictionē. Johānē q̄ interp̄tat gr̄a vt in eo sit gr̄a q̄ sil'r dz eē triplex. s. incipiēs p̄fectus z puenies. vñ ap̄l⁹. Gr̄a dei suz id qđ suz cp̄tū ad primā z gr̄a ei⁹ in me vacua non fuit cp̄tū ad sc̄az: sz illis oīb⁹ abūdāti⁹ laborauī: nō aūt ego solus: sz gr̄a dei mecū cp̄tū ad tertiā. Johānes etiā priuilegio singl'aris amoris dei dotat⁹ fuit: sic bonū diuinū sup oia diligat̄ in oīb⁹ trāsitorijs nihil nisi amorē diuinū cōcupiscat. Itē petr⁹ alio noie dict⁹ symon qui interpretatur obediēs significat obediē tiam. Johānes in quo gratia significat munditiā. Jacob⁹ qui luctator vel supplantās significat paupertatē voluntariam. z ista tria faciunt videre claritatē diuinam: sicut istiderunt transfigurationē. Felix qui talē montem. i. eminentiam vite ascendit: in quo sunt tres grad⁹; scilicet abiectio sui: mortificatio

Johannes. 1.cor.xv

Jacob⁹.

Petrus.

Moraliter

Montis ascēsio.

parnit] z inuenit alios stātes z nō ꝓficiētes: nō se hūliātes. s. gētiles [z dixit illis. Quid hic] i loco tā piculoso: tā trāsitorio: tā fetido: [statis] cū potius ire deberetis: qz vita breuis: via longa: virtus debilis. [tota die] cuz habeatis tpis oportunitatem: mercedis securitatē z immensitatē [otiosi] vobis nihil ꝓficientes: ꝓximis nō subueniētes: hostib⁹ nō resistentes: z in posterū nō ꝓuidētes: cū multa mala docuit otiositas. Quasi dicat dom⁹ otiosis. Cur tanto tēpore pro salute vestra negligitis laborare? [Dicūt ei: qz nemo nos cōduxit]. i. nullus propheta: nullus doctor ad nos instruēdū venit [dicit illis. Ite z vos]. s. gentiles [in vineā meā] mente credēdo: ore
D Chriso. Operā dum vt mandu ces. cōfitendo: opere laborando. qz ꝑm Chri. Qui nō opat in hoc seculo nō manducat in futuro immo dies iste est dies opationū: dies q̄ seq̄tur est dies feriarū. Et interponit hic cōiunctio copulatiua. s. z qz gētiles iudeis adiūcti sunt: vtvna ecclesia ex ābobus fieret. Ista parabola ꝓncipaliter z cōiter exponit ꝑm diuersas mūdi etates: vt iā visū est supra.
Moral'r ¶ Moraliter aūt pōt exponi' devocatis ad gratiam ꝑm diuersas etates hoim: z sic in mane seu in ꝓma hora intelligit pueritia: in tertia adolescentia: in sexta iuuēt⁹ seu virilis etas: in nona senect⁹: in vndecima senīū seu decrepita etas. In q̄b⁹ q̄ in bonis opib⁹ laborare negligit tota die. i. tota vita otiosus stat. Ergo quolibet tēpore: qualibet etate vocat deus homines ad gratiā et gloriā qz semp aliqui ad
E obiectio sibi fctā vitā bonā ꝓducunt: z a domino premiātur si eīvera nūq̄ sera erit penitētia. ¶ Nota hic verbū cuiusdā hominis sibūpsi opponētis et dicētis. Jam es in hora nona q̄d igit otiaris? Nunc es in vndecima q̄d igit stas? Quā aliā expectas? Sz ne in vndecima hō dedignabit
Etates sex hominis. seruitute tua. ꝑm Jsido. sex sunt etates hois. ¶ Prima etas est infantia z ptendit in septē annos. Secunda est pueritia tēdens vsq̄ ad quartūdecimū annū. Tertia est adolescentia que ptendit vsq̄ advigesimūoctauū annū. Quarta est iuuentus finiēs in q̄nquagesimo anno. Quinta senioris. i. grauitas que est declinatio iuuentutis in senectutē: nōdū senect⁹ sed iā nō iunētus: que etas a q̄nquagesimo anno incipiens in septuagesimo terminat. Sexta est senectus: que nullo annorū tēpore determinato finit: sed post illas q̄nq̄ etates quantūcūq̄ vite est senectuti deputat. Senīū aūt est pars vltima senectutis dicta q̄ sit termin⁹ sexte etatis. Septima vo est in q̄ete aiarū vsq̄ ad diē iudicij. Et tūc in resurrectione erit octaua etas. [Cū sero factū esset]. i. cū finito opere finis mūdi: vel vite huius aduenit. vbi ꝑm Chriſ. Cōsidera q̄ nō mane: imo sero reddit mercedē: qz solū remunerat perseuerantē operariū z fidelē [dicit dominus vinee]. i. deus pater q̄ dominus est ꝓcuratori suo] scz xp̄o. pater eīm oia dedit in man⁹ ei⁹. [Uoca operarios] z non otiosos ante tribunal [et redde illis mercedem] scz eternā. voca inquā eos de labore ad requiē: de merore ad iocūditatē: de bello ad pacē [incipiens a nouissimis vsq̄ ad primos.] Denari⁹ dat primo nouissimis. qz ꝑm Aug. Licet dē oibus simul: illi tñ qui post vnā horam vel paucas ipm recipiūt dicūtur pri⁹ recipere q̄z illi qui post multas horas expectauerūt: z postea receperūt. Et ꝑm Chri. Justitia fuit oibus reddere: sed nouissimis ꝓmo hoc nō fuit iustitie contrariū: sed mie ostensiuū: dum tamē alijs reddat. Uñ ꝑm eundē: vt ostēdat deus inestimabilē miam suam. Primū nouissimis reddit mercedem: postea primis. nimia eīm mia ordinē nō aspexit. Uñi ergo mia que in suis donis plus aspicit cor z prefert operi z tēpori supplet in nobis dāna ipsius operis z temporis. vñ Bern. Exaggera q̄tū vis merita z extolle sudores: meliorē misericordia dominī super vitas: ex ea sane operis z temporis dāna mihi resartio. Et sic ex precepto patris familias acceperūt nouissimi: z similiter primi singulos denarios. i. singula premia iuxta conuentionē: scz eternitatem: seu vitā eternam. ꝑm Augu. Jste vnus denarius qui omnibus datur est vna vita eterna que ab olbus percipietur que equalis erit omnibus nulli longior: nulli breuior: qz in eo nonvinit vnus alio minus seu prolixius: meritorū tamen diuersitate fulgebūt: alij magis: alij min⁹. Hic ergo denari⁹ vnus est in se multiplex ꝓpter differētiā accipiētiū: qz ibi erūt multe diuersitates meritorū. [Et accipiētes] primi murmurabāt aduersus patrē familias dicētes. [Hi nouissimi] scz gētiles vel martyres vel i bonis feruētes [vna hora fecerūt] qz modico tpe labores sustinuerūt. denotio eīm voluntatis tpis spaciū breuiauit cū merito. passionis xp̄i [z pares illos nobis feciſti]. s. in premio [qui portauim⁹ pōdus diei z estus.] Pō dus diei significat opus iustitie: estus vo calorē tētationū quas ꝓflat malignitas demonū: cupiditas tpaliū: delectatiōes motuū carnaliū. Portauim⁹ q̄ pōdus: qz iustitiā seruauimus z nō succubuim⁹. Pōt dici q̄ ista murmuratio erit admiratio de tanta diei bonitate in sctōz remuneratione. ¶ Ubi notādū q̄ duplex est murmur: scz cōquestionis: z admirationis. Nūc vo sancti non murmurāt tāq̄ de aliorū gloria conquerētes: sed quia videt q̄ de⁹ tā copiose remunerat tardeuenientes q̄z sibi longo tpe seruiētes: quasi murmurare dicuntur: dei sup hoc liberalitatē z miam admirātes: qz illi nouissimi q̄si ꝓ nihilo z sine labore vitā eternā vident acquirere. vnde z Petrus murmurare potuit q̄ latro citi⁹ ipso ad regnū puenit. ¶ Ubi sciendū q̄ ista retributio iusta est quantū ad precedētes: qz dat abūdās

Pō dus diei. Mur mur duplex. Mur mur clausura linum. Ne tardes conuerti. Cicero. Moral'r Mur: Volum tas dei licitū fa ci. Sic go.

eis preciū conuētū: et misericordia quātū ad
seqntes: qz p modico labore equalē prioribꝰ
accipiūt mercedē. Nō igit iniuste agit cū pri
mis: sed misericorditer dispēsat cū vltimis.
Munerat p̄mos p iustitiā: extremos ꝑm sui
bonitatē. Et equale accipiūt premiū vt ostē-
dat ꝑm aplm q nō ex operibꝰ saluati sumꝰ.
Itaqz nō quantitatē nec ꝙtitatē operū vel la
borū: sed potiꝰ cor et charitatē attēdit dñs in
remunerādo: qz nō cōsiderat quantū vel ꝙ-
diu operat fueris: sed ex quāto. Hinc etiam
colligit q sera penitētia si fuerit ꝛa: nec tol-
Ne tar- lit gratiā nec diminuit. Et lz postremi equa
des con- liter remunerētur cū primis: nō tñ stulte dif-
uerti ꝛc. feras cōuerti: vel bene operarivsqz advnde-
cimā horā ꝛ vltimū tpis: ne tūc nimis onera
tus peccatis habēs cor impenitēs exonerari
nō possis: vel si penitēs ad multā p pctis sa-
tisfactionē tenearis. Si tñ vsqz ad vndecimā
distuliſti bene viuere: nec tūc desidie ꝛz ma-
gis ꝙ priꝰ exercitationi aie intende. vñ Tul
Cicero. lius. Senibꝰ labores corporis minuēdi: exer
citatiōes aie augēde vident: ꝛ ita nihil magꝛ
cauendū est senectuti: ne languori desidieqz
Moral'r succūbat. ¶ Moraliter isti murmurantes fi-
Mur- gurā tenent quorūdā claustraliū q eo q diu
mur ti fuerūt in claustro murmurāt si eis p̄ponā
claustra tur iuniores vel parificent. Uñ docent hic se-
lium. niores claustrales nō debere murmurare si
videāt alios iuniores eis equari: vel etiā in
officijs ꝓferri ꝛ plus honorari. Itē dat hic do
cumētū q religiosi nō debent facere cōpara
tiones sui ad alios quasi ipsi plus seruiant
deo ꝙ seculares: qz sepe videmꝰ q quidā se-
cularū equātur meritis quorūdā religioso
rū: vel etiā eos excedūt p meritū. [At ille re
spōdens vni eoꝝ dixit] qđ aūt vni dixit: oibꝰ
dixit. Uel vni: qz vna ꝛ equalis erat oibꝰ occa
sio murmurādi. [Amice non facio tibi iniu-
riā] qz iniuria nō ꝯz locū vbi est mera grā ꝛ
ideo si facit et dat gratiā vni: non facit iniu-
riā alteri. [Nōne ex denario] ꝛ pro mercede
[cōueniſti mecū] a principio. [Tolle qđ tuū
est] quasi dicat. paratꝰ sum tibi reddere mer
cedem tuā [ꝛ vade] intra in gaudiū dñi tui.
[An nō licet mihi quod volo facere] quasi di
cat sic: quia volūtas dei nullo modo distorta
esse potest. vnde ſignāter dicit quod volo: qz
S eī vult ideo licitū: nos quia licitum ideo vo
Uolun lumus. Et vt nō solū licita: sed etiā benigni-
tas dei tate plena ostēdatur volūtas diuina: addit.
licitū fa [An oculus tuꝰ]. i. consideratio tua [nequā
cit. est] ꝛ inequalis [qz ego bonus sum] scz ex na
tura bonitatis mee abundanter cōmunicās
vnde dicit nequā nō ꝓpter culpā ꝛz ꝓpter cō
siderationis inequalitatē: qz illa admiratio
pcedit ex cōparatiōe divine institie magis
Grego. ꝙ eiꝰ mie infinite. vbi Greg. Stulta est qstio
hominis contra dei bonitatē. Conquerendū
quidē esset si non daret qđ deberet: nō si dat
qđ non debet. vñ ꝛ Chriſo. De eiꝰ dato nemo Chriſo.
iuste murmurat qui amploꝰ dat ꝙ hō desi
derat. ¶ Ultimo cōcludēs pabolā dicit. [Sic]
scz vt ostēsum est [erūt nouissimi primi: ꝛ pri
mi nouissimi] vt nulla sit differētia tpis cau
sa. Sepe em̄ illi qui ad pniam tarde veniūt
citiꝰ remunerant ꝙ illi q tēpestiue veniūt: qz
citiꝰ de corpe exeūt: vel sepe illi qui tarde ad
pniam veniūt tpe p̄cedūt alios in feruore si-
cut in itinere cōsueuit: vt q tardiꝰ exierūt ve
locitate morā cōpēsant. vel illi q sunt nouissi
mi in oculis suis sunt primi in oculis dei. vel
illi q nouissimi iudicio hoim sepe sunt primi
iudicio dei: qz deꝰ nō ꝑsiderat exteriora hois
sed interiora cordis. Quāuis autē audieris
i parabola oēs accepisse singlos denarios:
nō tñ putes oēs ad fidē vocatos: vitā eternā
accepturos. Unde addit sniavalde metuen-
da. [Multi em̄] de primis: de tertijs: sextis:
nonis: ꝛ nouissimis [sunt vocati] scz ad fidē
ꝛ meritū: ꝛz de his oibus [pauci sunt electi] Pauci
ad beatitudinis premiū ꝛ regnū. Multi sunt saluādi
de ecclesia militāte: q nō erūt de eccl'ia triū-
phāte. In quo paucos ostēdit esse eos q sal-
uātur ad cōparationē eoꝝ qui per singulas
horas vocant. qz ꝑm Greg. Ad fidem plures Grego.
veniunt: plures eccl'ie parietes implēt: ꝛz ad
celeste regnū pauci perducunt. Hoc figurat
de filijs israel: quorū multi ad terrā p̄missio
nis fuerūt vocati: sed pauci ad intrādū fue-
rūt electi. Et sil'r de Gedeone qui plures ad
belladū vocauit: ꝛz paucos elegit quos secū mat. vij
duxit: qz lata est via et spaciosa porta q̄ ducit
ad perditionē: ꝛ multi sunt q intrāt p eā: sed
arcta est via ꝛ angusta porta q̄ ducit ad vitā Uocatio
ꝛ pauci sunt q intrāt p eā. ¶ Dupliciter autē domini.
vocat nos deus. In p̄nti ad laborē: in futuro
ad requiē. vñ necesse est vt quicūqz futurā re
munerationē desiderat: p̄sentē nō refugiat
laborē: qz illi q p deo fideľr suscipiūt laborē:
feliciter perueniēt ad remunerationē qñ au Mat. xj
diēt deū dicentē. Uenite ad me oēs q̄ labora
tis ꝛ onerati estis: ꝛ ego reficiā vos. Et tanto
maiorē remunerationē accipiēt ꝙto maiorē j. Co. ix
laborē sustinent: qz teste apl'o. Unusq̄sqz mer
cedē ꝯz laborē suū accipiet. Oēs g̃ q̄ vocati su
mus nouimꝰ: vtrū vero electi adhūc ignora-
mus. Et ideo tāto solicitiores esse debemꝰ in
bono ope ꝙto inexcusabiles nos eē scimꝰ de Grego.
vocatiōe. vñ Greg. Duo g̃ sunt q̄ solicite pēsa
re debemus. Primū est vt de se q̄sqz minime
p̄sumat: qz ꝛ si iā ad fidē vocatꝰ sit vtrū perē-
ni regno dignꝰ sit nescit. Scōm̄ vo est vt vnus-
q̄sqz primū quē iacere fortasse i vitijs cōspi-
cit: desperare nō audeat: qz diuine mie diui-
tias ignorat. Quid em̄ sit hodie aspicimꝰ: ꝛz Alibi p̄
q̄d cras futurꝰ sit vnusq̄sqz nescimꝰ. Plerūqz irevide-
ꝛ q̄ post nos venire cernit: p agilitatē nos bo bamur.
ni opis ātecedit. Et vir eū cras seq̄mur: quē
hodie preirevidebamꝰ. vñ ꝛ Chri. Hec para- Chriſo.

bola posita est: vt q̄ tarde quertunt nō despe
ret: sz auidiores fiāt: qm̄ i hac vita nō est ita
sera pnia: quin si corde pfecto fiat possit tāto
feruore pcedere vt mereat multis poīb⁹ nō
sic feruētib⁹ in premio anteferri. hec Chrīs.
Nullus g̃ desperatiōi: null⁹ loc⁹ restat excu-
sationi: siq̄dē in oi etate et in oi hora pctōr su
scipit. pctōr ei quacūq; hora quersus fuerit
Vite in certitudo. et ingemuerit: vita viuet et nō morietur. Et qr in
certa est in oib⁹ etatibus cuilibet hora voca-
tiōis sue parat⁹ vnusq̄sq; dz esse in bona ope
ratiōe: vt sicut incert⁹ est exit⁹: sic cert⁹ sit in
bono ope anim⁹: ne forte si qn̄ pōt nō vult bo
num opari: tūc incipiet velle qn̄ nō erit posse
Debem⁹ g̃ oi die sic viuere tanq̄ illa die mo
rituri vt sic residuū tpis nr̄i possim⁹ expecta
Seneca re securi. vñ Sene. Sic ordinād⁹ est dies ois
tāq̄ cogat agonē atq; expleat vitā. Ille bea-
tissim⁹ et secur⁹ sui possessor est q̄ crastinū sine
Stultitie proprium. solicitudine expectat. Inter cetera mala hoc
hz stultitia ppriū q̄ sp incipit viuere. Quid
est turpi⁹ q̄ sene xviuere inspiēs? Cōsidera
q̄ pulchra res sit cōsummare vitā ante mor
tē. Deinde expectare secure reliquā sui tpis
partē. Null⁹ em̄ vitā in crastinū spectat. Nō
em̄ viuūt qui victuri oia differūt. hec Señ. Mul
tū q̄ppe iuuat advicēdā delectationē pcti: re
Eccli. vij. cordatio mortis et finis nr̄i. vñ sapiēs. In oi-
bus opib⁹ tuis memorare nouissima tua et in
Grego. eternū nō peccabis. et Greg. Nil tantū ad do
mandū desideriorū carnaliū appetitū valet:
Bern. q̄tū vt vnusq̄sq; mortē pēset. Et Bern. Salu
berrimū est remediū redeūdi ad dñz habere
pre oculis mortē. Multū etiā iuuat nos desi-
des et pigros: sed iesum et studiosos aspicere
si volumus non desides fieri et pigritari: sed
feruere poti⁹ et pficere. inde em̄ exēpla et bo-
na multa poterim⁹ reportare. ¶ Oratio.



Omine Jesu xpe. sūme pr̄familias
tu me prio mane i vineā tuā duxisti
dū me a iuuētute mea ad fidē et tuū
fruitiū mirificordiē vocasti: et ad labo
randū p denariovite ēne mecū quēisti: sz ego
miser tota die vite mee ociosus stetī: negligē
ter viuēdo debitū meū nō feci. Dñe qr bonus
es et misericors: fac me saltē i vndecima hora
respicere et dignos fructū pnie facere: vt apō
te mercedē q̄tulācūq; merear iuēire. Amē.

¶ De villico iniquitatis. Cap. xv.

:A Lu. xvi



Deinde ponit pa
rabolā sz rē gestā de villico
iniquitatē diffamato apud
dñm suū ex dissipatione bo-
noꝝ suoꝝ: qr eos inutiliter i
illicitis cōsumpserat et sup-
fluis: non timēs offendere
dñm suū. Que pabola sicut
et p̄dicta spāl̄r ptinebat ad
discipulos: quia officiū villicationis et pericu
lum reddende rationis maxime pertinet ad
prelatos. Est em̄ villicus ppie gubernator et Villic⁹.
custos ville: sz hic accipitur pro yconomo: id
est procuratore et dispensatore: qui scz vniuer
sam substātiam domus dispēsat. yconomus
em̄ tam pecunie q̄ frugū et omniū que domi
nus possidet dispēsatorē designat. Hic timēs
amoueri ab officio et egere clam fecit miseri-
cordiā cum debitoribus dñi sui: vt cum amo-
ueretur reciperēt eū in domos suas memo-
res sui beneficij. Et ideo dicit q̄ [homo quidaz
erat dives qui habebat villicū] et infra.
et in fine applicat parabolā ad propositū di-
cens [et ego vobis dico] ꝛc. Similiter em̄ [ho
mo quidā]. i. ipe deus pro nobis humanat⁹
dives: qr gloria et diuitie in domo eius [hz vil
licū. i. dispēsatorē cui tradidit bona ad dispē
sandū. Huius ergo dñi. s. xp̄i triplex est villi-
cus: scz in spūalibus prelat⁹: in tpalib⁹ prin-
ceps terren⁹: in vtriq; quilibet xp̄ian⁹. Qui-
libet em̄ homo est villicus dei cui triplex vil- Villa tri
la cōmissa est gubernāda qui fructus cuius- plex no-
libet ville prudēter debet dispensare. ¶ Pru- bis com
ma villa est mundus iste: cuius fructus sunt missa.
bona tēporalia que quilibet custodire dz ne
mali rapiant: et vt sibi cōmissa seruis dñi sui
distribuat. ¶ Secūda villa est corp⁹ proprium
quod est custodiendū: ne quādo ingrediatur
mors ad animā p portas sensuū. Bona etiā
ipsi⁹ corporis vt sanitas: fortitudo ꝛc. ad dei
seruitiū et honorē sunt dispēsanda. ¶ Tertia
villa est anima que a prauis cogitatiōib⁹ est
custodiēda: cuius oēs virtutes debent distri
bui ad cognitionē et honorē et amorē dei. [Et
hic]. s. triplex predictus villic⁹ [diffamatus
est apud il'ū]. s. deū: qr nihil latet eū [quasi
dissipasset bona ipsius] male eis vtendo: scz
res tpales in illicitis et iupfluis expendēdo:
corpus suū voluptatib⁹ dādo: animā immun
dis cogitatiōib⁹ implēdo. Et bn̄ dicit ipsius:
qr bona nostra dei sunt auctoritate: sz nostra
sunt vtilitate. Fit autē hic diffamatio vel ac- Diffa-
cusatio remorsu cōsciētiarū vel euidētia ope matio.
rum vel per angelos qui nobis ministrāt: et
oia opa nr̄a deo renūciāt. [Et vocauit illū]
scz inspiratiōib⁹ interioꝝ⁹: p̄dicationib⁹ ex
terioꝝ⁹: euidētib⁹ bn̄ficijs: multiplicib⁹ fla
gellis: et incutiēdo timorē eterne dānationis
[et ait illi] eū ante mortē corripiēdo et monē-
do. [Quid hoc audio de te] bonoꝝ dispensa
tore. [Redde rationē villicationis tue] et dū
vivis cogita qualiter debes opari. Opz em̄
reddere rationē: aut in vita: aut post mortē.
Jam enim vltra. s. a tpe mortis tue non pote
ris villicare nec quicq̄ boni agere. Tunc em̄
nō poterit quis deo satisfacere de rebus per
elemosynas: nec de corpore p ieiunia: nec de B
alia p̄fones. ¶ Tria v̄ba dicit hic xp̄s pctō Verba
ri magne angustie et āxietatis: q̄ si ptinue in tris.

sonarent aurib⁹ nostris nullo mō peccarem⁹. Primū est rigide reprehensionis cuz dicitur [Quid hoc audio de te?] sic ditato gratiarū muneribus: sic preuento bñdictionibus: dissipatore rerū mearū tibi cōmissarū. [Quid ħ audio?] clamorē de terra resonantē tā horribilia scelera: tā antiqua vitia q̄ tanta bona dissipasti: qz tpalia male expēdisti: corp⁹ inq̄nasti: zaiam pctis inueterasti. Scōm ℣bū est anxij timoris cū subdit. [Redde rōnē villicationis tue.] O ℣bū strictū: o ℣bū anxiū: o ℣bū duz discussiōis districte tūc faciēde: qñ exigetur a nobis rō de occultis cordiū cogitationibus: de otiosis sermonibus: de nr̄is operibus: tunc aperti erunt libri celestes: tunc apt⁹ erit liber conscientie in q̄ leget memoria q̄cq̄d hō cogitauit: dixit: fecit: tūc examinabunt oīa: tunc discutiet de tota vita nr̄a. Tertiū verbū est amari doloris cū addit. [Jam nō poteris villicare.] In futura em̄ vita tollit ois villicatio hoim ita vt vlter⁹ nec bñ nec male possit opari. Magnus igit est dolor aie qñ p̄imante hora mortis audit sibi dici q̄ vlterius nō possit villicare. Puto q̄ totū mūdū daret vt sibi cōcederet spaciū vnius hore quo peniteret: z aliq̄d boni ageret: sz nō dat: qz tps illō est reddende rōnis exercende villicationis. Audiamus g̃ hec tria verba seueri iudicis: z ante iudicium placemus eū z nō pereamus.

¶ Timens aūt villicus de vocatione in mor tevel in iudicio z reddēda rōne [ait intra se] in sua cogitatione. Intra se loquit q̄ nullum amicū inuenit cū quo cōsiliari possit. [Quid faciā qz dñs aufert a me villicationē]. i. olim villarū p̄dictarū custodiā. s. tā rerū q̄ corpis z aie. z hoc erit in morte. Sepe em̄ cōtingit q̄ tales timore mortis ducunt ad penitētiā z ad cogitandū de vita futura. Sic semp cogitare dz pctōr q̄ Job. Quid faciā cū surrexerit deus ad iudiciū: z cū quesierit q̄d respondebo illi. Non ait q̄d dicā: sed quid faciā: qz apud strictū iudicē nō excusant ℣ba suasoria: sz facta meritoria. [Fodere] p penitētiā [nō valeo] i. p̄pter labore z penitētia nō possuz de pctis satisfacere z ad vitā beatā venire [mendicare] p oronē [erubesco] qz verecūdum dz esse huius mundi diuitibus petere suffragia spiritualia z nō reprehēdere in tpalib⁹. In alia vita aia nō pōt opari opa q̄bus adiuuet ad
Chrisо. gloriā. vñ Chri. Vita p̄ns habet exercitium mādatorū: futura vero solatiū. Si nihil opatus es hic: frustra in futuro speras. Itē nec bona ipsa pōt ab alijs mendicando impetrare: qz nō dabit ei. Huius signū sunt virgines fatue: q̄ petentes oleū a prudentib⁹ isunt expulse: sed nec dives epulo mendicans guttā aq̄ meruit recipe. [Scio q̄d faciā] qz. s. añq̄ tollat p sententiā mortis a villicatiōe: debita relaxabo debitoribus dñi mei: z distribuā eis de facultatib⁹ ipsius [vt cū amot⁹ fuero a villicatione] scz in morte: recipiant me in domos suas. i. p eor⁹ merita et suffragia recipiar in vita bta: ne cogar fodere aut mēdicare frustra. Et in domos plural'r p̄pter diuersitatē Jo. xiiij p̄mior̄: qz ibi māsiones multe sunt. In has domos nullus pōt ingredi nisi p ostium mle vel spūal s vel corpalis. In cuius signū salomon in ingressu sctāsanctor̄ fecit duo ostiola de lignis oliuarū. p oleū em̄ mia designatur. ¶ Nota q̄ mansiones celestes sunt pau ¶
peruz: qz illis date sunt. pauperū em̄ spū est Mansio
regnū celor̄. Uñ si diuites illud hr̄e volunt: nes cele
opz vt a pauperib⁹ emāt. Diuites em̄ habēt stes pau
domos in terra: pauperes in celo. Libēter g̃ perum.
diuites recipiāt paupes in domos suas i ter
ra vt a pauperib⁹ recipiant in celo. vñ Aug. Augu.
Prebe terrā: z accipe celū. Ubi cōsiderādū est
q̄ vt supra dictum est: tres ville cōmisse sunt
hoi. s. mūdus: corp⁹: z aia: quor̄ fruct⁹ debet
dispensare ad honorē dei. Corp⁹ nāq̄ suū dz
distribuere ieiunijs: vigilijs: z ceteris laborib⁹ p deo assumptis: z tūc sanitas: fortitudo
pulchritudo q̄ sunt bona corpis: optime erūt
dispēsata. Si ℣o corpis labores sustinere nō
possit. dicēs cū hoc villico [fodere nō valeo]
saltē bona aie que sunt amor: cognitio: z memoria: ita distribuat orādo: meditādo de lege dñi: z cūctos etiā inimicos amādo: vt orationib⁹ sibi recōpensetur quod laborib⁹ efficere nō potuit. Et si rursus orare erubescit: vtpote quia nescit dicēs quēadmodū hic villicus dicebat [mēdicare erubesco] q̄ em̄ orat mēdicat: quia suffragiū petit: tūc certe nō restat nisi vt p̄ideat sibi taliter de bonis terre ville dñi: scz de bonis tēporalib⁹ elemosynas largiēdo: q̄ talis dispensatio oēm defectū excuset corporis z anime. Jeiunū em̄ qō distribuit bona corpis: et oro q̄ distribuit bona aie atq̄ elemosyna q̄ distribuit bona mūdi: sunt opa q̄b⁹ habet vita eterna. [Cōuocatis itaq̄ singulis] seorsuz his ab illis [debitorib⁹ dñi sui] qz religiosi z paupes q̄libuscūq̄ iusti sunt debitores dei fecit circa eos mīam de bonis tpalib⁹ sibi traditis ad dispēsandū dās ipsis oleū z triticū: oleū q̄ppe cōpassiōis et triticū subuētionis. Ad hoc g̃ tēdit ista parabola: vt sicut dedit de bonis dñi oleū z triticū: sic z nos demus pauperib⁹ de bonis a deo nobis traditis: oleū cōpassiōis interioris: z triticū subuētionis exterioris: qz bonor̄ nobis datoz nō dñi: sz tm̄ dispensatores sum⁹. In ħ aūt q̄ plus dedit de oleo q̄ de tritico significat q̄ plus debem⁹ cōpati affectu q̄ possum⁹ subuēire effectu. [Et laudauit dñs villicū] D
nō dñs oīz [villicū iniquitatis]. i. villicū ini Lauda
quū: nō q̄ aduersus eū fraudulēter: sed pro tio villi
se prudēter p̄m prudentiā hui⁹ seculi: non tm̄ ci.
bene vel meritorie egisset. non enim laudauit
eum de fraude quam fecit: sed de prudentia
et ingenio quo sibi in futurum prospexit: est

nãq; prudentia quedã sibi in posterũ puidẽ tia. Sic diuites huius mũdi nõ sunt laudabi les de deceptione in illicitis actibus: sed de hoc q; prudenter se cõuertunt ad distribuen dũ bona in pijs opibus: vt per hoc puideãt sibi in futurũ: q; ẽm Ambro. Sola misericor dia est comes defunctorum. Cui etiam pru dentissime non solũ dñs vlcisci: sed etiã dñs omniũ applauderevidet subiungens ad ḋd hanc similitudinem dederit. [Quia] inquit [filij hui⁹ seculi] z tenebrarũ. i. homines tẽ poralibus intẽti z amatores mundi [prudẽ tiores sũt filijs lucis in gñatiõe sua carnali] i. in secularibus ad que videtur geniti. i. ma gis astuti z feruidi sunt i carnalibus z tpali bus negocijs agẽdis q̃ filij lucis z vite eterne i. holes spiritualibus deputati et amatores celestiũ sint in spiritualibus negocijs exercẽ dis. Prudentiores sunt illi in malo q̃ isti in bono. Uix ẽm inueniunt aliqui qui tãtã pru dentiã z curã habent in acquirendis bonis eternis z pmanentibus: quantã calliditatẽ z solicitudinẽ isti habent in acquirẽdis bonis temporalibus z fugitiuis. Pro his ẽm die no ctuq; vigilant: anguistiant: laborant z modis omnibus tales diuitias coaceruare nõ ces sant. Sicut bubo z cattus clarius videt de no cte q̃ hõmõ ad legendũ literas: sed ad capiẽ dum mures: sic filij seculi acutius vident q̃ filij lucis: nõ ad sciendũ legẽ dei: sed ad acq̃ rendũ bona mundi. Audiãt hec filij lucis: z filijs tenebrarũ. s. hui⁹ seculi vinci erubescãt. Ideo enim hec scripta sunt vt audiẽdo pru dentiores fiant: nõ aũt vt iniquitatis villicũ imitando: fraudem vel iniusticiam in aliquo agant. vbi Beda. Audiant sapientes huius seculi vt stultã sapientiã deserere: z sapientẽ dei stulticiã discere q̃ant q̃sti eorũ sapiẽtiam diuina equitas estimauerit quos non vere prudentes: sed in generatione sua prudẽtes esse cõmemorat. Juxta hoc quod alibi dicit. Ue qui sapientes eltis in oculis vestris z co ram vobisinetipsis prudẽtes. Necnõ z ama tores vite eterne filios lucis appellando nõ aliud eos qui sapientes sunt vt mala faciãt: bene autem facere nescierũt q̃ filios esse te nebrarũ arguit: filij aũt lucis z filij huius se culi vocant: quõ filij regni z filij pditionis: cu ius ẽm quisq; agit opera eius cognominat z filius. hec Beḋ. Sz heu nos (vt ait Hiero.) feruentissimi sumus in terrenis: frigidissimi in celestibus: z summã in rebus paruis exhi bemus alacritatẽ: ad maiora tepescimus ce lerẽ habituri finẽ res sine fine querunt cele stes diuitias: imortales honores: pigra qua dã dissimulatiõe negligimus. hec Hieron.

¶ Ubi notãdũ q̃ quedã est sapientia nociua z ista est carnalis: quã habent auari in acq̃ rendo diuitias: superbi in acquirendo hono res: luxuriosi in acq̃rẽdo delitias. Uñ Jaco. iij. Nõ est ista sapiẽtia desursum descẽdẽs: sed terrena quo ad auaros: animalis quo ad luxu riosos: diabolica quo ad superbos. Quãtum aũt ad istã sapiẽtiã verũ est q̃ filij hui⁹ seculi sunt prudẽtiores filijs lucis: q; filij lucis eam aspernant z fugiũt. Scõa sapia est supflua: Sapien q̃ est de imptinẽtib⁹ ad salutẽ. Jsta sapia est tia sup mũdana z secularis: siue sit philosophica et flua. metaphisica: siue sciẽtia legum z decretaliũ q̃ esse. Quantũ etiã ad istã sapiẽtiaz filij seculi sunt sepe prudentiores q̃s filij lucis: quia viri spũales paũ curãt de talib⁹ scientijs. Tertia Sapien sapia est necessaria q̃ est de expediẽtibus ad tia ne salutẽ: z ista est sapia diuina q̃ ꝓsistit in vera cessaria dei z boni cognitione. Quantũ aũt ad istã sa piẽtiã: filij lucis sunt prudẽtiores q̃s filij hui⁹ seculi: imo in rebus diuinis filij scĩ vident eẽ stulti: filij aũt lucis sunt valde sapiẽtes z pui di. Qui aũt sunt filij scĩ nõ apparet manife ste: sed tñ põt de hoc aliqua coniectura habe ri. Una est q; cõiter filius habet inclinationẽ ad artificiũ patris: z iõ q̃n psona tota est mũ dana z ad negocia mũdi inclinata signuz est cturas. q; pertinet ad filios seculi. Scõa coniectura est q; filius assumit arma patris: sic psona q̃ in seipsa assumit arma mũdi que sunt super bia: auaricia: gula: luxuria: hec videtur per tinere ad gñationẽ mundi. Filij autem lucis sil'iter cognoscũtur duplici cõiectura. Prima est q̃n psona cũ oĩi deuotione sustinet visita tionẽ dei: qua visitat p flagella vel alio quo cunq; mõ: z q̃n nõ pmittit aliq̃d in corde suo q̃ est cõtrariũ deo: signũ est q; est filius dei. Scõa cõiectura est q; cõiter pulli auiũ come dũt libẽter cibũ quo cõsueuerũt vti parẽtes eor; z in ipso potissime delectant: sic q̃n hõ li bẽter degustat celestia q̃ fuerũt cib⁹ xp̃i: z ei sapiũt talia: ac cõtinue conat q̃liter impleat volũtatẽ diuinã: iste ẽ ꝑe filij⁹ dei. ¶ Deide q̃si a minore infert cõdẽdo ꝓpositũ. [Et ego Mãmo vobis dico. Facite vobis: id est ad vestrã vti na inq̃ litatẽ: amicos de mãmona inquitatis: scz ꝛtatis. tẽpalibus diuitijs: sz nõ eo mõ quo fecit vil licus inq̃tatis: nõ defraudãdo aliena: sz lar giendo vr̃a: vt cũ defeceritis: meritis ꝓpijs et pñti vita: recipiãt vos in eterna taberna cula. i. per sua merita z suffragia impetrent apũ deũ vos finaliter recipi in vita btã. Ad hec tabernacla ꝓpheta suspirãs ait: q̃s dile põs. lxxx cta tabernacla tua. q. d. dñs. Si tibi inifutu iij. ruz ẽt cũ dolo et fraudulẽter puidẽs lauda tur: mlto magis laudãdi eritis si sine dolo z legitime vobis puideritis. vbi Gregori⁹. Si nos eor; s. pauperũ amicitijs eterna taber nacla acquirim⁹ dãtes pẽsare debem⁹: q; pa tronis pot⁹ offerim⁹ mũera q̃s egenis bona largimur. Mãmona mãmone ligua syra di uitie dicunt: z mãmõ mãmõis sathanas qui opib⁹ seducit appellat. Et est aduertẽduz q;

Ambro.

Prudẽtes seculi.

Nocte videtia

Beda.

Esa.v.

Hiero.

E Sapien tia nocia na.

Jac. iij.

Grego.

Mãmo.

Elemosyna de Diuitie iniquitatis. Elemosyne acceptor. Bonorū diuisio. Augu. Opera mie. Hiero. Leo papa. Chriso. Dñi nō sum⁹ hic Chriso. Beda.

nō dicunt hic diuitie iniquitatis: qr inique et de malo acquisite. de illis em̄ non p̄cepit dñs qb⁹ fiat. fieri elemosynā cū nūq̄ bonus vsus iustificet male acq̄sita: z tō talia sunt restituenda non in elemosynis danda. Pōt tñ de diuitijs iniq̄ affectu vel actu male acquisitis fieri elemosyna: vt de acq̄sitis p meretriciū: vl lenocinio vel dieb⁹ festiuis laborādo: vel hmōi. Si vo diuitie nō de malo sunt acq̄site nihilominus dicunt māmona iniq̄tatis plurib⁹ de causis. Primo qr nō sunt vere diuitie nec seruāt qō ꝓmittūt: sed false qr fallunt z decipiunt. Ꝓmittūt em̄ securitatē z dāt timorē: satietatē et dāt esurie: stabilitatē z dāt subitā dejectionē. Scōo qr iniqui in eis cōfidūt: ac fidē z spē in eis cōstituūt. Tertio qr iniquus māmon p̄est eis q tētat hoies cupiditate: vt seruiāt auaricie: qō est idolorū seruitꝰ: z sepe faciūt hoies iniquos vt semp desiderēt amplius. Quarto qr sunt multarū iniquitatum materia: ꝓpter diuitias em̄ multa cōmittunt iniqua: z expēdunt in multis illicitis z supfluis. Quinto qr vt plurimū acq̄runt inique: in plurib⁹ em̄ p̄decessoribus necesse est aliquē reperiri q̄ iniuste vsurpauerit aliena. vñ vulgata cōi dr sētentia. Dis dines aut iniquus est: aut heres iniqui. Sexto dicunt māmona iniq̄tatis. i. ineq̄litatis: qr inequaliter possident: nā vn⁹ hz ad supabūdātiā: alius ad sufficientiā: ali⁹ ad necessitatē extremā: alius ad totalē penuriā. Septimo qr inique retinent. qō em̄ vltra necessaria vite retinet nec primi necessitatibus erogat: pecunia est iniquitatis. i. ꝯ eq̄tatē: in ea em̄ nō seruam⁹ eq̄tatē quā primo debem⁹: quē sicut nos diligere iubemur. Pauperes g recipient nos i suas domos celestes si nos eos receperim⁹ i nostras domos terrestres. vñ Augu. Dia bona sua dedit de⁹ duobus hoibus diuitib⁹ terrena: paupibus celestia. Sed de⁹ volēs vtrūq̄ saluare cōstituit vt hic diuites i sua hereditate recipiāt paupes z paupes in sua hereditate eos collocent: et vterq̄ p alīū colloceī. hec Augu. Et si nō oēs paupes p̄nt nos recipere i domos celestes tñ qr largimur his recipiemur ab angelis z sanctis: qr largiendo paupibus angelorū nobis ceterorūq̄ sanctorū gratiā ꝓparam⁹: z cū huius bonū sit eligere paupes bonos z alijs p̄ferre in datione elemosyne: tñ q̄ dat indigenti peccatori nō qr pctōr: ꝫ qr hō est nō pctōr nutrit: sed iustū: qr culpā nō diligit: sed naturā. Qui aūt elemosynā accepturus est attendat bñ si indigeat: alioq̄n nō accipiat ne rapinā ꝓmittat. vñ Hiero. Monache si eges z accipis das potius q̄ accipias. Si aūt nō eges z accipis rapis. Ꝓterro nō indiget monachus si habeat qō nature sufficit. Et hāc sufficiētiā ap⁹s certa diffinitiōe describit habētes incl alimēta z qb⁹ tegamur his ꝓtēti sim⁹. Uñ in collatiōe abbatis abrae: noueris aūt te ex hoc nō leui affici detrimēto: qr eū sis sani corpis ac robusti stipe sustētaris aliena: q̄ iuste solis est debilibus attributa. Vle g opib⁹ insistam⁹: qr multa bona z in vita z in morte nobis inde cō paramus. vñ Hiero. Nō memini me legisse male mortuū q̄ libēter exercuit opa pietatis hz em̄ multos intercessores z impossibile est multorum p̄ces nō exaudiri. vñ z Leo papa. Quicq̄d in cibos pauperū: in curationes debiliū in p̄cia captiuorū: z in quelibet opa pietatis impendit: non minuit: sed auget. Nec vnq̄ apud deū perire poterit: qr fidelis benignitas erogauerit dū qō cuiq̄ tribuit id sibi ad p̄mium recondit. Beati em̄ misericordes qm̄ ipsoꝝ miserebit de⁹. Nec delictorū memoria erit vbi testimoniū pietatis affuerit. hec Leo papa. Religiosus vo z q̄ nō hz vnde possit elemosynā dare materialē nihilomin⁹ ex corde pōt facere elemosynā deo valde gratā videlicet ad hoc voluntatē habendo seu etiā illatas sibi iniurias primo indulgendo vel aduersitati aliene ex corde compatiendo.

¶ Igitur o monache: o clerice: o laice: dū viuis cogita qualiter debeas operari vt sciasse habeas q̄d in iudicio possis rñdere: vbi audies: redde rationē villicationis tue. Villici em̄ sum⁹ nō dñi rerū tpaliū z spūaliū nobis ad necessarios vsus: primorū ꝓmissarū. Et si eas primis nō distribuim⁹ aliena retinemus. vñ Chriso. Opinio quedā erronea aggenerata mortalibus auget crimina: m'nuit bona. Ea vo est opinari q̄ ea q̄cūq̄ possidemus in vsu vite possidemus vt dñi. Et iō etiā oportune ea apprehēdim⁹ tanq̄ bona hcipua. Sed cōtrariū est. Non em̄ nos vt dñi in vita p̄ti collocati sum⁹ in ꝓpria domo: ꝫ tanq̄ hospites z aduene quo nolumus ducimur z quo nō putamus z qui nunc locuples est in breuissit mēdicus. Ergo quicūq̄ sis noueris te esse dispēsatorē alienorū: z trāsitorij vsus z breuis tibi iura cōcessa sunt. Abiecto ergo ab omni dominij fastu sumas humilitatē z modestiam villici. hec Chriso. Attende z aliud qō tibi dicetur. iam em̄ nō poteris villicare z opari. vñ Chriso. Quotidie talia p effectus nobis exclamat deus ostēdens nobis feruentē in meridie sospitatē priusq̄ aduesperascat exanimē z aliū inter prandia expirātē z diuersimode ab hac villicatione discedim⁹. Sed fidelis dispēsator q̄ de ꝓpria dispēsatiōe cōfidit: desiderat cū paulo dissolui z esse cū xp̄o. Ꝫs aūt cui⁹ sūt vota terrena anxiat i exitu. hec Chri. Cogita ēt qr tic fodere nō valebis z mēdicare erit ꝓfusiōis. vñ Bed. Ablata q̄ppe villicatiōe fodere nō valem⁹: qr finita hac vita i quatiñ ꝫ opari neq̄q̄ vltra bone ꝙsatiōis fructū ligone deuote ꝓpūctiōis ꝫ inḡrere. Mendicare ꝓfusiōis ē illo. s. pessimo genere mēdicādi: q̄ ꝯgines ille fatue mēdicasse ferunt et de q̄ salomon ait. ꝓpter frig⁹ piger arare no-

luit: mēdicabit g̃ estate ꝛ nō dabit ei. ꝯ Beō. Ut aūt idē dicit Beda. si hi q̄ p̄bent elemosynā de liquo mām̄ona faciūt sibi amicos a q̄bus in eterna tabernacula recipiantur: q̄to magis hi q̄ spūales largiunt epulas: q̄ dant ꝓseruis cibaria i tpe suo: certissime cēbēt spē fume retributiōis erigi. ¶ Postq̄ g̃ dñs p̄mi sit de dispēsatiōe pecunie corpalis: subdit de dispēsatiōe pecunie spūalis di. [q̄ fidelis est in minimo] ꝛ in dispēsatiōe minorū. s. tpaliū [ꝛ i maiori]. i. i dispēsatiōe maiorū. s. spūaliū [fidelis ē et q̄ i modico]. s. i carnalib⁹ [iqu⁹ ē] vt nō bñ ꝑ necessitate ꝓmoꝝ erpēdat [ꝛ i maiori]. s. i spūalib⁹ [iniqu⁹ ē] vt nō ꝑ vtilitate cōi diuidat. q. d. q̄ bona tpalia q̄ sūt minima bñ dispēsauit i elemosynis ꝛ in alijs pijs vsib⁹: dign⁹ ē vt sibi cōmittat dispēsatio spūaliū q̄ sūt maiora: q̄ fidelitas dispēsatiōis prime ē argumētū fidelitatis scde. Et q̄ modica i. bona tpalia nō bñ dispēsauit: ꝫ i illicitis cō sumpsit: vel male retinuit: idign⁹ ē vt sibi cōmittat dispēsatio maiorū. s. spūaliū: q̄ infidelitas ꝑma ē argumētū scde. ¶ Hic habes argumētū q̄ auar⁹ nō est bon⁹ p̄dicator vel plat⁹. vñ subdit. Si g̃ in liquo mām̄ona. s. in bonis tpalib⁹ ꝛ diuitijs [fideles nō fuistis] dispēsādo q̄ sūt magis bona ꝫ apparētia q̄ sm̄ vitatē [q̄ verū ē]. s. bona spūalia: q̄ sūt vera bona [q̄s credet vobis?]. i. tradet vob ad dispēsandū. q. d. null⁹ sapiēs. Unde habes exēplū de q̄dā ep̄o q̄ q̄tuor casēos tradidit ad custodiēdū nepoti suo: ꝛ q̄ male custodiuit: nō curam aliorū tradere sibi noluit. [Et si i alieno fideles nō fuistis]. s. i tpalib⁹ q̄ sūt aliena nob⁹ q̄ sūt extra nos [q̄ verū ē]. s. bona spūalia q̄ sūt hñtib⁹ intrinseca [q̄s dabit vob ad dispēsandū]. q. d null⁹ sapiēs ꝯ faceret. Qui ei fidelis nō ē in dispēsatiōe bonorū fortune ꝛ diuitiarū ꝓpe corpaliū q̄ respectu spūaliū falsa diuitie sunt ꝛa nobis aliene: q̄ extra naturā nr̄az sita nihil ei intulim⁹ i hūc mūdū: ꝛ nihil hinc auferim⁹: pñtq̄ nobis auferri ēt nolētib⁹ dispēsationē bonoꝝ gr̃e ꝛ diuitiarū spūaliū q̄ vere diuitie sūt: ꝛ nr̄a q̄ ꝑpe hoi ꝛputata. ad ea em̄ habēda nati sum⁹: nec pñt nobis auferri nolētib⁹ null⁹ ei credere vel dare ꝺz: q̄ in eis ēt infidelis esset. vñ Ambro. Aliene a nobis diuitie sūt q̄ ꝓter naturā sūt. Neq̄ nobiscū nascūt: neq̄ nobiscū trāseūt. Neq̄ em̄ nr̄a sūt q̄ nō possum⁹ auferre nobiscū. Sola ꝟt⁹ est comes defūctorū: sola nos sequit mia. Et vt dicit Augu. ꝑōt hō iuit⁹ amittere bona tpalia nūq̄ aūt nisi volēs pdit eterna. ꝼm Bedā In minimo ē fidelis q̄ hz viscera pietatis ꝛ opa mie: dādo elemosynas: ꝛ diligēdo ꝓximos in maiori ē fidelis q̄ oino adheret creatori ꝛ vn⁹ spūs cū eo desiderat fieri. Sz q̄ fratrē nō diligit quē videt: nec egeni miserēt quō diliget deū quē nō videt: ꝛ quō seipsum deo tribuet? Valde ergo considerandū est in electione p̄latorū ꝛ ꝓpositorū quales in modico fuerūt ꝛ q̄d pietatis ꝛ mie habuerit: q̄m̄ qui in modico fideles nō sunt in magnis q̄z fideles nō erūt. Unde ꝑcepit apl's Timotheo ꝛ Tito. vt in eligendo ep̄o semp ꝑconsiderēt si fidelis fuerit ꝛ nō auar⁹ in dispēsatione rei familiaris. sepe em̄ auar⁹ in erogatiōe pecunie corpalis auar⁹ est in erogatiōe talenti spūalis vt nil vere faciat nisi ꝑ pecuniā vl̄ ꝑ psonis ꝛ iuxta acceptionē psonarū. Comitat ei eū sepe auaricia ꝛ cupiditas vsq̄ ad spūalia. Et iō tales si ꝓmouent in eccl̄ia nō ē ex dei ordinatiōe sed magis ex pmissiōe quadā diuina. Dem⁹ igit aliena vt suscipiam⁹ nostra: ꝓbeamus parua vt recipiamus magna: seminemus in bñdictione vt metamus benedictionē: sed q̄ paree seminat parce ꝛ metet. Si bñ dispensamus bona minora. s. fortune ꝛ nature merebimur ꝓmoueri ad bona maiora scilz gratie et glorie.

3 Auari detestatio.

Ambro. Diuitie aliene a nobis.

Augu. Beda.

¶ Oratio.

OMine iesu xp̄e aiam meā fac virtutū villā ne villic⁹ tuus rō mea dissipet bona tua mihi credita: q̄ post mortē nescio q̄d meritorij faciā. Remitte mihi cētū cados olei q̄s tibi debeo p cōtēplationē: ꝛ cētū choros tritici q̄s tibi debeo p opationē: ꝛ amici tui pauperes q̄ te diligūt ꝛ tibi cōformant fiant mei apud te intercessores aduocati ꝛ patroni: vt cū defecero ꝓpijs meritis ꝛ ab hac vita recipiar meritis eorum ꝛ suffragijs in domos suas. s. in eterna et dilecta tabernacula. Amen.

¶ De diuite epulone ꝛ lazaro mēdico ad ianuā eius iacente. Ca. xvj.



Pharisei autem qui erāt auari audiētes dominū iesum de contēptu mūdi ꝛ contra auaritiā disputātē: ac hoies ab appetitu diuitiarū retrahentē: ꝛ ad faciēdū elemosynas inducentem [deridebant eū] quasi irrationabiliter loqueret et contraria legi ꝓphetisq̄ ꝑciperet. vbi multi diuitissimi deo placuisse legunt et obseruatorib⁹ legis bona tpalia ꝓmittunt: nō attendentes q̄ in lege carnalib⁹ minora ꝓpter regnū eternum: et in euangelio spiritualibus maiora propter regnum celorum iure precipiuntur: et ideo inter legem et euangelium sicut promissionum: ita ꝛ preceptorum debere esse distantia. Ibi nāq̄ dictum est si volueritis et audieritis me bona terre comedetis: hic vo beati pauperes spiritu: q̄m̄ ipsorū est regnū celorū. Ite lex nō ꝓmittebat tpalia tanq̄ principale p̄miū: ꝛ iō vbiq̄ in sacra scriptura pro actibus virtutū promittunt bona tpalia: sub illis intelligūt bona spiritualia ꝛ eterna tāq̄

A Lu. xvj

Legis ꝓmissio

principaliter ꝓmissa. Nec talia sic ꝓmittũtur ad malũ vsuz sicut phariseꝰ ista ad defensionẽ sue auaricie male iducebãt sz ad bonũ: qz illi q̃ bn vtunt diuitijs nõ seruiunt eis nec demoni p ea tentãti: sz magis ecõuerso diuitie seruiũt ipsis: qz sunt eis inuamẽta ꝯtutis z tales fuerũt abrahã z alij diuites qui deo seruierũt z placuerũt in eis. Vñ occurrit eis dñs cõfutans z redarguẽs eos de vana gloria et de auaricia dicens. [Uos estis q̃ iustificatis vos coram hoibus] auariciã vestram predicto modo falso colorando z opera vra: vt ab hoibus videamini faciẽdo [deus autez] cui oia nuda z aperta sunt [nouit cordа vra] z iniquitatẽ ibi latentẽ [qz qõ hominiꝫ] z in reputatione hoim qui vident in facie [altum est]. i. apparens iusticia z nõ existens in re [abominatio ẽ apud deũ] in reputatiõe dei q̃ videt in corde: qz simulata sanctitas duplex est iniquitas. Est em̃ z simulatio z iniq̃tas. audiãt hoc hypocrite z ãbitiosi qz ꝯto magis apparent z se exaltãt apud hoies: tãto magis abominabiles sunt apud deũ. Igit qz deus videt corda z p cõsequẽs etiã facta ꝯtucũq; secreta studendũ est cuilibet etiaz cũ solus fuerit vt z cogitãdo z operando mala declinet: z bona faciat. Si em̃ deũ presentẽ z oia videntẽ z vindicantẽ semp cogitaremꝰ: aut vix aut nunq̃ peccaremꝰ. vñ Boetius. Aduersamini vitia: colite virtutes: ad rectas spes animũ subleuate: humiles p̃ces in excelsa porrigite: magna vobis est necessitas indicta ꝓbitatis: cũ ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Quia ergo phariseꝰ cora hoibꝰ se iustificabãt z iustos se esse ostẽdebãt: pctõres quasi infirmos cõtẽnẽdo z elemosynarũ remedia negligẽdo: q̃ iuste hec auaricia et auara altitudo dãnanda sit in sequenti dñs docet exẽplo qđ maxime inducit ad prouocandum hoies ad opera misericordie ex diuite ꝓpter defectuz pietatis z misericordie dãnato: z nõ dr̃ hic q̃ sit parabola vel similitudo: qz ẽ rei geste narratio. vñ ꝑm quosdaz. Diues iste nabal erat quẽ dauid occidere volebat: qz victualia sibi z suis negauerat. ¶ Dicit ergo homo quidã. Ubi notãdũ q̃ hõ potꝰ sonat hic in vitiũ q̃ in naturam vt dicat hõ ab humo. i. humo adherens p amorẽ terrenoꝝ. ꝑm Grego. Nõ exprimitur nomẽ eiꝰ: qz nõ erat a deo p approbationẽ cognitus. ꝑm qđ dicit saluator reprobatis. Nũq̃ noui vos. vñ quasi ignotꝰ apud deũ nomine non designatur: neq; nominat a deo qz nomẽ quesierat a mũdo. [Hõ ergo quidam erat diues] nõ tam a possessione diuitiarum q̃ ab amore earũ: ecce superfluitas in sensu et cõcupiscẽtia oculoꝝ [z induebat purpura] rubea desup ꝓpter inanem gloriã [z bysso] albo de subtus ad carnez ꝓpter molliciẽ: ecce excessus in vestitu z superbia vite [z epulabat quotidie splẽdide] seruiendo gule magis q̃ nature: ecce excessus in victu z concupiscẽtia carnis sz q̃ vestimẽta ita z epule. Ad molliciẽ z luxuriã cultu regio dissoluebat carnẽ exterius: ac cibis z potibꝰ z fouebat interiꝰ. [Et erat q̃daz mendicus noie lazarus] diuiti ad iungit̃ pauper: qz alter alteri cõfert: sz differẽter: qz diues cõfert tẽporaliter pauperi z pauper spũaliter diuiti. vñ Chri. Dũ diues iustẽ tat pauperẽ iustẽtatur a paupere. Exprimit̃ aũt hic nomẽ pauperis: qz a deo p approbationez erat cognitus sicut ẽ moysi dixit. Noui te ex noie. vñ z pauꝑibꝰ humilibꝰ dr̃ gaudete z exultate: qz vestra noia scripta sunt in celis. Lazarus pauper z humilis noiat̃: diues ꝯo nec noie dignus habet̃. Nota bonoꝝ scripta sunt in libro dei z noia malorũ in libro diaboli. In quo pẽsandũ est quantuz interest inter publicã legẽ mũdi: z benignã legẽ dei. Nã diuites sunt mũdo celebres p noia sua: sz pauperes latẽt nec nomẽ in mũdo habẽt. Mos ẽ dicẽdi. Uñ devide ꝓfecti sumus obuiauit nobis talis comes vel dñs. Ecõtra de paupta te dr̃. Nobiscũ vnꝰ paup agebat iter. Sed in euãgelio est mos cõtrariꝰ: qz pauꝑis nomen exprimit̃: diuitis ꝯo nomẽ tacet̃: supbos diuites p iudiciũ reprobatiõis deꝰ nescit: humiles pauꝑes per iudiciũ approbatiõis noscit. Cominꝰ aspicit hos: z eminꝰ arcet illos. Diuitibꝰ sunt noia in culmine mũdi: sz pauꝑibꝰ sunt noia in aula dei [Qui iacebat ad ianuã eiꝰ vlceribꝰ plenꝰ] vt exvicinitate magis appareret duritia diuitꝫ exeũdo z reuertẽdo eũ videntis z patiẽtia pauꝑis exvisiõe diuitꝫ. vbi Chrisꝰ. Infelicissime hoim mortẽ corporis tui vides iacere ãte ianuã z nõ miserearis. Si dei p̃cepta nõ cõsideras saltẽ miserere cõditiõis tue: z time ne z ipse talis efficiaris [Cupiens saturari de micis] nõ dicit de p̃ciosis [q̃ cadebãt de mensa diuitis] quodã modo dicẽs ad diuitẽ. Sufficiũt mihi mice mense tue: quas abiciẽdo proijcis inde. Prebe de supfluo elemosynã: fac de nõ dãno lucrũ i quo nimia duricia apparet eo q̃ pire ꝓmittebat vñ paup subleuari poterat. [Et nemo illi dabat] qz tali dño talis familia z tõ cõformabant̃ ei in mẽtis duricia. Cũ g̃ ante ianuã iaceret ex visiõe pauperis diuiti nõ miserẽti cumulꝰ dam natiõis inferr̃: z rursus ex visiõe diuitis rẽtatus quotidie paup probatur. Quez ad maiorẽ ipius: probationẽ paupertas simul z egritudo: z visa diuitis copia z nulla sibi adhibita cõsolatio afficiũt. vbi Chrisꝰ. Egrotatio habet aliqđ solatium si opes habet. Si autem ad infirmitatis magnitudinẽ accedat z paupertas duplex ẽ infirmitas. Quãta g̃ i isto pena est i q̃ inter tãta vulnera nõ meminit dolores plagaꝝ sz famis. Sed z canes veniebãt z lingebat vlcera eiꝰ]. Uñ talis pietas i lingendo vlcera pauꝑis arguit duritiã diuitꝫ: qz magꝫ curiales erãt canes pauꝑi q̃ eoꝝ dns. Et nec

¶ Lazarꝰ pauper. Chrisꝰ. Simulata sanctitas. ¶ Pñtia dei. Boetius Diues epulo. Raba. Homo. Paupes latent. Paupis prelatio Chrisꝰ Chrisꝰ.

a se canes remouere poterat: nec visitator erat q̄ remoueret. Qui etiā si mordēdo punxissent nō esset q̄ illos amouisset [Factū ē aūt vt moreret mēdic⁹] in patiētia q̄ opus pfectū habet pbat⁹ [z portaret] fm aiaz [ab āgelis i sinū abrae] de mēdico dives factus. i. ad re
D Sinus abrae. Augu. q̄em z limbū sctōz patrū: vbi descēdebāt aie iustoz moriētiū antecz̄ generale ipedimētuz glorie p passionē xp̄i esset amotū q̄ sinus fm Aug. iō abrae dictus est: nō q̄ ipsius tm̄ sit: sz q̄ ipse multaz gentiū pater sit q̄b⁹ ad imi
Chriso. tādū positus est. vbi Chrys. Nō suffecerat ad portādū angel⁹ vn⁹ pauperē: sz ppterea plures venirūt vt choz leticie faciāt. Gaudet vnus q̄sq̄ angelorū tantū onus tāgere: libēter talib⁹ oneribus pregrauant vt ducāt hoies ad regna celorū [Mortu⁹ ē aūt dives] qz divitie nō possunt a morte saluare [z sepult⁹ est in inferno]. s. dānatoz. i. in pfunditate penarum infernaliū: de divite mēdic⁹ fact⁹. Dives iste
Dives. tāq̄ diaboli parochianus ad cimiteriū infernale a demonib⁹ est deduct⁹: z ibi est sepult⁹.
Hiere. xxij. Ibi sepelient parochiani diaboli sine thure: z sine aqua bñdicta ad modū asini. vñ i Hiere. de quolibet reprobo dr sepultura asini sepelik. Sepultura asini est talis qz excoriatur z pellis a dño possidet: carnes a canib⁹ lacerā tur: ossa pluuijs z grandinib⁹ derelinquunt. Sic q̄ñ alīq̄s moritur iniquus parētes possidēt substātiā terrenā: vermes lacerāt carnē suā: supplicia infernalia lacerāt ei⁹ aiam: q̄ natu
E Parochiani agnoscē di modi per characterez rā ossis habebit: qz pſumi nūq̄ poterit. ¶ Et notandū q̄ plurib⁹ modis cognoscit aliquis cui⁹ parochian⁹ sit. s. si ab eo baptismū suscipiat: si ei p̄mitias z decimas reddat: si ei⁹ missas z horas audiat. Qui q̄ aqua cōcupiscētie baptizat in q̄ character diaboli i primit: de q̄ in Apoca. dr Qui initia operū z pſummationē tāq̄ primitias z decimas diabolo reddit: vel bona tpalia i illicitis cōsumit: q̄ lasciuis cantilenis z erroneis carminib⁹: seu verbis detractoriis z malis intēdēdo tanq̄ horas diaboli audit: diaboli parochianū se ostēdit: z in ei⁹ cimiterio sepelief i morte: sicut etiā dives iste est sepultus. Sed q̄ baptizat aqua penitētie vbi iprimit charact xp̄i. s. thau de q̄ dr i Ezechiele. Qui initiū z cōsummationē bonorum operū xp̄o reddit: q̄ ei⁹ sermones z verba libenter audit deportabit ab angelis i requiē xp̄i: cui⁹ parochianū se ostēdit. Merito autez paup deportabat ab angelis: z āgelica ei deputabant officia: cui taz crudeliter denegata sunt hūanitatis obsequia: z merito dives sepultus in inferno vt sustineat cruciatū nolēdo q̄ in presenti vita crucē portare noluit penitendo. [Eleuans autē oculos suos] spirituales nō corporales: qz ibi erat aīa ei⁹ nō corpus [cū esset in tormentis] multiplicib⁹: quia eius oculi apti erant per penā q̄ ante clausi fuerant p culpā [vidit abrahā a lōge] qz multū etiā āte aptionem ianue celestis distabat stat⁹ electoz a statu reproborū intantū q̄ impossibilis erat transitus ab vno in alium [et lazaz in sinu ei⁹] ad cumulū sue pene quē in prosperitate posit⁹ dedignabat videre. Sin⁹ Sinus abrae de quo hic dr: ante passionē erat in lim
abrae. bo inferni: sz modo est in celo: sicut em̄ trasla tus est abrahā de limbo: sic z sinus ipsius cum eo. Erat nāq̄ i supiori margine inferni loc⁹ aliquātulū habens lucem p spe future claritatis sine oi pena materiali in quo erant aie electoz vsq̄ ad descensuz xp̄i ad inferos. s. ad eūdē locū: q̄ locus ppt̄ sui trāquillitatē sinus est dictus sicut z sinus maris dr loc⁹ q̄etus a ventis z tēpestatibus z dicebat abrae: qz ipse fuit prima via credendi: z primus publice p̄dicauit fidē vnius dei. Hunc locū appellauit Job tenebras respectu visiōis diuine: vel pro tedio expectandi saluatorem dicens. In tenebris straui lectulū meū. sz Bedā Sin⁹ abrae Beda. est requies btōz paupez quoz est regnū celorum quo post hanc vitā recipiuntur. Et fm Aug. Sepultura inferni penarū pfunditas Augu. est: q̄ superbos z inmisericordes post vitam hāc F Loci cō mutatio Chriso. vorat. Qui in presenti volunt tenere locū primū: in futuro retrudētur in locū nouissimum: vbi Chriso. Sicut aūt paupi dū viueret grauiorē penā reddebat iacere aī ianuā divitis etiā aliena bona pspicere: sic diviti mortuo augebat exercitiū accubitus i gehenna z prospectus delectationis lazari: ne sola tormentorū natura: sed z collatiōe honoris illi⁹ intolerabilius sentiret supplicium alioz divitie eoz qui i paupertate sunt: tormēta sunt [Et ipse clamans pre dolore dixit. Pater abraam miserere mei] Hunc sero z pro nihilo patrez vocat quē in opib⁹ mie imitari noluit: z petit misereri sui q̄ nec suimet misertus est: nec lazari. [Et mitte lazaz vt intingat extremū digiti sui in aqua et refrigeret linguā meā: qz crucior in hac flāma] Lazarum petit mitti si bi estuanti cui ipe micas panis noluit mittere: esurienti. Vocat aūt extremū digiti sui modicū suffragiū meritoz z guttā aque modicū Digit⁹ z lingua q̄d refrigerantis mie. ¶ Unde notandum q̄ lingua z digit⁹ metaphorice dicūtur in alia⁹ separatis: q̄les erāt aie lazari z diuitis: sicut em̄ in deo qui spūs est manus dr virtus eius operatiua: similiter in lazaro hic per digitum intelligitur virtus eius auxiliatiua: z per linguā divitis virtus conceptus mentis expressiua. Unde non in ꝟa sed imaginaria lingua punitur dum per imaginationem in memoriaz peccata lingue reuocat. Et similiter plura alia de quib⁹ hic dicit mentaliter fieri intelliguntur: q̄uis aie corpora non habeant: tamen in membris pati dicuntur: qz exute a corporib⁹ tales effect⁹ in se sentiūt pro peccatis ac si in corpore paterentur in mēbris. In lingua ergo cruciari dr. i. laia que p pecca-
Anima rum pas sio.

Bern. euz. hec Chriso. fm Ber. Toto corde. i. sapiē ter cōtra suggestiōes diaboli ne seducamur. tota alia dulciter ꝫ delectatiōes carnis ne alliciamur. tota mēte: fortiter cōtra pressuras mūdi ne opprimamur. Hec eē sunt tria q̄ p̄cipue retrahūt ab amore dei: diaboli⁹ ⁊ caro ⁊ mūdus. Et subiūgit [hoc est maximū ⁊ primū mādatū.] Maximū dignitate: qz de maximo. s. deo diligēdo. primū ordine: qz p̄ceptū de diligēdo deū precedit preceptū de diligendo proximū. Et vere istud est magis nobili⁹ ⁊ vtilius inter ola mādata. In hoc eē oīa mādata implent: hoc etiā mandatū diligēdi deū est magnū: qz mandat hoc lex naturalis in mēte ois creature rōnalis diuinit⁹ indelebiliter exp̄essa. Mai⁹ qz remādat ⁊ repetēs iterū mādat hoc lex mosayca a deo iterū data et p angelos ordinata. Maximū qz cōfirmat illud lex euāgelica p ipm filiū dei tradita. Et primū mādatū intētione inbētis. finis eē in quolibet ea q̄ ad finē sunt in intētiōe p̄cedit. §. Ti. §. vñ Ap̄ls. Finis p̄cepti est charitas: finis nō terminās vel cōsummās ad quē oē preceptū ordinat. Et iterum. Plenitudo legis est dilectio. Et ps. Ois cōsummationis vidi finē latū mandatū tuū nimis. Uel primū in necessitate obseruationis. Ad hoc aūt q̄ istud mādatū possit pfecte impleri quatuor requirūtur. Primū est diuinoꝝ bñficioꝝ rememoratio. qz eē que habem⁹ siue exteriora: siue corpus et animā ola a deo habem⁹: ideo opz q̄ sibi de olbus que habem⁹ seruiam⁹ ⁊ eū corde pfecto diligam⁹. Nimis eē ingrat⁹ esset qui cogitās alicuius bñficiū eū nō diligeret. Scōm est diuine excellētie cōsideratio. deus enim maior est corde nostro: ⁊ ideo si toto corde ⁊ olbus viribus ei seruiam⁹ adhuc sufficiētes nō sum⁹ nec satisfaciam⁹. vñ in eccl. Glorificate dñm quantū potestis supualebit adhuc. Maior est eē oi laude. Tertiū est mundanoꝝ et oīm tpaliū abdicatio. Magnā eē iniurīā facit deo qui aliq̄d ei adequat: qđ fit q̄n res tpales ⁊ corruptibiles simul cū deo diligim⁹. Nihil eē aliud vult q̄ diligamus ꝫ eū: qz ipse solus sine consortio vult possidere cor nostrū. vñ dicit Aug. Dñe minus te amat qui preter te aliquid amat. Et hier. Nimis est auarus cui nō sufficit de⁹. Quartū est oīmoda pctoꝝ vitatio: qz nullus pōt deū diligere in peccato existēs scz mortali. ideo dr. Nemo pōt duobus dñis seruire. Unde si in pctō manes deū nō diligis. Nō diligit dēū superbus vel amator vane glorie qui pulueē vane glorie que nihil est deo preponit. Nec voluptuosus q̄ p momētanea delectatione eū deserit: nec auar⁹ qui p nūmo vel nihilo euz amittit. Deinde addit. [Scōm aūt simile est huic] non equale sz simile: qz est de actu simili deo. s. de homine q̄ ad similitudinē dei fact⁹ est. s. [diliges primū sicut teipm.]. i. ad id ad qđ teipm scz ad iustitiā ⁊ salutē: ad gratiā in p̄senti: ⁊ gloriā in futuro: ⁊ ad eandā beatitudinē ad quā diligis te. Uñ ly sicut nō denotat equalitatez gradus qz primo ⁊ plus tenetur homo se diligere ꝫ primū ceteris paribus: sed denotat similitudinē boni optati ⁊ vt velit primū sicut se esse in gratia ⁊ amore dei. Et cū dr secūdū nō est ordo nisi quantū ad materiam que est de⁹ ⁊ prim⁹. Unū eē est p̄ceptū de dilectione vel etiā est ordo causalitatis: qz amor proximi causat⁹ ex amore dei. Et ideo dicit ap̄ls. Qui diligit primū legē implenit. Qz causa intelligit ꝫ causato nō e cōuerso. Dilectio igit in deū origo ē dilectiōis in primū: ⁊ dilectio in primū cognitio ē dilectiōis in deū ac etiaz nutrimētū. vñ Greg. Per amorē dei amor proximi gignitur: ⁊ p amorē primi amor dei nutritur. hec Greg. Et similiter dilectio in seipz p̄cedere dz dilectionē in primū. vñ Aug. Uide prius si iam nosti diligere teipm: ⁊ cōmitto tibi primū quē diligas sicut teipsum. Si aūt nōdū nosti diligere te timeo ne decipias primū sicut te. Et iterū. Manifestū est autez omnē hoiem primū esse deputādū: qz ergo neminē operādū est malū. Qui aūt amat homines aut qz iusti sunt: aut vt iusti sint amare dz. Sic eē ⁊ seipsum amare dz: aut qz iustus est: aut vt iustus sit. Sic eē diligit primū sicut seipm sine vllo periculo. hec Aug.

¶ Unde modus diligēdi primū attendit fm quatuor causas. Primo fm finalē scz vt diligatur primus ppter deū. Scōo fm materialem: scz vt diligat bonuz non malum. Tertio fm formalē: scz vt ordine debito circa deū et supra tēporalia. Quarto fm efficientez siue mouentē: qz vt hō: nō qz pater tm vel fili⁹ vel domestic⁹ vel amic⁹ ⁊ his modis debet homo diligere seipm. Et nota fm Aug. q̄ primo diligēdus est de⁹. Scōo ala ppria. Tertio ala primi. ¶ Nota etiā q̄ amor primi falsus ē p hec seu huiusmodi: vcz si impēdit amorem dei. Si aliq̄d fiat ppter amorez primi qđ sit cōtra amorē dei. Si aliquis dissimulet in eo quē diligit plus ꝫ in eo quem non diligit sic. Si aliq̄d in eo placeat qđ in alīs displiceat. Si patiēter nō sustinet q̄ alii sicut se vel pl⁹ diligat. Et infert [in his duob⁹] . s. mādatis dilectiōis [tota lex pendet ⁊ prophete] quia tot⁹ decalog⁹ ⁊ monitiones siue cōminatiōes hic finem habent: hoc eē vt charitas introducatur intendūt. Tota quippe scriptura legis ⁊ prophetarū ad dilectionē dei ⁊ proximi ordinat. quicquid eē p̄ceptū est in lege ⁊ p̄phetis hoc fine preceptum est vt deus ⁊ proximus diligatur. Et propter hec omnia mādata ⁊ scripta legis ⁊ p̄phetaꝝ non sunt nisi quedā explicationes istoriū duorum mādatoꝝ quia omnia ad hec duo sunt ordinata. Item ola precepta ad hec duo referuntur. primū

Roma. xiij. Psalmo cxviij. C Primo mādato iplendo iij. necessaria Ecclē. xliij. Augu. Hiero: D Secūdū mādatū

Sicut. Ro. xiij. Grego. Augu. Proximus q̄s sit. E Modus diligēdi primū. Augu. Amor p̄rimi p q̄ falsus est.

eñ preceptū: scz dilectionis dei ambit z iplet oia mādata prime tabule: qz in ea cōtinētur tria mādata de dilectione dei ñ scripta erant in vna tabula: et scōm preceptū scz dilectiōis primi ambit z implet oia mādata secūde tabule: qz in ea cōtinent septē alia mādata de dilectione primi q̄ in scōa tabula erant scripta. Nā qui deū diligit idola spernit: dei nomē inuanū nō assumit: z diē sabbati sanctificat. Et qui primū suū diligit honorat patrē z matrē: nō occidit: nō furat: nō mechat: non falsum testimoniū dicit: nec vxorē primi vel aliā rē eius cōcupiscit. Nā ſm Chriſo. Sicut odiū facere suggerit oē maluz: sic dilectio oē bonū. In trib⁹ aūt dilectio dei extēdit vt oēs cogitationes: oēs affectiones: z ois rō humana qua intelligim⁹ et discernim⁹ in deū referātur z diuinis reb⁹ occupētur vt nihil remaneat in hoie qō nō diuine dilectioni subdat. Item duo sunt erga primi dilectionē seruāda vt z bñficij impēsione faueat: z nulla malitia ledatur: vnū affirmatiuū. de quo Mat. vij. Quecūq; scz licita decētia expediētia vultis scz voluntate rationali ratione distinguēte inter debita z indebita vt faciāt vel dimittāt corde ore z opere vobis vel pro vobis homines inquātū hoies non brutaz vos facite illis in simili casu volūtate ope z pleno affectu. Scōm hāc regulā dilectio primi causat et efficit imperādo omnes motus omniū virtutū tendentes ad proximū interiores z exteriores. Aliud negatiuū. de quo Thobie. iiij. Qō ab alio oderis rōnabil'r fieri tibi corde: ore: ope: vide ne alij feceris volūtate vel ope affectu vel effectu. Scōm hāc regulā dilectio primi causal'r reprimit z cohibet oēs motus z actus vitioz respectu ei⁹. Licet igit diuersa sint p̄cepta quib⁹ aut vtiliter q̄ appetenda sunt cupim⁹: aut q̄ vitāda sunt vtiliter p̄cauemus: vnuz tñ sunt in radice charitatis: quia oia in dilectione dei z primi facere debem⁹. Recte itaq; dicit legem z pphetas referri ad duo mādata charitatis: qz ex hac depēdēt et ibi finem habēt. O charitas regula ordinis electoz: lex vniuersalis vniuersos ligās: virtus virtutū: canon canonū: lex legū: nō cōstitutio ppl'i: sz principis placitū: sanctio regis regū: quam non solū ediditvel condidit iubēdo: sed z edirit z pmulgauit psonaliter docēdo: z adiplenit seruādo. Ecce lex dñi conuertens alas mater z origo legū diuinarū magistra z dña humanarū rationabiliū z equarū hostis et inimica iniquarū. Cui⁹ obseruatio p gratiā in hac vita initiat et cōtinuata vsq; ad mortē in alia cōsummat. Et qz vt ait Chriſo. Judei estimātes xp̄m hoiem purū esse tēnebāt eū: neq; tētassent si deū filium credidissent: ideo volens xp̄s eis ostēdere quia deus erat: talē interrogationē eis pposuit vt ipsa interrogatio eis ostēderet quis esset. Qz eñ ad passiuaz venturus erat opinionē falsam indeoz corrigit qui xp̄m filiū dauid nō dñm ei⁹ esse dicebāt. Et vt dixit Hiero. Palā eis oē se loquit vt inexcusabiles sint. [Cōgregatis q̄ pharisei⁹] qui ad tentādū venerāt [interrogauit eos ihesus.] Quasi eis diceret hucusq; q̄stionib⁹ vestris satisfeci: tp̄s est vt i aliquo respondeatis mihi. Interrogat q̄ de illo quē credebāt esse vēturū: qz pñtē credere nolebāt cui⁹ fili⁹ debeat esse dicens. [Quid vobis videtur de xp̄o]. i. messia in lege pmisso quē vēturū creditis. [cui⁹ filius est.] Dupl'r errāt iudei circa xp̄z. Primo quidē circa psonā. nō eñ credūt eū fuisse xp̄m q̄ venit in mūdū natū ex virgine: sed adhuc expectāt eum. Itē errāt circa ei⁹ naturā: qz nō credunt etiā quē expectāt esse deū sz purū hoiem. De isto scōo errore eos interrogat cui⁹ fili⁹ sit: et hoc iō forte q̄rit: qz ex quo totā legē dire rerat ad duo mādata dilectionis tanq̄ artificiosus legislator vult ostēdere xp̄s hec duo mandata reduci in vnū diligibile qō est xp̄s. Nihil eñ diligit tanq̄ de⁹ et prim⁹ nisi ipse xp̄s. [Dicēbāt ei dauid.] scōm istud p̄s. De fructu ventris tui ponā sup sedē tuā. Credebant illū fore purū hoiem de gñe dauid. Unde dicūt dauid solū sz diuinitatē negādo. [Ait illis] arguēdo in cōtrariū. [Quō g̃] si xp̄s est purus hō vtvos creditis [dauid] cui occulta sapiētie diuine manifestata sunt [in spū] sz i sctō z pphetico: nō de corde suo pp'rio [vocat eū dñm suū] qō nō liceret si esset fili⁹ ei⁹ [dicēs. Dixit dñs dño meo]. i. pater filio. Ipsi aūt sic exponunt [dixit dñs] creator celi et terre [dño meo]. i. messie. Qz g̃ iste messias nō sit purus homo probatur tripliciter ex hoc verbo. Primo ex eo q̄ dauid vocat eum dñm: et hoc sic. Nullus pater filiuz suum qui trahit naturā suā ab ipso testatur dominū suū: sed dauid spiritu sancto inspiratus testatur dominū suum christū: ergo nō solum habet naturam quam traxit ab ipso: sed altiorem ſm quā dicitur dñs eius sz diuinā: quia nō est homo filius z dñs alteri⁹ ſm eandē naturā: ergo est alia natura ſm quā est fili⁹: z hec est humana: alia ſm quā est dñs: z hec est diuina. Scōo probat idem sic: quādo dauid hoc dixit: nōdum messias homo erat: quomodo ergo dñs eius erat qui nondū erat: et qui nō ante eum sed post extitit: ergo oportet ponere aliam naturā ſm quā ante eū erat. Tertio probatur idez ex hoc qō sequitur. [Sede a dextris meis.] impossibile est enim puruz hominez sedere a dextris dei. Dicat g̃ dauid [dixit dñs] scz deus pater [domino meo] id est christo filio suo: cuius dicere est equalem sibi filium generare: ergo [dño meo] nō ſm q̄ temporaliter homo fact⁹ est: sed ſm q̄ patris eternus fili⁹ sede quiete regni potit⁹ [a dextris meis]. i. in equalitate mea ꝑz q̄ dx̄:

If Chriſo. Dilectio dei ad tria.

dilectio proximi vult duo

Charitatis excellētia.

Chriſo.

Hiero.

Chriſtū nō noue runt iudei.

S Duoruz p̄ceptoz in vnum suppositū reductio. Psalmo cxxxj.

Chriſtū seu messiā nō eē purū hominem.

vel in potioribus bonis ſm q̄ homo. qz vt ſic in gloria preeſt angelis [donec ponam] inclu ſiue: nō q̄ poſtea non ſedeat: quia ſemper ſe debit [inimicos tuos] et inobedientes tibi [ſcabellū pedum tuorum]. i. donec homines rebelles tibi ſubiugauero: vel bona z volun taria ſubiectiōe. ſ. vt credant te verum deum z hominem ſpōte vel coacte ſubiectione: vt in die iudicij puniant z credant inuite: ita vt ve lint nolint ſubiecti ſint tibi ſicut ſcabellum pedibus eſt ſubiectum. Hec enim ſubiectio complebitur in iudicio quando omnia perfe cte ſubijcient homini chriſto. Si ergo dauid vocat eū dominū ſm veritatē qūo filius eius eſt. ſ. tm̄ cum filius propagatione ſubiectus ſit patri: et maxime ſm cōſuetudinem patrū antiquorum. Potius enim parentes ſunt et dicuntur domini filiorū q̄z filij domini paren tū: filius enim debet eſſe ſubiectus patri z nō dominari. Quaſi diceret. Cum ſm naturam humanam ſit filius dauid: et per conſequēs eo inferior oportet ponere in eo aliam natu ram per quā ſit dñs eius et eo ſuperior: z hec eſt diuina: ergo in xpo ſunt due nature. ſ. di uina z humana. Eſt itaq̄ filius dauid z dñs: ſed filius inq̄tū homo: dñs inq̄tū deus: et ſic reſtat q̄ xps eſt homo z deus. Nō ergo erra bant nec reprehendunt qz xpm filiū dauid di cunt: ſed qz ipſum purū hoīem et nō dei filiū credunt: xps aūt nō tm̄ dauid ſed z dei filiū ſe eſſe ꝓbauit z per autoritatē dauid eos conui cit. [Et nemo poterat ei reſpondere verbū] qz nō poterant ſcripturā negare: z irrefraga bile erat argumentū [neq̄ auſus fuit quiſq̄ ex illa die eū amplius interrogare] qz plane teſtimonio z ratione erant cōuicti. vñ Hiero. Ideo confutati ſermonibus vltra nō interro gant: ſed apertiſſime cōprehenſum romane tradunt poteſtati. Ex quo intelligimus vene na inuidie poſſe quidem ſuperare: ſed diffi cile poſſe quieſcere. ¶ Oratio.

Omine deus ſanctificator meus: mi ſiſti mihi legem tuam: vt toto corde: tota anima: tota mente: et ex omni bus viribus meis te diligaz: ſed nec hoc valeo niſi tu dederis mihi cuius eſt om ne donum bonum z omne datum optimum. Jubes te diligi. Da quod iubes z iube quod vis. Da etiam mihi diligere proximum ſi cut meipſum: vt hic gratiam et ibi gloriam conſequamur in idipſum. Da inſuper mihi bone ieſu vt te chriſtum nobis miſſum deum et hominem corde credā: ore confitear et ope re conteſter: vt tibi nunc ſubiectus ſpōte tecū gaudeam ſine fine. Amen.

¶ De ſcribis z phariſeis in doctri na audiendis: ſed non in vita imi tandis. Capitu. xxxvij.



Confutatis aūt et tacētibus ſcribis z phari ſeis q̄ doloſe interrogabāt dñm vt tētarēt eū ne plebs et alij idonei ſine pane do= ctrine euaneſcerent [locut⁹ eſt dñs] eadem feria tertia [ad turbas] ſcilz ad ſimpli ces z imperfectos z ad diſci pulos ſuos magis doctos et perfectos. vnde Chriſoſt. Poſtq̄ dñs ſacerdotes reſpōſione proſtrauit et incorrigibilē conditionē eorum oſtendit ſicut z clerici ſi male fecerint inemē dabiles ſunt: laicis vo delinquētes facile emē dantur: tūc conuertit ſermonē ad populum. Infructuoſus nāq̄ eſt verbū in quo ſic alter confunditur vt alter non erudiatur. Locut⁹ eſt ergo ad eos inſtruens z docēs ſcribarum et phariſeorū doctrinam audiendā: ſed eorū vitam non imitādā: et nihilominus hortās eos ſubijci illis ꝓpter ſacerdotij z nois dignitatem: non opera ſed doctrinā cōſiderantes. Multaq̄ eorū crimina annumerans z alios ab eis dehortās. vñ dicit. Super cathedram moyſi]. i. auctoritate docēdi z iudicādi [ſederūt] ſcz idigne [ſcribe z phariſei.] Cathedra doctorum eſt: z ideo dicūtur ſedere ſuper ca thedram moyſi qui docent quod docuit moyſes. vbi Chriſo. Multi ſacerdotes z pauci ſacerdotes multi in noie z pauci in opere. Uidete ergo quō ſedeatis ſuper eam: qz non ca thedra facit ſacerdotē: ſed ſacerdos cathedram. Non locus ſanctificat hominē: ſz homo locuz. Non omnis ſacerdos ſanctus eſt: ſed oīs ſanct⁹ ſacerdos. Bene quidē docēdo et male viuendo deū inſtruis quō debeat te condēnare. Ut autem dicit idem Chriſo. Ne aliquis dicat qm̄ ꝓpter hoc deſidioſ fact⁹ ſuz ad agendū: qz malus eſt doctor: ideo hāc deſtruit occaſionē cū ſubdit. [Oīa ergo] ad ca thedrā pertinētia [quecūq̄ dixerint vobis] i. ad veſtrā vtilitatē [ſeruate] corde [et facite] opere. i. doctrina. Nō tm̄ ſimpliciter quecūq̄: ſed illa tm̄ q̄ moyſi cathedre doctrineq̄ conueniūt: z que a vera fide non diſcrepant: neq̄ diuinis repugnant mandatis. vñ Chri. Oīa ait que corrigunt mores et meliorem faciunt vite modū: z nouo teſtamēto concordāt legibus z nō dimittūt de reliquo ſub iugo legis eſſe. hec Chriſ. Ex quo ꝓz q̄ etiā malis ꝓlatis z doctorib⁹ bona docētib⁹ eſt honor obedientie exhibēdus niſi in his que manifeſte ſunt cōtra deū: z ſunt habēdum reuerētia q̄dū toleranē in officio ſuo: qđ patet per exēplum dauid qui venerabat ſaulē: licet ſciret eū malū z a deo reprobatū: et ꝓ hoc auditoribus tollit excuſatio nō bene agēdi. Nā obediendo malis ꝓlatis et doctorib⁹ de⁹ in eis honorat: cuius ꝓnā gerunt. nō eīm ſua ſed

Ꝟ Parentes filiorū dñi.

Hiero.

Chriſo.

Chriſo.

Chriſo.

Chriſo.

Cathedra moyſi

A Math. xxiij. Mar. xij. Lu. xx

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

que dei sunt dicūt. [Scōm vero opera eorū] que preter id quod oportet nequiter faciunt [nolite facere] qz nō sunt imitandi in malis
Chriso. sed tm̄ in bonis. vbi Chriso. Si bene vixerint eorū ē z lucrū: si bene docuerint vestrū. Accipite ergo qō vestrū est: z nolite discutere qō alienū est. hec Chriso. [Dicunt em̄ z non faciunt] qz vita doctrine nō cōcordat. Dicebāt em̄ bene viuere ꝑm legis precepta: z ipsi per preuaricationē legis maleviuebant. Contra
Augu. quos dicit Augu. Bene docere z maleviuere nō est aliud q̄ se sua lingua dānare. de talib⁹ em̄ qui dicunt z non faciunt potest dici illud
Gene. xxvij. Gene. Uox quidē vox iacob est: manus autē manus esau. vbi Chriso. Maxime accusatio
Chriso. ne dignus ēst qui doctrine auctoritatē habēs legē trāsgredit. primo quidē qz ꝓuaricat qui alios corrigere dz: deinde qz peccans maiori pena dignus est ꝓpter honorē: tertio qz plus corrumpit velut in ordine doctoris peccans. [Alligant aūt onera]. s. suarū traditionum z legū: vt sit quasi fascis importabilis. vnde subdit [grauia] q̄tū ad effectum [z importabilia] q̄tū ad effectū [z imponunt in humeros hoim] nō in suos per coactionē obseruātie preceptorū: qz supra legis precepta constituerunt ex suis traditionibus multa q̄ erant subditis grauia z importabilia [digito autē suo]. i. leui motu vel tactu [nolunt ea mouere] z tangere. Ecce qualiter eorū reprehēsionē aggrauat: nō em̄ dixit non ꝓnt sed nolunt nec dicit pleno operis manu: sed digitorum modico tactu: nec dicit portare sed mouere. i. neq; ꝓpe fieri neq; tangere: qz modicū conatū ad agendū talia nolebant apponere z nec minora eorum q̄ ipsi precipiebant nolebant opere adimplere. hec Chriso. Scōm consequentiā aūt tales sūt etiā sacerdotes q̄ omnē iusticiā populo mandant et ipsi nec modicā seruant videlicet nō vt faciendo sint iusti: sed vt dicēdo iusti. Tales sunt z qui graue pondus venientibus ad penitentiā imponunt: ipsi autē nec minimā faciunt. Et sic dū pena ꝓntis penitentie fugit contēnit pena futuri iudicij.
B Chriso. Contra onera grauia imponantes. Si em̄ fascē sup humeros adolescētis quem nō potest baiulare posueris necesse habet vt aut fascē reiiciat aut sub pondere cōfringat. Sic et homini cui graue pondus penitentie imponis necesse est vt aut penitentiā suam reiiciat aut suscipiens dū ferre nō potest scādalizetur z amplius peccet. Deinde z si erramus modicā pniam imponentes nonne melius est ꝓpter miam dare rationē q̄ ꝓpter crudelitatē. Ubi paterfamilias largus est dispensator nō dz esse tenax minister. Si deus benignus vt q̄d sacerdos est austerus? Uis apparere sanctus: circa tuā vitā esto austerus circa aliorū aūt benignus. Audiant te homines parua mandantē videant grandia facientē. Talis est autē sacerdos qui sibi indulget et alios exigit quē admodū malus descriptor tributi in ciuitate qui se releuat z onerat imponētes. Et iterū. In quo duplicem eorū malitiā ostendit: vnā quidem in hoc q̄ sine venia expetūt a subiectis summā diligētiam vitet aliā vo in hoc q̄ sibīpsis multaz concedunt licentiā. Oportet aūt bonū principē ecōtrario se habere in his q̄dē q̄ ꝑm seipm sunt grauem iudicē esse: in subiectis aūt māsuetum.
Chriso. Penitētia modica ipo nenda. hec Chriso. Imponendo q̄ modicā penitentiam melius est alias mittere in purgatoriū q̄ in infernū: sed tm̄ in quib⁹ tenent saltē est eis innotescendum. Igitur vt ait Hiero. hoc generaliter ōr aduersus oēs magistros qui grandia iubēt z minora nō faciūt. Hec ē aūt quedā causa nō modica q̄ hodie mouet subditos contra maiores z prelatos qz dicunt et nō faciunt. Imponūt onera alīs z ea digito nō tangunt. Parū talū verba apud subditos ꝓficiūt qñ in eis nō vident que docēt z ꝓcipiūt. Quicunq; ergo proximoꝝ animabus vtilis esse desiderat: studeat pri⁹ in se habere q̄cq̄d alios docturus est: alioquin parum proficiet. Nā ei⁹ verbū inefficax erit nisi pri⁹ hoies in eo cōperiāt esse ea que docet. Et premissis patet q̄ ille qui legē aliquā constituit licet non sit subdit⁹ legi q̄tū ad hoc q̄ ꝓ hominē puniat si cōtrariū fecerit tamē obligatus est ad legē implendā z grauius puniet a deo si fecerit contrariū: qz trāsgressio eius est grauior ꝓpter scādalum. Propter qō dicit
Catho. sapiens. Patere legē quaz tuleris. z vt alibi dicit qō quisquis iuris in alterū statuit ipse eodē vti debet. Patet ergo ex ꝓdictis q̄ illi q̄ statū ecclesie in generali seu aliquez statum eius in spāli regūt z subditos onerāt grauibus statutis sine magna et euidenti necessitate abutūtur sua potestate sicut faciebant pharisei z scribe. Prelatoꝝ em̄ tot sunt inhumane sententie z mādata linguaq; vetita q̄ vix possit aliquis trāsire ꝓ huius mūdi vmbram quin incidat in pctm̄ z offensam. vñ ait
Augu. Aug. loquēs de religiōe xp̄iana. Ipsam religionē nr̄az quā dñs noster iesus xp̄s in paucissimis sacramentoꝝ celebrationib⁹ voluit esse liberā quidā seruilib⁹ premūt oneribus adeo vt tolerabilior sit cōditio iudeoꝝ q̄ non hūanis presumptionib⁹ sz diuinis subiiciunt institutis. Deinde ꝑm Chriū. Postq̄ dñs ar-
Chriso. C guerat scribas z phariseos crudelitatis z nequitie cōsequēter arguit eos inanis glorie
Uana gl'ia scri ptorū. que fecit: eos a deo recedere: z ꝓpter quaz nō gl'ia scribi possunt xp̄o credere. vñ subdit. [Omnia vo opa sua faciunt] ea sez intētione et eo fine] vt videātur ab hominib⁹] z sic habeāt gloriā inter hoies. i. ꝓpter gl'iam humanā: qz videri in bonis ꝓpter gloriā diuinā nō est malū: sz magis meritorū. Nō aūt pōt credere xp̄o celestia predicāti qui gloriā terrenam querit z eā celestibus preponit. Nō solū ergo hesides

ꝛ remissi erant ad bñ operādū: sed etiā vane glorioſi ꝛ in ſuis operibus laudē appetētes hoim vt eſſent in reuerentia et honore apud populū. Tales aūt nullā mercedē de opibus ſuis recipiūt: qz nō ſtudent vt deꝰ glorificet: ſz vt ipſi in his q̄ agūt laudent et remunerent. Et iō nō ſolū nullā mercedē: ſz etiā penā recipiūt q̄ de bono malū faciūt. vñ Chri. Quēad modū vermis de ligno naſcit: et lignū a verme cōſumit et tinea de veſte a qua corrodit: ſic diabolus inſidiat ꝛ occaſionē q̄rit vt q̄ cogere hoiem ad malū nō pōt ſtudeat vt ex bonis opib⁹ malū inanis glorie naſcat: ꝛ qō bonum erat ex inani gloria ſit malū. Jgit vt ait Hiero. q̄cūq; ita facit qōlibet vt videat ab hoibus ſcriba eſt ꝛ phariſeus. Deinde quod dñs gñaliter dixerat. ſ. opa ſua faciunt vt videant: cōſequēter in ptes diuidit dicēs. [Dilatant em̄ philactheria ſua ꝛ magnificāt fimbrias ꝛ volūt ambulare in ſtolis.] Circa hec ſm Hiero. eſt ſciendū q̄ dñs cū dediſſet mandata legis p moyſen: ad extremū itulit dicēs ligabis ea i manu tua ꝛ erūt ſemp añ oculos tuos. Et ē ſenſus. Precepta mea ſint tibi ſemper in ope: ſemp in meditatiōe: ſint in manu tua vt ope cōpleant: ꝛ ſint añ oculos tuos vt die ac nocte mediteris in eis: qz ſpūal'r p manus eſt itelligēda opatio ꝛ p oculos iugis meditatio. Sed hec phariſei male interptantes ſcribebāt in mēbranis et chartis decalogum moyſi. i. decē legis ẏba ſiue p̄cepta cōplicteſq; ea ꝛ q̄ſi coronā capiti facientes ligabāt in fronte vt ſemp añ oculos moueren̄t. Et ſimiliter in ſiniſtro brachio circunligabāt vt ſemp in manu haberent. Et dilatabant has mēbranas. i. eas latiores faciebant ꝛ decalogū in eis de groſſiori litera ſcribebāt. Et hec oia faciebant in ſignū religionis vt p hec religioſi apparerēt ꝛ recordatores ꝛ obſeruatores decalogi ab hoib⁹ viderent̄. Et he charte dicebant philactheria a phylare q̄ eſt ſeruare ꝛ theria q̄ eſt lex q̄ſi ꝓſeruatoria legis qz erāt q̄dā ſigna ſeruande legis eo q̄ q̄cūq; ea habuiſſent q̄ſi ob cuſtodiā ꝛ munimētū ſui haberēt. Juſſerat etiā moyſes vt in q̄tuor angulis palliorū iuxta pedes facerēt fimbrias tacinctinas ad populū iſraeliticū diſcernēdū a ceteris pp̄ris in habitu exteriori ſicut erāt religione diſcreti ꝛ ponerent in eis vittas tacinctinas q̄ etiā cū filis apponebant vt videntes eas recordarent̄ mādatorū celeſtiū a cvana ꝛ inutilia nō cogitarēt. Sunt igit fimbrie legis mādata: vitte vero tacinctine ſancte cogitationes q̄ ſi ſimul iuncte fuerint ab omni vanitate oculos auertunt: ꝛ tota mente ad celeſtia dirigūt. Uidētes em̄ tacinctū celi recordamur: qz vnius coloris ſunt celū ꝛ tacinctus. Jſtiuſmodi erat fimbria breuis et parua ex lege p̄cepta quā mulier ſanguine fluens tetigit in pallio dñi ꝛ ſtatim eſt ſanata. Per hmōi etiā fimbriā credit ſamaritanā. cognouiſſe dñm ẏ indeus eſſet. Superſtitioſi ẏo magiſtri gloriā ab hoibus captātes ꝛ lucra ſectātes: ꝛ ad oſtentatiōē maiores fimbrias alijs i pallijs ſuis faciebāt ꝛ acutiſſimas in eis ſpinas ligabāt: vt videlicet eūdo vel ſedendo eis pungerēt: ꝛ q̄ſi ſic cōmoniti memores mādatorū ꝛ beneficiorū dei eſſēt: ꝛ hac cōmonitiōe ad officia dei ꝛ ad miniſteria ſeruitutis eius traherentur nō intelligentibus eis q̄ hec in corde portanda ſint nō in corpore alioquin ꝛ armaria ꝛ arche libros habent ꝛ noticiā nō habēt. Pro tanto aūt hec faciebant: qz hoib⁹ viderēt opiniōe ſanctitatis ab eis honorari ac lucra habere cupiebāt. ı [Et volebant in ſtolis ambulare]. i. cultioribus veſtimentis ad publicū p̄cedere vt p hoc honorabiliores viderent̄ ꝛ magis venerarent̄: qō in diuite reprehenditur q̄ byſſo ꝛ purpura induebat. Stole erant camiſie linee lōge q̄bus ſcribe vtebant̄ vt ſanctiores apparerent: ꝛ dicebant ſtole a thelon qō eſt longū: qz vſq; ad pedes deſcendebāt. Hē ſtole adhuc hodie multas ſimulationes ꝛ hypocriſes faciūt ac pleroſq; incautos decipiunt. [Amabāt quoq; primos recubitus et ſedes in cenis ꝛ cōuiuijs] ꝛ hoc duplici de cā ſ. rōne gule: qz ibi primo ſeruit ꝛ fercula meliora ponunt ꝛ rōne ſupbie vt ſic in loco honorabiliori poſiti p̄cipaliores ꝛ maiores dñi viderent̄. [Ac p̄mas] ꝛ digniores [cathedras in ſynagogis] ꝛ cōgregationib⁹ vbi cōuenie-bāt hoies ad audiendū verbū dei [ꝛ primas ſalutationes in foro]. i. loco patenti: p̄mas q̄dē tēpore ac factas alta voce [et] inclinato capite [vocari ab hoibus rabbi] .i. magiſtri vt dicit Chri. Uocari volūt nō eſſe: nomē appetunt: ꝛ officiū negligunt. Et notandū ẏ tripliciter cōuenit hoies vel tractanda carnalia ſicut in cenis: vel ſpiritualia ſicut in ſynagogis: vel tēporalia ſicut in foro ꝛ vbiq; volebant principatū habere et gloriā in publico querebant ſibi exhiberi. Ecce g̃ quatuor generaliter in hac ſerie: q̄ reprehendunt in magiſtris ꝛ p̄latis in quibus nō ſunt imitandi. Primū eſt defectus bone opationis: qz [dicūt ꝛ nō faciunt.] Secūdū auiteritas p̄lationis qz [onera grauia alijs nō ſibi imponūt. Tertiū oſtentatio ſingularis actionis qz oia opa faciūt vt videant̄ ab hoibus.] Quartū affectus ambitionis ꝛ laudis qz [amant primos recubitus ꝛ p̄mas cathedras ꝛ ſalutatiōes] Et nota ſm Bedā ẏ dñs nō arguit ꝛ vituperat eos quibus hec ex officij ordine cōpetunt ꝛ fiunt: ſed illos qui hec habita ſiue nō habita indebite amant ꝛ appetunt animū videlicet nō gradū redarguens: ꝛ ad voluntatē nō ad factū vituperationē referens. Sine cauſa em̄ ſibi loco ſe hūiliat q̄ corde ſe p̄fert ꝛ exaltat. vñ nō p̄hibet magiſtros p̄mo cedere nec doctrinā ſup cathedrā nec ſalutationes in foro

Uane glie mallum.

Chriſo.

Hiero.

Decalogi porta tio.

D Philacteria.

Uitte.

Fimbrie

fimbria domini.

fimbrijs ſuperſtitioſorum.

Chriſo.

E Magiſtrorum vitia.

Beda.

nec nomina magistri vel patris. s. ambitionē
z vanā gloriā ne quis hec appetat vel glorieť
Chriso. in eis. Si aūt dicit Chriso. diligere talia est
incusatio q̄ malū est studere vt his aliquis
Beda. potiař. vt ait Beď. Ue miseris illis ad quos
phariseorū vitia transierunt qui p breue cur
riculū vite sue quo peccata plāgere debuerāt
A vane pro priorātu certare nō metuunt. Et sciendū
glorieeu fm eundē q̄ duplici ratione a vane glorie cu
pidis at pidis attendere iubemur: ne. s. eorū vel simu
tendēdū latione seducamur: estimātes bona esse que
faciunt: vel emulatione ad imitandū inflam
memur frustra gaudentes in bonis laudari
que simulāt. Deinde reuocat discipulos ab
hac supbia z ambitiōe di. [Uos autē nolite]
i. non velitis et affectetis [vocari rabbi] nec
vocemini. i. nec appetatis vocari magistri p
pter inanis glorie ambitionē [et patrē nolite
vocare vobis sup terrā] ppter adulationē.
Non honorē vel nomen magistri aut patris
inhibet: sz ne quis indebitū vel indebite sibi
vsurpet vel alteri attribuat [vnus est em̄ ma
gister] z pater p̄ncipalis omniū singulariter
z per excellentiā [qui est in celis] cui est cura
de omnibus: licet aliquis posset vocari pater
vel magister in terra ratione generationis
doctrine vel etatis: tñ solus deus nature au
tor est pater et magister principalis: q̄ ab eo
F habemus q̄ sumus z scimus. vbi Chriso sto.
Chriso. Uos aūt nolite vocari rabbi ne quod deo de
Rabbi betur vobis presumatis. ¶ Nolite z alios vo
vocari. cari rabbi ne diuinū honorem hominibus de
feratis. Unus est em̄ magister oīm q̄ oēs ho
mines naturaliter docet. [Et patrē nolite vo
care vobis sup terrā] q̄ non estis filij terreni.
Ex eo em̄ celestē te pfessus es hr̄e patrē ex q̄
patrē tibi vocasti de celo dicēs. Pater noster
qui es in celis. Ex quo em̄ celestē te pfessus
es habere patrē vocando patrē deum: turpe
est vt iterū te profitearis terrenū tibi patrē
vocādo sup terrā. Et iterū [ne vocetis patrē
in terra] nō vt dehonores eos q̄ te genuerāt:
sed vt omnibus illis p̄pones eū qui te fecit z
inscripsit te inter filios suos. hec Chriſ. [oēs
aūt vos fratres estis] q: filij dei per creatio
nem z gratie adoptionē ad vnā vocati here
Hiero. ditatē. s. ad regnū celorū. fm Hiero. Omnes
xp̄iani fratres vocantur specialiter z omnes
homines ex vno patre deo nati cōmuniter: nō
solū aūt dns primatus cupere prohibet: sed
ad cōtrariū auditorē inducit. vñ vt in amorē
humilitatis discipulos ducat: ostendens for
mā humilitatis subiūgit. [Qui maior est ve
strū] vel merito sanctitatis vel officio digni
tatis [erit z sit minister vester] z alios prene
niat obsequendo nō supbe dominādo parat⁹
ad officia hūilitatis fm decētiā dei sui stat⁹.
vñ z papa vocat se seruū seruorū dei. Bñ agē
tibus p hūilitatē sit soci⁹: cōtra delinquentes
zelo iusticie sit erect⁹. [Qui aūt se exaltaue
rit] in p̄nti per elationē z arrogantiam [hūi
liabitur] in futuro per dānationē z penā [et
qui se humiliauerit] in presenti nō nequiter
sed veraciter [exaltabitur] in futura gloria
mirabiliter. Et notandum q̄ ppter triplicē
gradum humilitatis hoc verbum ter ponit
in euangelio. s. supra vbi monet: vt imitati
recūbent in nouissimo loco: z iterū de phari
seo et publicano orantibus in tēplo: et tertio
in hoc loco. Est em̄ triplex hūilitas. s. cordis:
operis z oris: quā tria nutriunt z custodiunt.
Primā assiduitas cordialis subiectiōis quā
nō habuit lucifer. Secūdā consideratio pro
prie fragilitatis quā nō habuit adā. Tertiā
benignitas orationis quam non habebit an
tichristus.

¶ Oratio.



Omine ieſu xp̄e pie aufer a me de
fectum bone operatiōis: vt merear
bona non solum docere z dicere: sed
etiam facere z operibus adimplere
remoue a me austeritatē ac crudelitatem ne
grandia iubendo z minora non faciendo me
releuare videar z alios onerare exclude a me
gloriam inanem et ostentationem ne opera
mea vt ab hominibus videar faciam: z glo
riam humanam in eis nō queram. Elonga
etiā a me ambitionis z laudis affectū ne pri
ma loca et salutationes amem vel magistri
nomē: vt me sic humilians in hoc seculo me
rear a te exaltari in futuro. Amen.

¶ Quibus debetur ve eternum. Capitulum.xxxviij.



Post hec domi- A
nus qui legi z preceptis euā Mathe.
gelicis obedientib⁹ dat bñ- xxiij.
dictiōes: ipsis scribis z pha
riseis inobedientibus cōmi
natur ve maledictionis z in
omnibus effectibus hypo
crisis ipsorū: hanc dictionē
ve preponit q̄ maledictionē
significat. Ue q̄ppe in scriptura sacra notat
eternā dānationē: z gehēne supplicīū: sz hu- Ue.
ius⁹ seculi pegrinationē z pñs exiliū. vñ fm
Origē. Sicut i veteri lege ponūť bñdictiōes Origeñ.
obseruātib⁹ legē z maledictiōes trāsgredieti
b⁹ eā: ita i euāgelio ponūť beatitudines re
spectu iustorūm vt habitū ē supra i fmone dñi
in monte. et hic e3rio ponunť maledictiōes
3 hypocritas falso iusticiā simulātes. Et po
nit octo ve iuxta octo in q̄bus ipsorum hypo
crisis z fictio ptz ad oñdēdū q̄ in eis cauēda Mat. v.
esse docet. In p̄mo redarguit eos de supbia z ve octies
auaricia: q: regnū celoꝝ claudebāt añ hoies positum
z nec ipsi intrabāt nec intrare sinebant volen ve de su
tes. vñ dicit [ve]. i. eterna dānatio [vobis] perbia z
imminet [scribe] q̄ putatis vos peritos in le
ge [z pharisei] q̄ dicitis vos p̄latos in sancti-

tate [hypocrite] simulātes qō non estis [qui claudit regnū celoꝝ āte hoies]. i. q̄ vestris prauis expositionib⁹ veritatē scripturarū absconditis vel malo exēplo alios scandalizat̄ [vos aūt nō intratis] qz intelligere z credere nō vultis [nec introire volentes] id est credere cupiētes [sinitis intrare] imo facitis errare. Dupliciter em̄ impedit ingressus alicui⁹ in domū. vno mō q̄n clauis tollit: alio mō q̄n obstaculū ponit. Spiritual'r autē ꝟm Chriſo. regnū celoꝝ sunt sacre scripture: qz in eis regnū celoꝝ est insertum. Iste ergo claudit hoc regnū alteri q̄ clauē portat z nō aperit. s. qui habet scientiā z docere cōtemnit vel negligit: iste ꝟo obstaculum ponit qui p malū exēpluz alios ipedit ne intrent vel intrare velint: ꝙuis ergo scribe z pharisei per scripturas cognoscerēt z scirent xp̄i aduētū: tñ ipsi cōsiderabāt q⁹ si xp̄s credit⁹ fuisset consuetudo sacrificiorum z oblationū cessaret: z sic ipsi oblatiōib⁹ sacrificiorū fraudarent: z ideo prava expositione z peruersa interpretatione añ cōspectū populi claudebāt ianuā legis z prophetarū qui de aduētu xp̄i manifestissime locuti fuerant: vt a fide xp̄i hoies retraherent. Malis quoq̄ operibus et exemplis simplices a fide auertebant: z sic eos scandalizantes: regnum celorū ante illos claudebant. Primo quidem ipsi cognitionē de xp̄o habuerunt: sed postea p inuidiam cecati perdiderunt z in errorē cōuersi sunt z multos alios errare fecerūt. Uel ꝟm alios regnuz celoꝝ hic accipit pro eterna beatitudine: ostiuz per qō intratur ad ipsam xp̄s est ꝟm qō ipsemet dicit. Ego sum ostium: per me si quis introierit salu abit: clauis est doctrina: z iō per sanā doctrinam aperit hoc ostiū: z per falsam doctrinaz claudit. Igit̄ qz pharisei z scribe auctoritates q̄ sunt in lege z ꝓphetis de xp̄o corrum pebant: iō regnū celorū ante hoies claudebant: eos a fide z noticia xp̄i veri auertendo et in errorem mittendo. Ipsi nō intrabāt: qz a cognitione quā de xp̄o habuerūt p odium z rancorē in errorē cōuersi sunt [nec introeuntes]. i. intrare volentes [quales erant simplices populi] nō sinebāt intrare: qz per eos fuerūt decepti z a fide xp̄i pro maiori parte auersi. In scō redarguit eos de gula z gastrimargia: qz sub specie cultus diuini z religionis [oꝛone lōga]. s. in verbis: sz breui in affectu z sententijs [orantes] vt sanctiores apparerent z maiora dona reciperent comedebāt substantiā paupeꝝ scz [domos viduarū] affectū pietatis ad eos habētiuz bona earū sibi attrahentes z cōsumētes sub simulatione et falsa specie sanctitatis: qz sua supstitiōe nihil intendebāt nisi vt predaz de subiecta plebe facerēt z magis de viduis q̄ facile decipiunt nō habētes virū qui cōsulat: z habētes dandi libertatē qō volūtas suggerit. Et ex hoc factū eoꝝ aggrauat: qm̄ nō a viduis ventrē implebāt z illaꝝ inopiā attrahebāt quaz emēdare oportebat. vbi Chriſo. Dum iudaicos sacerdotes cōfundit xp̄ianos sacerdotes monet non pmanere cū viduis ãplius ꝙ cū ceteris: qz z si voluntas mala nō est suspitio tñ mala est. Deinde z huius rapine modus erat grauior. vt enim dicit Chriſo. Qui malū facit dignus est pena: sz q̄ a religiōe causam accipit: malicie grauiori ē obnoxius pene. vñ sequit. [Propter hoc] scilz nō solū ꝓpter rapinā: sed etiā ꝓpter veltram simulationē [amplius accipietis iudiciū] et maiorē dānationē. vbi Chriſ. Primū quidē p eo q̄ figmētū sanctitatis assumitis: auariciā em̄ vestrā religionis colore depingitis z quasi diabolo p̄stat̄ arma dei: vt armet iniquitas dum pietas estimat. vñ ꝟm Bedam. Nō tm̄ ait accipiēt dānationē: sed adiunxit maiorez vt insinuet illos qui orant vt videant ab hoibus dānationē merert: sed eos qui hec plixi⁹ quasi religiosiores agēdo nō solū laudes ab hoib⁹ sz z pecunias querūt ꝓlixiori dānatiōe plectendos. Istoꝝ ergo oꝛo fit in pctm̄: vt nō solū p alijs intercedere nō possint: sz nec sibi ad salutem proficere: imo pro ipsis oratiōib⁹ magis dānabunt. vñ z Isido. Dupl'r dānant hypocrite vel p occulta iniquitate vel p apta simulatione. Ex illo em̄ cōdēnantur qz iniqui sunt: ex isto qz ostēdūt qō nō sūt. vñ ꝟz Grego. Simulata equitas nō est equitas: sed duplex iniquitas: et ideo plectenda maiori pena. Intertio redarguit eos de inani labore z nequitia: qz multi eorum circūeunt [mare z aridā] ciuitates z villas lustrātes orbem [vt] ex gētibus [vnum ꝓselitū faciāt]. i. aliquē de gentilitate ad iudaismum trahāt z cōuertant: et nō ꝓpter miaz vt eos saluēt: sed aut propter vanā gloriam vt pietate fidei z cultui xp̄iane religionis obsistant: aut ꝓpter auariciam vt additis in synagoga iudeis sacrificioꝝ oblatio adderet eis. Proseliti dicūtur q̄ relicto gētilitatis errore ad iudaismū cōuertūtur: quorū raritas per vnū significatur. Ubi patet labor vacuus: qz pro vno circūeunt mare z aridaz multi: sed vnus de mille xp̄s circuit ciuitates z villas z sequunt̄ euz turbe multe. Patet etiā nimia eoꝝ nequitia: qz p quo laborāt: vt ad se trahant deteriorē se faciūt [z gehēne] seu ꝓditionis [filiū] duplo ꝙ seipsos. Quia añ dñm ethnicus erat simpliciter errabat et semel filius gehēne erat: sed postea videꝫ eorū vitia z corrupt⁹ in moribus per malā eorū vitā reuertit ad gētilitatē: z sic preuaricator z apostata a lege quā seruare ꝓmiserat i moribꝰ z i fide peccat: z maiori pena dign⁹: qz melius esset illi ꝟitatē nō agnoscere ꝙ post agnitā retrorsuz cōuerti. Sil'r faciunt illi q̄ multū laborant ad hoc q̄ possint aliquē ad religionem adducere: z cū adductus est p mala exēpla faciūt eū apostatare z fiunt nouissima eiꝰ

Ingressus impeditur Chriſo.

Regnuz celoꝝ ꝓ scriptuꝛi.

Pro beatitudine

B Ue de gula.

Chriſo.

Fictio sanctitatis.

Beda.

Isidor

Grego.

C Ue de inani gloria.

Proseliti.

Ethnici conuersi grauius dū retrocedunt peccant.

Hiero. De fraudulēta stulticia.

peiora priorib⁹. qrvt ꝯ ait Hiero. nō eo studio seruam⁹ q̄ sita quo querim⁹. In quarto redarguit eos de stulticia z fraudulēcia: qrvt ppl'uz ad dādum z offerendū inuitarēt ea q̄ erāt pro pter templū z altare p̄ferebāt in honore z sanctitate ipsi tēplo et altari sanctiora: dicētes q̄ si q̄s iuret p templū vl' altare nihil est. i. nihil debet nec obligat isto iuramēto z cōuict⁹ mēdacij non tenetur reus periurij nec est obligat⁹ in aliquo [si autē iuret i auro tēpli]. i. i pecunia q̄ offerebatur sacerdotib⁹ in tēplo [vel in dono] et oblationib⁹. i. in hostia z victimis q̄ offerūtur deo sup altare [debet]. i. obligat z cōuictus statim illud in quo iurauit teneat exoluere: z hoc studiosissime solebāt repetere.

Iuramentuz per creaturas.

Sanctio ergo istoz erat talis q̄ iuramētum p creaturas nō erat obligatoriū: nisi solū cuz iurabat p aurū z dona tēpli: et altaris in quo nō attēdebant dei timorē: sed suā cupiditatē. Uñ decipiebāt pplm dicentes aurum z dona sanctiora esse q̄ tēplum z altare: vt hoies p̄ optiores fierēt ad offerēda dona: sz errabant: qz maⁱ⁹ est qđ sanctificat q̄ qđ sanctificat: g̃ z tēplum maius est q̄ aurū: z altare maius q̄ donū: qz tēplū z altare quodā modo sctificant in eis oblata: qz erāt deo dicata: g̃ z iuramentuz p tēplū z altare maius est q̄ p aurū tēpli vel donū altaris. vñ vocat eos cecos duces: qz in errore erāt z alios i errorē ducebant: z iste error maxime ex cupiditate p̄cedebat. Itē cōuincit eos alia rōne: qz in iuramēto qđ fit per tēplū vel altare cōtinet iuramētū p aurū vel per donū q̄ em̄ iurat p altare ex quo deriuat oblatoz sanctificatio iurat etiā in cōtētis in illo: z qui iurat p tēplū iurat etiā in habitāte in ipso z iō iuramētū p templū vel altare magis est obligatoriū q̄ p dona tēpli vl' altaris. Sil'r qz iudei cōsuetudinē habebāt p celū iurare: iō ad reprehensionē eorū subdit. [Et q̄ iurat p celū iurat in throno dei: z in deo q̄ sedet sup eū]. Nō g̃ sicut arbitrant deuadūt piculū ex eo q̄ nō iurant p deū sz p thronuz dei scz celū. Qui em̄ per subiectam creaturā iurat iplicite iurat p creatorē creature p̄sidentē: z iō iuramētū p creaturas licitū est obligatoriū. Adhuc multi insipientes xp̃iani eodem vitio z simili errore laborāt q̄ putāt maⁱ⁹ esse iurare p euāgeliū q̄ p deū z cū p euangeliuz iurare timeāt: p deū tñ frequēter ex vsu vitioso iurare nō formidāt: cū tñ tota sctitas euangelij a deo veniat. Scripture ei ꝑpter deū facte sunt nō de⁹ ꝑpter scripturas: z iō maior ē de⁹ q̄ sanctificat euāgeliū q̄ euāgeliū qđ sanctificat ab eo.

Iurare per euā gelium.

De ignauia circa salutaria.

In quito redarguit negligētiā z segnicie quā habebāt circa magna z vtilia ad salutē alioz ptinentia gerentes magnā solicitudinē z diligentiā circa minuta et tpalia: qz decimabāt oē olus z minimas res: sz in iudicijs iusticiā: in pauperes imiaz: z in deū fidē, q̄ magna sunt ptermittebāt. Fides iportat debitū ordinē hoīs ad deū: iudiciū aūt impor tat debitū ordinē hoīs ad primū in his q̄ habēt rationē debiti: misa aūt in his q̄ habēt rationē doni z in his trib⁹ intelligunt oia illa q̄ ad salutē sunt multū necessaria. Qđ aūt dicit [decimatis] pōt dupliciter intelligi. Uno mō respectu sui: qz licet ministri receperunt decimas a ppl'o: tñ de illis acceptis a ppl'o et de his q̄ habebāt ex labore suo decimas reddebāt sacerdoti summo. Ad simulationē q̄ppe sctitat z reddebāt eis decimas de minimis et rōne cupiditatis vt p exemplū sui inducerēt ppl'm ad reddēdū sibi decimas de oibus vsq̄ ad minima. Aliter pōt intelligi respectu aliorū quos ad stricte soluēdū decimas iducebāt quas ab eis vsq̄ ad minima extorq̄bant. Et ne aliq̄s crederet q̄ de minimis reb⁹ nō essēt decime dāde subiungit q̄ principali⁹ oportet facere hec maiora sz iudiciū z miam ac ea q̄ sunt fidei agere tanq̄ magis necessaria [et illa] scz maiora z decimationē minimaz rerū [nō obmittere] tanq̄ bona minora: qz precepti⁹ dei est de oib⁹ tā minorib⁹ q̄ maiorib⁹ decimas dare: z oia precepta legis tā maxima q̄ minima oportet iplere. ¶ Deide has simulationes eoz arguit: qz erant duces habentes regere pplm ceci peruertētes intellectū scripturarū [colantes] z purgātes [culicē]. i. minora cū diligētia diſq̄rentes z tractātes [camelū aūt glutiētes]. i. maiora subticētes z p nihilo reputādo, obmittentes.

Decimare.

Culex.

Culex aial paruū est ab aculeo dictū. habet ei in ore fistulā ad modū stimuli quo pungit carnē z sugit sanguinē p qđ minor trāsgressio itelligit.

Camel⁹

Camelus ꝟo est aial magnum z deforme per qđ maior preuaricatio designat.

Chriso.

Ubi Chri. Quoniā scribarū z pharisеorum ad quos loquebatur quidā erāt sacerdotes quidam aūt populares: non est incongruuz vt duplicē hui⁹ loci faciamus traditionē vtvna pertineat ad populares q̄ decimas dāt: alia aūt ad sacerdotes q̄ decimas accipiūt. Etem̄ ipse sermo dubi⁹ē q̄ dicit [Uevobis q̄ decimatz] qz z qui accipit decimas recte decimare ꝺr et qui dat. Scribe g̃ z pharisei minimoz olerū decimas dabant vt p'hocvidētes, eos dicerēt: hoīes. putas quō oim rez suaz decimas offerre nō ptermittūt vt ēt: cōtēptibiliū olez ꝺcimas dare non negligant. Putas quō oia precepta dei vita eoz cōsumat vt nec in modicis his negligere acq̄escant qđ nō erat verū. Nā minoz qui dē rerū decimas offerebant ostentande religiōis gratia: in iudicijs aūt erant iniusti: in fratribus sine mia: in deū semp incredul liquētes culicē: camelum aūt glutientes qm̄ a modicis quidē delictis se abstinebant: magna aūt alacriter cōmittebāt. Nūc veniam⁹ ad sacerdotes. Hi g̃ auaricia pleni si q̄s ꝺ populo decimā alicui⁹ rei vel minime nō obtulisset ita eū corripiebāt q̄si magnū crimē fe-

cisset. Si ḡs aūt in pp'o aut in deū peccabat aut alterū ledebat: aut aliqd tale faciebat: nemo curabat corripere eū q̄si nullā culpā fecisset. ¶ De suo q̄dē lucro solicite agebāt: de gloria ꝝo dei ꝛ salute hoim negligebāt. Sic ꝛ mō fit. Qz oēs de suo honore soliciti sūt: de honore aūt dei null⁹. Et portiones quicq̄ suas vigilanter aspiciūt: defendūt: ſz circa obsequiū eccl'ie curā ipēdere nō attēdūt. Si pp'lis dec⁹ mas nō obtulerit: murmurāt oēs: ꝛ si peccātē populū viderint nemo murmurat ꝛ eos. Ipsi sunt q̄ docēt pp'm suo exēplo liquare culicē ꝛ camelū glutire. i. a modico peccato se cōtinere: maiora aūt cōmittere. hec Chri. O q̄ztū adhuc hodie cecitas scribarū ꝛ pharisęoꝝ regnat pcḧdolor in p̄latis tā religiosis q̄ secularibus q̄ solicite curāt de solutiōe decimarū ꝛ sensuū q̄ eis debent: ꝛ parū curāt si subditi in maioribꝰ involuant criminibꝰ: q̄ minora subtiliter discutiūt ꝛ maiora subticent: ac magnā in minimis: sed paruā vel nullā i maximis diligentiā adhibent: puta si quēpiā de clericis suis vel monachis deprehendūt in cerimonijs exterioribꝰ offendere aspere redarguunt: ꝛ si superbus est aut inuidus vel detractor vel seminator discordie: ꝛ turbator pacis sub silentio p̄tereūt: plus punit aliq̄s p omissione vni⁹ cōstitutionis vel admonitionis: ac de trāsgressiōe decretaliū ꝛ p̄stitutionū hominis q̄ euāgeliorū ꝛ mādatorū xp̄i. Curā aliaꝝ negligūt ꝛ negocia exteriora agūt: nō curant fructū aliarū: sed excrescētiā diuitiarū: p mūdū discurrunt: gregē sibi cōmissum nō custodiūt. Custodiat eū q̄ custodit israel. In sexto arguit eos simulationis ꝛ mendacij: qz plus curabāt lauare sordes exteriores q̄ interiores: plus corporū ꝛ vasorū q̄ morū ꝛ vitiorū. Phariseī em̄ qñ debebāt ascendere in tēplū ad oīm ōnationē mūdicie: p̄mo lauabāt vtēsilia dom⁹ ac vestimenta ꝛ cōsimilia ꝛ parū curabant de interiori mūdicia intrinsec⁹. Sic etiā foris oīndebāt hoib⁹ sanctitatē in habitu: in sermone: in philacterijs: in fimbrijs: i ofonū lōgitudine ꝛ ceteris hmōi: intrinsec⁹ aūt in cōscientia ꝛ mēte erāt [pleni rapina] p affectū ambitiōis [ꝛ immūdicia] p voluptatē carnis vel [rapina]. i. auaricia [ꝛ immūdicia]. i. sordib⁹ vitiorū: qz q̄ bibebāt: ꝛ mādducabāt alijs auferebāt: ꝛ p hoc cib⁹ et pot⁹ eorū immūdiciā pctōrū habebat. In hoc ꝝo multū errabāt et magna cecitas eorū erat: qz pl⁹ curādū est de mūdicia interiori q̄ exteriori: qz exterior nō ē deo accepta nisi p interiorē. Tales sūt: et mō multi q̄ sūt sicut fimus nisi dealbat⁹ exteri⁹ decorat⁹: intus iniq̄tate pleni. Vñ si q̄s interiora exteri⁹ evolueret multū ferorē multāq̄ sanie inueniret. vñ in Ezech. Fili hois fode parietē ꝛ videbis abominationes: mūdādū ē ḡ q̄ intus est calicis ꝛ parapsidis. i. cor purgādū est a vitijs: qz p interiora [calicis ꝛ parapsidis] intelligit metaphorice interiora mētis: ex cui⁹ mūdicia dependet bonitas mūdicie exterioris. ꝛ iō sequit [vt fiat q̄ deforis ē mūdū]. i. vera sit ostēsio sanctitatis nō malicia dissimulatiōis. vñ Orige. Hic sermo nos instruit vt festinem⁹ eē iusti nō apparere. Qui em̄ studet vt appareat iust⁹ q̄ a foris sūt mūdat: ꝛ q̄ vident curat: cor aūt ꝛ cōsciētiā negligit. Qui aūt studet ea q̄ intus sunt. i. cogitationes mūdare: cōsequēs etiā est vt ea q̄ a foris sunt faciat mūda. Et notādū q̄ in triplici ve positū est nomē cecitatis eo q̄ triplex cecitas arguat in eis. Primo in docēdis. s. in ve q̄rto. scdo in corripiēdis siue in eligēdis. s. in ve quinto: tertio in agēdis: vt hic in ve sexto. In septimo demōstrat hoc idē p exēplū sepulchrorū: vt q̄o sepulchra dealbata calce leuigata sūt forinsec⁹ ꝛ ornata marmoribꝰ: ac distincta auro ꝛ coloribꝰ [intus aūt plena sunt ossib⁹ mortuorū] ꝛ iō horribilia ꝛ omni spurcitia. s. putredie ꝛ fetore: ꝛ iō abominabilia. vñ & sepulchrū q̄si semi pulchrū: sic ꝛ ipsi mūdicia ꝛ iusticiā in habitu vestis ꝛ hūilitate ꝝborū oīndentes exterius dealbati sūt ꝓpter boni simulationē: intus aūt pleni sūt hypocrisi i. amore vane laudis q̄ztū ad intentionē simulationis ꝛ iniquitate. i. odio ꝝitatis q̄ztū ad affectionē malignitatis. Exterius habēt cōuersationē honestā vt cooperiāt malicia occultā. Isti significāt p bel q̄ exteri⁹ erat: ere⁹ ꝛ intus lute⁹. vbi Chri. Merito q̄dē iustorum corpa tēpla dicunt: qz in corpe iusti alia dñat ꝛ regnat q̄si de⁹ in tēplo: vel certe qz ipse de⁹ i corpibus habitat iustis. Corpora aūt pctōrū sepulchra dicunt mortuorū: qz alia mortua ē in corpore pctōris: nec em̄ viuens putāda est q̄ nihil viuū aut spiritale agit in corpore: vel qz mors ipsa in corpibus habitat pctōrū. Sicut ḡ sepulchrū q̄ztū claūsum est pulchrū videt a foris: si ꝝo aptū horribile: sic simulatores bonorū q̄ztū nō cognoscunt laudabiles sunt: cū aūt cogniti fuerint inueniunt abominabiles. Dic hypocrita si bonū est esse malū vt q̄d nō vis apparere q̄ vis esse? Si bonū aūt est esse bonū vt q̄d non vis esse q̄ vis apparere? Nā q̄ turpe est apparere turpi⁹ est esse: q̄ aūt formosum est apparere formosi⁹ est esse. Ergo aut esto q̄ appares aut appare q̄ es: qz manifestū malum a sapientibus nō reprehēdit dū insania estimat. hec Chri. vñ ꝛ Ber. Quē dabis de filijs adā q̄ q̄ est nō dico velit: sed vel patiat videri. In octauo arguit eos filios esse homicidarū: qz ꝓpter opinionē bonitatis ꝛ glorie in populo vt iusti viderent sepulchra ꝛ memorias ꝓphetarū ꝛ occisorū ambitione edificabāt: magnifice ornabant quos maiores eorū interfecerūt: ꝛ dicebant q̄ si fuissent in diebus patrū suorū non essent socij eorū in sanguine ꝓphetarū. i. ad effundendū sanguinē eorū: nec fecissent ea q̄

Minora vitia et nō maiora castigantes.

Ve de simulatione et mēdacio.

Ezech. viij

Ve de homicidarū.

Oriḡen.

Cecitas triplex.

Sepulchrum.

Chrisō.

Berñ.

pfes sui fecerūt: in q̄ testant se eē filios eorū qui pphetas occiderūt. Scelera patrū ppter speciē sanctitatis verbo suo reprobāt: z psequē do sanctos vt xp̄m z suos eadē scelera faciūt z sic facto approbāt q̄ filij sunt nō solū carne sed etiā imitatione: nō solū xp̄ū ad naturā: sz etiā xp̄ū ad mores. Nō em̄ eos incusat qm̄ se pulchra edificāt: sed intentionē eorū reprehē dit: q̄ nō ppter honorē eorū q̄ occisi fuerant: nec ppter amorē pietatis z veritatis hoc fece rūt: sed ppter amorē vane laudis quā in hoc q̄rebant. vñ Chri. Qui martyrū ecclesias edi ficant z ornant: bonū opus facere videnť: sed Chriso. Tēpla sīq̄dē z alms iusticiā dei custodiūt: si de bonis nō sūt ex eorū pauperes gaudēt: si alioꝝ bona p violē male ac tiā nō faciunt sua: scito q̄ ad gloriā dei edifi quisitis cāt. Sinaūt q̄s nō intelligat quinon ad gloriā faciēda. dei faciūt edificia illa: sed ppter estimationē humanā edificāt altaria martyrū vbi pau peres passiviolentiā ab eis interpellāt cōtra eos. Non em̄ gaudēt martyres q̄n ex illis pe cuniis honorant in quib⁹ pauperes plorabāt. Qualis est ista iusticia munerare mortuos z spoliare viētes: z de sanguine miserorū tol lere z deo offerre. Illud nō est deo offerre: sz velle violētie sue socij facere deū: vt cū obla tā sibi pecuniā de pctō libenter acceperit cō sentiat i peccato. Vis domū dei edificare: da fidelib⁹ paupibus vnde viuant: et edificasti rationabilē domū dei. In edificijs em̄ hoies habitāt: deus aūt in hoibus sanctis. Quales q̄ illi sunt q̄ hoies spoliāt z edificiū martyrū facīūt habitationes hoīm cōponūt z habita tores dei disturbāt. Que est aūt iusticia san Scritas ctos colere z cōtinere sanctitatē. Primus gra añ san dus pietatis ē sanctitatē diligere: deide san ctosfuit ctos: q̄ nō sancti añ sanctitatē fuerūt. sz san ctitas añ sanctos. Sine causa q̄ iustos hono rat q̄ iusticiā spernit. Nō pñt sancti amici eē illorū quib⁹ deus est inimic⁹. Dicebāt apud se. Si bene fecerimus pauperibus: q̄s illud videt: Et si viderint nō multivident: z si mul te viderint: pro tpe vident. Transit tps et cū tpe transijt beneficij memoria. Melius est q̄ edificia facere q̄ aspiciāt oēs: non in hoc tpe solū sed etiā in posterū. O insipiēs homo q̄d pdest tibi post mortē ista memoria si vbi es torqueris z vbi non es laudaris. hec Chriso. ¶ Deinde probat q̄ sint filij homicidarum et ostendit eos nō solū genimina viperarum quo ad maliciā in imitatione malorū ac pa terne nequitie imitatores: sed etiā parētib⁹ deteriores: z q̄ fictio erat hoc q̄d dicebāt. s. q̄ nō cōmunicassent operibus eorū si in tēpore illo fuissent. vnde dicit [Et vos implete]. i. implebitis [mensuram patrum vestrorum] Chriso. sm Hiero. z Chriso. Non iubet vel precipit: Mēsurā sed quod futurum erat predicit et ostendit. patrum Mensuram enim patrum suorum implere implere cupiebant z iam impleuerūt: quia quod illis defuit isti suppleuerunt. Nec solum impleue runt: sed mensuram multū excesserunt: quia illi occiderunt hōmines. Isti dei filium: illi seruos: isti dominum: illi ministros: isti regē illi membra: isti caput: illi prophetas: isti pro phetarum magistrum qui a prophetis p̄dic tus est. s. christū. ¶ Deinde postq̄ ostēdit in phariseis multiplicē culpam: ostendit conse quenter penā dicens. [Serpentes] venenū inuidie habentes [genimina viperarum] q̄ venenum malicie a patribus traxerūt [quo modo fugietis a iudicio gehēne]. q. d. nullo modo: quia erant in malicia obstinati. Non solum autem hanc penam meruerunt ppter mortem christi sed etiam propter occisionem apostolorum et discipulorum eius et propter hoc sequitur [ideo] scilicet q̄ dicitis nō esse mus socij eorum id est homicidarum vt osten dam vestrum mēdacium. [Ecce ego mitto] seu mittā [ad vos] instruendos et reuocan dos ad me [prophetas z sapientes z scribas] scilicet apostolos qui spiritu prophetico ple ni erant: z corda sapientia diuina erudiebāt et tanq̄ scribe docti de thesauris suis nous et vetera proferebant [et ex illis occidetis z crucifigetis et flagellabitis in synagogis] et congregationibus [vestris et persequimini de ciuitate in ciuitatem] quod et fecerunt et quos illi ideo: quia non viderunt non occide runt. Isti videntes eorum desiderium imple uerunt: et sic mores patrum iniquorū sequen do se filios eoꝝ eē testati sunt. Deinde vt ostē dat quoniam non impune hoc facīūt timorē eis ex his incutit dicens. [Ut veniat] conse cutiue: quia est consecutio equitatis [super vos] id est generationem vestram et omnū malorum vobis consimilem [omnis sanguis iustus] id est debita vltio pro omni effusione sanguinis iustorum [a sanguine abel iusti] cuius munera narrant a deo accepta [vsq̄ ad sanguinem zacharie filij barachie] id est iotade sacerdotis qui propter suam iusticiā dictus est barachias: qui interpretatur bene dictus dñi [quē occidistis]. i. vestra genera tio vobis similis occidit [iter tēplū z altare] s. holocaustorū qō erat extra tēplū. s. in atrio ipsius templi. Sed licet multi post z ante ab hac generatione sint occisi: tñ poti⁹ nominat istos duos q̄s alios vt i vno laici. s. in abel qui fuit pastor ouium z in campo necatus: in alio clerici. s. in zacharia qui fuit altaris officio mancipatus z in atrio templi occisus intelli gantur: z per hos duos oēs sancti martyres laicalis. s. z sacerdotalis ordinis designant. [Amen amen dico vobis venient oia]. s. sce lera z sceleꝝ punitiones [super generationē istā]. s. vestrā z oim malorū: z si non oēs sint vno tpe: tamen oēs sunt vnū corpus diaboli. Deinde conuertit sermonē specialiter ad me tropolim ciuitatem hierusalem in qua erant

R zacha rias ba rachie.

magis culpabiles eā pñ patris affectu plangēdo: z ex hoc auditores eruditendo dicens.

Hier'm [Hier'm hierusalē.] Hier'm vocat habitatores nō edificia ciuitatis ponendo cōtinens p cōtente: z alloquitur hic populū iudaicuz sub nomine ciuitatis metropolitane. Seminatio vero huius verbi hier'm miserētis est z miserīā vocantis ac valde diligentis. Uel gemit propter vehementem reprehēsionez z matorē exprobrationē. Uel qz sanctos affligebāt dupliciter z corporaliter z spūaliter. [Que occidis prophetas] dñm etiam occisura ppheturuz [z lapidas eos qui ad te] id est ad tuā vtilitatem z instructionez z ad increpandum scelera tua [missi sunt]. Ideo incurabilis est plaga tua: qz eos abijcis qui tibi salutem offerunt. vñ Chriso. Quō saneris que nullū ad te medicū puenire pmittis? Sanctis meis nō peperci: vt tibi parcerem peccatrici. Illorum vitam neglexi ne mortem tuam viderē. Oēs medici spiritales in te defecerunt z tu curata nō es. Si de morte tu anguisus fuissem nūq̄ ad te misissez pphetas. Si te perdere voluissem nūq̄ ad te ipse venissem: ego quid faciā si tu ipsa viuere non vis? hec Chrisost. [Quotiēs volui] ego qui mortem peccatoris nolo: ego qui oēs pctōres saluare volo: nō quidem semel vel bis: sed multotiens. Primo p legez nature: scōo per legē scripture: tertio p legez gratie. Itē in mane pueritie: in tertia adolescentie: in sexta iuuētutis: in nona senectutis in vespere decrepite etatis [cōgregare] sub cultu vni⁹ dei per fidē z charitatē [filios tuos] scz iudeos p̄dicationibus pphetarū z miraculis: z te mihi adungere z meis. Multi sunt dispsores: sed pauci ad bonū congregatores:

Dispsores multi. dispergit em̄ diabolus: dispergit mundus dispergit carnalis affectus: dispergūt tentatores. Sed dñs vult cōgregare i vnitatē fidei: i vnitatē charitatis: in vnitatē supne ciuitatz. Sequit [quē admodū gallina cōgregat pullos suos sub alas] ponit exemplū de gallina ad ostendēdū affectū suū ad populū: qz inter alias aues videt magis affici ad nutritionez z cōseruationē pullox: tā magnū em̄ affectuz in filios hz: vt eox ifirmitate affecta infirmet z ipsa: z eos alis protegens ꝫ miluuz pugnet. Sic z dei sapientia p carnis susceptionē infirmata ptegit nos z defendit a diabolo: ac nutrit z cōseruat sua gratia. [Et noluisti] q̄nimmo negleristi: z tradidisti: impediuisti. qz prophetas a deo missos: postea. Johannē baptistam: z vltimo dñm nostrū Jesum xp̄m z eius discipulos cōtempserunt: immo z occiderunt ac si diceret. Ego volui: ꝫ tu noluisti. Ego qō meum est feci: sed tu quod tuum erat non fecisti. Ego p tua salute prophetas ad te misi: sed tu eos interfecisti. Ego ad te ipse veni: et tu me recipere noluisti. Tibi ergo iputādum z tue malicie: nō mihi. O quotiēs monet nos deus: modo blandit̄ꝫ: mō increpationibus: z nūc sic nūc sic. Et pax aduertim⁹. Et iō valde timenda est nobis pena que sequitur. ¶ Tādem enim ex multiplici eorum culpa multiplicem eis cōminatur penam. Primo temporalem quaz plus timebāt z semp formidabāt subuersionem ciuitatis z templi desertionez dicens. Ecce relinquet̄ vobis a deo dom⁹ vra. s. templum z ciuitas deserta: qz perromanos fuerunt destructa: deserta quidem z nudata auxilio xp̄i: qz habitatorez xp̄m reliquerunt ac pdiderūt: z hereditatē pretipere gestiētes heredez occiderūt. Ergo xp̄s erat qui antea eis presidebat z eos manu tenebat ac gubernabat: z ab hostium manibus eripiebat. Itē deserta angelorum custodia: quia audita est vox in tēplo transeamus ab hīs sedibus. Mystice etiā domus indeorū deserta z vacua derelicta est: id est idigni habitudine sanctis spiritus remāserunt: quia in incredulitate perseuerantes xp̄m hospitez nō susceperunt: vbi Chriso. Deserta est a sanctis: deserta a sanctitate: a fide: a charitate: a gratia z spū: deserta deniqz ab ipso deo et a bonis oib⁹ que sūt dei. vbi z Orige. Semp etiaz eis q̄ noluerunt congregari sub alas ei⁹ cōminat̄ xp̄s: ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. i. anima z corpus. Deinde cōminatur eis penā eternā que est carentia sue visiōis: nisi a suis cōuertantur nequitijs dicens: Dico em̄ vobis. Nō me z faciem meam videbitis amodo ab hoc. s. tpe passionis mee donec dicatis: benedict⁹ qui venit in noīe domini. i. donec eriaz inuiti confiteamini me esse xp̄m benedictū filiuz a patre missum: a pphetis predictuz: qō erit in aduētu claritatis ad iudiciū. vñ Zach. Aspiciēt ad me quē cōfixerūt. Reuera em̄ post passionē suā visus est a discipulis z amicis suis: sed nō a iudeis. Uel nō videbitis me. i. nisi dicatis penitēdo z me dei filiū p fidez cōfitēdo: [bñdict⁹ q̄ venit i noīe dñi]. i. hic ē benedict⁹ q̄ venit i mundū p incarnationē missus a patre in quo innuit cōuersio reliquiarū ante aduētū ad iudiciū: tunc em̄ iudei qui in fine mūdi crediturī sunt in xp̄m laudabunt z p̄fitebunt ipsum. Et his dictis exiens dñs Jesus de tēplo cū discipulis recessit a iudeis. vbi Orige. Sed z vnusquisqz cū sit tēplū dei ppter spiritū dei inhabitantē in se: ipse fit causa sue desertiōis vt egrediatur xp̄s ab eo. ¶ Oratio.

OOmine iesu xp̄e qui legi z preceptis tuis obediētib⁹ das benedictiones: z inobediētib⁹ maledictiones: da mihi de tua largitate ipsis tuis p̄ceptz semp obtēperare z errores hypocritarum in omnib⁹ euitare: da mihi tuis monitionibus z beneplacitis sine tedio acq̄escere: z me sine negligentia z emendare vt tandem in aduentu claritatis tue iudicium te benedictum ad plenā nr̄am redēptionē: hoc est p̄fectā corpo-

Deserta hier'm. a deo.

Ab angelis.

C hriso

Orige.

Zach. xij

Orige.

ris z aie libertate manifeste veniēte let⁹ aspi
ciā: z cū electis tuis te sine fine bñdicā. Amē.

De signis aduentus dñi z cōsummationis seculi. Capituluz. xxxix.

A Mat. xxiij mar. xiij Lu. xxj.



Et cū dñs Jesus eadem feria tertia egressus esset de templo ipso egressu discipuli ei⁹ ostenderūt ei edificatiōes tēpli] nō ignotas: sed tanq̄ admirādas vt propter nobilitatē z magnificentiam edificiorum q̄ ad diuinū cultū facta erant flecteretur ad misericordiā: z mitigaret penā cōminatā. Videbatur etiā eis q̄ nec rapi nec euerti posset vel dirimi. Nō respiciebāt ad tēpli sanctitatē: sz ad edificiorū pciositatē z fortitudinez: sic hodie multi plus attendunt ad cultum ecclesie corporalē q̄ spiritualē. vñ Bern. Sēmis altaria fulgent z ministrorū dei nulla electio est. Sed Jrūm fuit in primitiua ecclesia: q̄ maiorūis fiebat in ornatu spirituali q̄ in materiali. Unde Augu. Olim erant parietes ecclesie viles z viri pciosi: mō ecōuerso. Ecclesie q̄ppe ornat⁹ nō est in edificijs z redditib⁹: sed in humilitate: hospitalitate z pietate. Et respondēs iesus dixit. Nō solū⁹ hec destruenda fore: sed z q̄ in eis nō relinqueret lapis sup lapidē qui non destrueret z ꝓminueret: q̄tūcūq̄ pciosa et fortia viderent: hoc aūt factum est a romanis xlij. anno post passionē dñi. Similiter erit de magnis z sumptuosis palatijs: q̄ [ñ reliquet lapis sup lapidē] in eis ꝑm Beda. Diuinit⁹ pcuratū est z prouisuz vt patefacta euāgelica grā⁹ orbē: tēplū ipsum cū suis ceremonijs tolleret: ne q̄s adhuc parulus z infirm⁹ in fide si viderit illa permanere q̄ a deo sunt ista uta a sinceritate fidei ad iudaismuz laberet. Auferet g̃ vmbra z palmam tenet veritas per orbem declarata. Dis em̄ cōpositio mandatoꝝ sic est destructa vt iudei nihil impleant: z capite sublato mēbra inter se pugnēt. vñ Chri. Illa hierl'm figuralis typū gerit hierl'm spiritalis id est eccle. Naz nisi templū istud destructū fuisset obseruātia legis nō facile fuisset cōpescēda. Jō aūt destructū est vt si velit iudei post modū seruare legē ñ possint aut ō pascha aut ō sacrificijs aut de ceteris festiuitatib⁹. Ceciderūt corpalia z figuralia vt surgerēt spiritalia z vera mysteria. hec Chriso. Et vadēs dñs ipsa die cū discipulis i montē oliueti z sedens ibi [ꝑ tēpluz] in loco vbi postea cōstructa est ecclesia: interrogatur ab eis de tēpore destructionis hierl'me tēpli: z de signo aduētus sui z cōsummationis seculi: q̄ putabant seq̄ statim destructionē ciuitatis z tēpli. Iste q̄stiones fuerūt ei facte in mōte oliueti: et hoc rationabiliter: q̄ ex illo loco tēplū z ciuitas clarissime vident: z occasione hui⁹ destructio ibi q̄ritur. Silr z iudiciū extremū futurū est circa illū locū: ideo cōuenienter fit ibi questio de futuro iudicio. Et respondēs iesus dixit eis signa p̄dictorum: z eos circa quodlibet in necessarijs z vtilibus instruxit: nec dicebat q̄ eos scire nō expediebat. De signis docet: de tpe intimādum nō putat: quia incertitudo tpis inducit terrorē: z ita preparationem: sed ignorātia signorū posset inducere in errorez. Et q̄uis plura ex his signis possint referri simul ad euersionē vrbis z tēpli z ad xp̄i aduē tū ante cōsummationez seculi. ꝑm em̄ Dñs nō separatim q̄ signa pineāt ad hoc vl' ad illud ponit: vt eadē videantur ad vtrunq̄ pertinere: q̄ tñ euersionem vrbis z templi iā cōpletā z p̄teritā dinoscimus: ideo ad instructionē nostrā oia ad ea que restāt referam⁹: q̄ possunt oia de aduentu xp̄i z cōsummatiōe seculi intelligi: z p apl'os olim credentiuz persone signari. Nā dicit ḧ discipulis non tanq̄ eis qui durare deberēt in vita ista vsq̄ ad finē mundi: sed in psonis eorum dixit hec oib⁹ posteris eorum credituris quasi vnū corpus existentib⁹ cum ipis. Sed anteq̄ eis ad interrogata: respondeat mētē eoꝝ: vt nō seducātur cōfirmat. vñ Chrisp. Neq̄ em̄ de hierosolyme destructione: neq̄ de scdo suo aduentu statim respondit: sed de malis q̄b⁹ statim obuiāduz erat. Premunit ergo dñs fideles ne seducantur. i. seorsum a vitate fidei ducātur. [Multi em̄] pseudo xp̄i z pseudo pphe. i. simulati et falsi [venient] ascribētes sibi nomē xp̄i ex p̄sumptiōe [z dicētes se xp̄z esse z seducēt multos] per falsam doctrinā q̄ simulatā vitā: per signa mirabilia. vñ Athanasius dicit. In vna quaq̄ hereſi diabolus figuratus dicit. Ego sum xp̄s z apud me est veritas. Multi etiā vident hoc dicere facto: q̄ statuta sua districti⁹ faciūt obseruari: q̄ p̄cepta deivolētes magis sibi q̄ deo obediri. Sed nō est venturus xp̄s nisi p̄cedāt signa ab eo p̄dicta. Que ideo nobis dñs prenūciat: vt nos ab amore mūdi cō pescat z timorē nobis incutiat: ac q̄ semp vigilātes z paratos nos inueniat: q̄ min⁹ tacula ferūt q̄ āte preuisa sunt. Et premittit dñs primo in generali signa priora. s. p̄lia q̄tū ad hostes extraneos: z seditiones q̄tū ad domesticos. Deinde subdit in speciali eorum multitudinez tangens mala septem que sunt inimicitie populoꝝ quia surget gens cōtra gentem: discordia principum: quia regnum aduersus regnum: commotio locoꝝ per loca: infectiones morborum: quia pestilentie: defectus victualiū: q̄ fames: terrorez celestiū impressionū: q̄ terrores de celo: nouitas euentuum

A Ornat⁹ templi. Bern. Augu. Beda. Destrucō tēpli Chriso. B Chriso. Signoꝝ cōfusio. Chriso. C Mala septem.

mūdanorū:qz signa magna erūt. Per hec au tē septē q̄ hic tangunt possunt intelligi septē mala q̄ hodie ecclesia dei patit: quoz primū est discordia ecclesiarū: scōm impugnatio he reticoz tertiū turbationes secularīū:quartū exēpla maloz:quintū defectus doctoz:sextū fulminationes sentētiarū: septimū mōstruo sitas ordinationū ecclesiarū. Multa ḡ mala precedent:ita vt impleat qđ dr. Pugnabit p eo orbis terrarū cōtra insensatos: vt q̄ cōtra auctorē oim ꝓciter pugnauerūt:iusto tunc dei iudicio ab oibus oppugnent:⁊ qui in cūctis deliq̄rūt in cūctis feriātur. [Oportet] et cōuenies est [primū hec fieri] tanq̄ a deo ordinata:malicia hoim exigēte ⁊ deo bonū inde eliciēte scz ad ꝓbationē ⁊ vtilitatē bonoz: ⁊ ad destructionē ⁊ perditionē maloz:qz [hec oia initia] ⁊ quasi preconia [sunt doloz] futuroz [sed nondū statim est finis] ⁊ consummatio eoz:qz ista sunt signa remota nō ꝓpinqua:vel qz ista sunt tpalia: sed cōsummatio doloz erit eterna. Magnitudo em̄ maloz in diciū generale p̄cedētiū est figura sequētiuz incōparabiliter grauioz. Nāvt dicit Grego. q̄ crebra mala q̄ preueniūt indicant mala ꝓpetua q̄ sequūtur:qz multa debēt mala p̄currere:vt malū valeāt sine fine nūciare. Spūaliter ꝑm Ambro. sunt ⁊ alia bella que viri sentit xp̄ianus:scz diuersarū prelia cupiditatū: studioz cōflict⁹:multo etiam grauiores sunt hostes domestici q̄ extranei. Et ꝑm Chriso. Spūaliter in ecclesia pestilentie carnaliū vitioz fames verbi diuini: terremot⁹ tribulationū erūt: qz eccl'ia multū in fine tētabitur. Deinde subdit quo merito hec oia cōtingēt: qz ante hec oia. s. hec p̄dicta erūt psecutiones sanctoz quib⁹ injicient man⁹ ad capiendum quicq̄ tradentur ad tribulationes et mortem etiam a ꝓpinquis ⁊ amicis:et erūt odio oib⁹ hoibus humū ⁊ terrā:seu humana non diuina sapiētib⁹. Amic⁹ em̄ dei inimic⁹ est mūdi: ⁊ in tali odio erūt ꝓpter nomē xp̄i ac cōfessionē huius nois ⁊ assertionē veritatis qđ quidem iocundū ⁊ gloriosum est sanctis:qz felix est iniuria cū deus est in causa: qz ad hāc sequit magnū premium ⁊ gloria immēsa. Qui etiā post dura q̄ predicunt de afflictione mortis ꝓtinus cōsolātur de gloria resurrectiōis: qz etiā capillus minim⁹ de capite eoz nō peribit:⁊ ideo multo magis cetera maiora non peribūt:⁊ hoc addit ad declarandū veritatē future resurrectiōis. nā quicq̄d siue ad substantiā siue ad decorē corporis facit in resurrectione redibit. Scōm sensum spūalem capillus de capite dr:nō perire:quia nec minima mētis cogitatio bona manebit irremunerata. vnde Beda. Non solū ossa nostra. i. fortia gesta vel dicta remunerant: sz etiā capilli. i. minutissime cogitatiōes bone:q̄ de corde quasi capillus de cerebro exeunt apud iustū iudicē digna mercede donabunt. vñ ꝓpheta. Reliquie cogitationū die festū agēt tibi. Similiter nec cogitatiōes male remanebūt impunite. Et qz grauia sunt q̄ sancti in persecutionib⁹ pati habebūt: ideo cōsequēter ad tolerantiā cōfortant. in p̄dictis em̄ maxime necessaria est patiētia:q̄ in patiētia possidebūt i. custodiēt alas suas. Custos em̄ oim virtutū patiētia est:in qua alas que corpus possident possidem⁹ cū ipsas alas ad patiēdū ratione regim⁹. Qui aūt impatiēs est alaz suā nō possidet:qz animi sui furoꝛē et irā cohibere non pōt. vnde Beda. Sic em̄ conditi mirabiliter sum⁹ vt ratio animā: et aia possideat corpus. Jus ꝛo aie a corpis possessione ꝓpeditur si non ꝓius aia a rōne possidet. Custodem igit cōditionis nostre patiētiā dñs esse mōstrauit:qz ipsa nos possidere nosmetipos docuit. hec Beda. Magna igit est virtus patiētie sine qua alia perdit⁹ per quā possidet. Qui em̄ patiēter suffert tētationē accipiet coronā:sed qui perdit patiētiā pdit ⁊ coronaz. vñ ⁊ Greg. eā cōmēdās dicit. Ego ꝛo virtutē patiētie signis ⁊ miraculis esse maiorē puto. ⁊ Salomō. Melior est patiēs viro forti:⁊ qui dominat aio suo expugnatore vrbiū. vñ ⁊ Seneca. Tormēta patiēter ferre notabile est. hoc em̄ fortitudinis pars est. Nō em̄ pati tormenta optabile est:sed pati fortiter qđ est virt⁹. Cū aliquis tormēta fortiter patit:oibus virtutibus vtitur fortasse cū vna in ꝓptu sit ⁊ maxime appareat patiētia illic est individuus comitat⁹ virtutū. Quicq̄d honeste fit vna virtus facit:sed ex cōsilij sūia. hec Sene. Jgit vt ait Chriso. Injurie hoim nullū faciūt dānū: sed magis patiētie lucrū. Quia ꝛo tot terroribus auditis sancti turbari potuerūt:timētes quid tūc respōdeāt: cōsolationē supponit de dādo eis in ꝓmeditatis os ⁊ sapiētiā: ac dicēdi ⁊ respōdēdi materiā:quib⁹ nullus poterit resistere vel cōtradicere:qz nō ex ingenio vel arte eoz ꝓcedēt verba:sed ex spūssancti gratia. Tunc multi scādalizabūtur. i. discedēt a fide ⁊ ruent in errores timore vel immanitate tormētoz aut poztētis seu munerib⁹ seducti. [Et qm̄ abundabit iniq̄tas] ⁊ malicia in falsis xp̄ianis: ideo [refrigescet] et deficiet [charitas]. i. vera dilectio erga deū et proximū:in multis alijs ab igne diuini amoris:sz totaliter nō cadat i eis. Ex abūdātia em̄ iniquitatis oritur tepiditas charitatis ꝓ tribulatione que calere videbat ante tribulationē ⁊ in pace. Deniq̄ vt ait Ambro. Tūc iust⁹ in deserto:iniqu⁹ in regno. Uel in eisdē in q̄b⁹ abūdat iniq̄tas refrigescit charitas. Nā vt ait Remigi. q̄sto magis ab vno quoq̄z iniq̄tas sumpsit: tāto ampli⁹ in corde ipsi⁹ ardoz charitatis extinguit. [Qui aut̄ pseuerauerit] in fide vitatis:in amore bonitatis [vsq̄ in finē] ⁊ terminū vite pūtis q̄cūq̄ tpe incipiat:et quo-

Psalm lxxv.

Patientie laus

Beda.

Grego.

Prouer. xvj.

Seneca

Chriso.

Ambro.

Remig.

Sap. v.

Malorū magnitudo.

Grego.

Ambro.

Chriso.

D Capill⁹ nō peribit.

Beda.

cūq; tpe reincipiat [hic salu⁹ erit] q; non cessasse: sz psistere ꝑtutis est: et nō inchoatio tolerātie: sz pseuerātia coronat. De hac materia psecutionū habes lati⁹ supra post missionē apl'oꝝ. Sz hec p̄dicta more insolito z multo violēti⁹: tūc fiāt cū euenire soleāt: ita vt pro signis habeant. [Et p̄dicabit hoc euāgeliū regni in vniuerso mundo.] Predicatio noui testamēti ōr euāgeliū rōne sue pfectiōis z bonitatis: videlz q; bonū honestū: q; bonū tocū dū: q; bonū vtile: ꝛōr euāgeliū regni rōne sue dignitatis: vel finaliter: q; ad regnū ducit qō lex nō faciebat: vel causal'r: q; reges facit. vl' materialiter: q; de regno ꝺscrit: z hoc [in testimoniū oīb⁹ gētib⁹]. i. in accusationē his q̄ nō crediderūt: quiāꝫ crediderūt testabunt aduersus eos qui nō crediderūt z eos cōdēnabūt [z tūc veniet cōsummatio] cū ad fines orbis terre sermo pietatis puenerit: ne aliquis excusare se possit. ſm Aug. Predicatio euāgelij in toto mūdo cuius fuerit cōpleta q̄ ad oēs mūdi partes: nō tn quo ad oēs homines in oībus partib⁹ mūdi existētes. Unde in oēz terrā: sed nō in oēs: omnis terre exiuit son⁹ eoꝝ: nisi forsitan per cōem in gñali relatum alioꝝ: z q; nondū in oībus fuerat cōpletū expectat cōplēdū. vñ z Hiero. Signū dñici aduētus est in toto orbe euangeliū predicari vt nullus sit excusabilis q̄ aut iā nūc est cōpletū: aut in breui credim⁹ esse cōplēdū. Nō em puto aliquā remānsisse gētē q̄ xp̄i nomē ignoret: z cū nō habuerit p̄dicatorē: tn exvicinis natiōib⁹ opinionē fidei nō pōt ignorare. hec Hiero. De p̄dictis signis sic dicit Chrys. Est quippe res ista prorsus ambigua: z oino nescimus: an etiā nostra etate hec oia finiātur et dies ille metuēdus aduenīat atq; horribile illud nobis ostendat tribunal. Nā z signa multa prorsus impleta sunt: z euāgeliū toto iā fere orbe pconuit: et plia terraꝝ tremores z fames: vt p̄dictū fuerat acciderūt: nec grāde iā mediuz est q̄ oia cōsiderātes ad eā nos q̄ hic abscessuri sum⁹ pfectionē parem⁹. Nā lz cōis illi⁹ finis nōdū instet dies peculiaris: tn iste vniuscuiusq; nr̄m finis in ꝓtio est. Et si em̄ senex sit alicꝫ z si adolescēs: morti tn̄i qualibet etate vicin⁹ est. hec Chri. Cā ꝺoz radix olim maloꝝ in mūdo est supbia z presumptio. Ppl's em̄ ℑ regē erigit: clericus ℑ sacerdotē: monachi ℑ abbatē: filij ℑ parentes: iuuenes ℑ seniores supbiēdo diuersa sentiunt. Malū ergo supbie q̄ supnā angeloꝝ curiaz corrūpendo destruxerat: pñs q̄z seculū inordinate puertēdo destruet. vñ Petr⁹ damian⁹ cuidaz de fuga mūdi cōgratulādo sic scribit. Magnas deo gr̄as debes q̄ te hoc tpe de mūdo elegit q̄ i eo difficile q̄s saluat. Iā sterile aratrū: plitr⁹ ducit arenosuz. Iā illud pphe ticū videt impletū. Nō est veritas: nō est misericordia: nō est sciētia dei in terra. Maledictum: z mēdaciū: z homicidiū: z furtū: z adulteriū inundauerūt. Et illud. Omne caput lā guidū z omne cor merens a plāta pedis vsq; ad verticē nō est in eo sanitas. Nō est huius tpis: vt qui puritatis z innocētie tramitē tenere desiderat: ecclie baculare regimē accēscat: cū videlz oēs pene p vitioꝝ abrupta precipites z tanq̄ furētes equi p voluptatū sua rū cāpos ferūtur effrenes. Claustra vacant: euāgeliū claudit: z p ora ecclesiastici ordinis forēsia iura decurrūt. Pauci sacrarū meditā tur eloquia scripturarū: sed oēs scita legū z forēse litigiū. Et reuera tā immanis p̄ssura incūbit ecclesijs: vt tanq̄ babylonice legiōis acies circūfusa et hier'm cū ciuibus suis videat obsessa. Iā nō oculū pro oculo iurta legē: sed referūt cū fenore lesionē: et disciplina vindicte q̄ sub gētili duduz seruabat iperio: nunc euāgelio pena terribiliter intonāte nascit. Ideoq; p ꝝga taurea: p sentica clauā: p ꝝbo ferrū, pvecte adhibēt gladiū. Erubescūt nūc nō excedētē iniurie vicē dedignant illati discriminis eq̄tē videri victores atq; terribiles ambiūt: triūphalis glorie titulos cōcupiscūt. Sic itaq; dūvn⁹ parūper ira scit: alter ad insaniā puocat. Et q̄d aliud inter hec tot flagitiorū mala ppēdim⁹ nisi q; vēturo citi⁹ antixp̄o via iā sternit: p quā i offensis neq̄tie sue vestigijs gradiat. Nā sicut ōr apl'us. Mysterioꝝ iā opat iniq̄tatis. hec Petr⁹. ¶ Oco.

Antixp̄i aduēt⁹. ij. the. ij

Omine Jesu xp̄e iudex oīm vēture: da mihi cōstātiā in fidei veritate ne seducar a simulatis z falsis hoibus nec succūbā in tribulationib⁹: sed in cōfessione tui nois et assertione veritatis: valeam fortiter psistere: z pro hac odia hoim et aduersa gaudenter sustinere. Tribue mihi ꝝtutē patiētiez vt abūdāte iniquitate nō refrigescat in me ardor charitatis: sed vsq; in finem vite presentis perseuerē in fide veritatis z amore bonitatis quatenus te miserāte saluus fiam dñe deus salutis mee. Amen.

¶ De aduentu z persecutione antichristi. Capitulum.xl.



Post prelia aūt et seditiones z alia que premissa sunt sequit aduēt⁹ antixp̄i: q; vt par pcessit xp̄m: ita discordia pcedet ātixp̄z. Et vt ait Chrys. Sicut ante ignē fum⁹ pcedit: z añvicto riā pugna: sic z añ gl'iaz xp̄i tētatio antixp̄i. vnde subiūgit. [Cū videritis] scz oculis corpis i successoꝝ vestr⁹ [abominationē desolatiōis: q̄ dicta]. i. p̄dicta [est a Daniele ppheta] dicente. Erit i tēplo abominatio desolatiōis [stā te i loco sctō]. i. i tēplo dei [qui legit]. s. dictā

A Matth. xxiiij. Mar. xiij. Lu. xxi z. xviij. Chryso.

Daniel. ix.

pphetiã [intelligat] eã tũc impleri ⁊ cõsummationẽ instare. Nã ibi dẽ dr. Et vsq; ad consummationẽ ⁊ finẽ pdurabit desolatio: hoc impletũ est qñ Elius adrianus imaginẽ suã statui fecit vbi steterat archa testamenti: et hoc fuit signũ destructionis ⁊ desolationis ciuitatis et tẽpli: hoc etiã de abominabili antixpõ põt intelligi q̃ dr abominatio rõne superbie qua se cõfert deo ex hoc q̃ aduersus deũ veniens honorẽ dei sibi vendicat: ⁊ dicit desolationis q; tunc erit maxima electorũ desolatio qñ cultus dei destruet: vel q; terra ⁊ cultꝰ dei ꝑ ipm desolabit. Tũc em̃ (vt ait apls) reuelabit. i. manifestabit hõ peccati: filius pditiõis q̃ aduersat ⁊ extollit supra. i. cõtra omne qđ dr deus: aut qđ collit: ita vt in tẽplo dei sedeat ostendens ⁊ ostentans se tanq̃ sit deꝰ. In loco em̃ sanctificationis stabit: vtvbi sanctorũ ꝑcibus deus inuocabat: ibi ab infidelibus receptus dei honore venerabilis dignus videat. Cuius species iã ꝑcedit: q; iã misteriũ iniq̃tatis opat in mẽbris suis. ¶ Mozal'r ꝑlatus malus est idolũ abominatiõis ⁊ desolatiõis. vñ in zachar. O pastor ⁊ idolũ derelinquens gregẽ. Dr aũt abominatio ppter fastidiũ respectu dei: abominabilis em̃ ẽ deo ppter prauitatẽ cordis: ppter impietatẽ opis: ppter indignitatẽ oblationis. ⁊ vñ totus est abominabilis. Sed addit desolationis ppter dispendiũ siue dãnũ respectu primi. Desolat ei populũ vel pnegligẽtiã officij: vel ꝑ corruptionẽ exẽpli: vel ꝑ subtractionẽ tpalis subsidij: sed stat in loco sancto ppter mõstrũ respectu officij: est em̃ figura antixpi q̃ sedebit i tẽplo dei ⁊ iõ iã antixpi sunt multi. Tunc [q̃ legit intelligat] vcz ecclesie destructionẽ: ꝑlati dãnationẽ: populi periclitationẽ. vbi Beꝺ. Juxta ꝺo sensus spiritales cũ viderim⁹ abominationẽ desolationis stare vbi nõ debet: hoc est hereses ⁊ flagitia regnare inter eos qui celestib⁹ misterijs videbant esse consecrati: cũ operãtes iniquitatẽ loquẽtes mendaciũ viros sanguinũ ⁊ dolosos quos abominabit dñs pacẽ fideliũ turbare perpẽderimus: tunc quicũq; in iudea: hoc est in cõfessione vere fidei perstimus: nõ terrenis infimisq; actibus mancipari: sed tanto altius virtutum culmen debemus ascendere: quãto plures ampla ⁊ errabũda vitiorũ sequi itinera videm⁹. hec Beꝺ. Vñ cõsequẽter monet vt [tũc]. s. veniente antixpo [q̃ in iudea sũt fugiãt] q; iudei eũ ꝑmitus suscipient: ⁊ ibi ppter corpalẽ antixpi ꝑsentiã maior ꝑsecutio erit. [fugiant inq̃ ad montes]. i. ad loca secreta ⁊ deserta vbi latitare possint. vñ Hylarius. Judeã deseri monet ⁊ transfugi in montes ne admixtione plebis illius q̃ creditura est antixpo vis aut cõtagio afferat. [Et q̃ in tecto sũt]. i. in eminẽtia ꝑfectionis [nõ descẽdãt aliq̃d tollere de domo sua] ꝑ cupiditatẽ rerũ secularium: ppt quas sepe etiã ꝑfecti deijciunt a culmine perfectionis tpe ꝑsecutiõis. Hec Hyla. [Et qui in agro sunt] laborãtes pro fructu bonorũ operũ quãtũ ad actuos [nõ reuertãtur tollere tunicã suã]. i. nõ redeãt ad occupatiões seculi peccatũ implicãtes que intelligũtur per tunicã. Ad literã vult ostẽdere q; ppter instãtiam tribulationũ ⁊ malorũ ꝑsentiũ: ac propter expectationẽ iudicij ⁊ malorũ futurorũ nõ vacabit alicui intẽdere negocijs tẽporalibus: sed melius est q; saluet vitaz suã q̃ rem possessam: ⁊ cogitet qnõ occurrat iudicis conspectib⁹. Mystice aũt distingui possent predicta tria ꝑ tres statꝰ hoiz. Per eos q̃ in iudea sunt intelligi potest status incipiẽtiũ qui tm̃ in cõfessione fidei manent ꝺm illud apli. Corde creditur ad iustitiã. Per illos qui in tecto sunt status ꝑficiẽtiũ qui iaz supra carnẽ que est domꝰ alie: supra mũdũ qui est domꝰ hoim supra aerem qui est domus demonũ ascẽderunt. ꝺm illud psal. Et factꝰ sum sicut passer solitarius in tecto. Per illos qui in agro statꝰ perfectorũ qui in se ꝑfecti iam alios ꝑficere conãtur. ꝺm illud Cãti. Egrediamur in agrũ. Scõm hec triplex est consiliũ ammonitionis. Primus em̃ datur cõsiliũ ascẽdẽdi ad montes sic et qui in iudea sunt. i. in cõfessiõe fidei: lz imperfecti: in dea em̃ cõfessio interꝑtat [fugiant ad mõtes] et nos. i. ad scripturas aploz ⁊ pphetarũ: vel ad culmina virtutũ: vt illuminẽt a deo. vñ ps. Illuminãs tu mirabil'r a mõtib⁹ eternis. Secũdis dat cõsiliũ nõ descẽdẽdi: sic ⁊ qui in tecto. i. qui alio excedit carnẽ ⁊ mundũ per celestẽ cõuersationẽ nõ descendat tollere aliq̃d de domo sua. i. nõ inclinet se ad carnalia desideria: nec redeat ad actus pristine cõuersationis mũdane. ꝺm illud apli. Carnis curã ne feceritis. Tertijs dat consiliũ nõ reuertẽdi sic [⁊ q̃ in agro]. i. qui operat in eccl'ia sicut bos in agro dñi nõ reuertat tollere tunicã suã. i. rẽ aliquã tpalẽ qua se exuit: vt nudus nudũ xpm seq̃ret. ꝺm illud Canti. Expoliauit me tunica mea. ꝺm Aug. In tribulatiõib⁹ cauẽdũ est ne q̃sq; denict⁹ ad carnalẽ vitã de spũali sublimitate descẽdat: aut q̃ ꝑfecerat in anteriora se extẽdẽs deficiẽdo i posteriora respiciat. Et bñ dixi q̃ nõ est reuertẽdũ retro ꝑ tectũ ꝑseuerãtie in bono: et vt hoc facilius faciatis memores estote vxoris loth: q̃ q; retro respexit nature sue mun⁹ pdidit. Fugiẽs ei sathanã ⁊ soꝺomã per intẽperantiã respexit ea ⁊ mortua Uxor statua salis seu colũna est effecta. ꝺm Aug. loth. Hec vxor loth significat eos q̃ in tribulatiõe retro respiciũt ⁊ a spe diuine promissionis se auertũt. Et ideo statua salis facta est: vt exẽplo ammonẽdi hoies ne sic'ia faciãt: tanq̃ cõdiatz eruditat cor eorũ ne fatui fiant. Querit Aug. ꝛre mulier ista fuit punita respicẽdo retro videndo sodomitas: non aũt abraã. Et rñdet

Elius adrianꝰ

Abominatio. antixps

ij. tim. ij

Mozal'r

zacha. ij

Beda.

B

Fuga a facie antixpi.

Hyla.

Mysti-ce.

Rom. x.

ps. cj.

Cãti. vij

Psalmo lxxv.

Ro. xiij.

Cãti. v.

Augu.

Augu.

Uxor

loth.

Gen. xix

C

Retro

abraã.

q abraã respiciebat dei sentẽtiã approbãdo tista aũt in peccatis eorũ delectãdo. Et ne homines in psecutione retro aspiciãt fidẽ negãdo vitã bonã deserẽdo: vt vitã corpalẽ saluẽt cõsequenter ammonendo inducit q quicũq; ꝺ fierit sic aiam suã. i. vitã corpalẽ saluã facere timore mortis deficiẽdo in antixpi tribulatione. s. xpm negãdo vel bona deserẽdo z retro ad mala eũdo pdet illã incurrẽdo dãnationẽ eternã. [qcũq;] pmanẽs fortis in confessione fidei z tribulatiõe [perdiderit aiam suã]. i. vitã corpalẽ: estimãs eãvt occisionis ouẽ z preeligens mori ꝙ cadere a fide z virtute [vinificabit eã]. i. vita eterna eã dignã faciet quã inde merebit z in pmiũ recipiet. Ue aũt pgnantibus z nutrientibus in illis diebꝰ q ad literã pregnãtes nõ possunt bñ fugere aggrauante põdere: nec similiter nutrientes ppter curã qua circa pullos sunt occupate.

Pregnãtes. Mistice pregnantes sunt q fetũ mali pposiți cõceperunt: z nutriẽtes qui partum mali operis fouent z nutriunt: z sic notaꝫ in conceptione peccatũ in corde: in nutritione peccatũ in opere. Uel pgnãtes sunt q bona pposita que cõceperunt nõ impleuerũt: nutrientes q peccata sub spe longioris vite vsq; ad mortẽ deduxerunt. vel ꝑm Aug. Pregnãtes sũt auari

Augu. qui aliena cõcupiscũt z spẽ habẽt adipiscẽdi: sicut mulier pregnãs in spe est plẽ habendi.

Nutriẽtes. Nutrientes vero sunt qui qõ concupierunt possident z possessa nutrire student ea detinẽdo z augendo: et sic aie cupide temporalium pregnantes sunt in acquirendo: z nutrientes in possidendo. ¶ Et nota ꝑm Augu. q q̃druplex est charitas. s. incipiens que nascitur: proficiens q̃ nutriꝫ: perfecta que roboratur: perfectior q̃ mortẽ desiderat. Pregnantes g̃ sunt q̃ bonũ opus cõceperũt sed nõ fecerunt: nutriẽtes q̃ facere ceperũt: ſz nõ pfecerũt. Istis aũt pregnãtibus z nutriẽtibꝰ ve: q; cito scãdalizabunt in antixpi psecutiõ evel amore male inflãmãte: vel timore male humiliante: vel mõ vtroq;. Deinde hortaꝫ vt oremꝰ [ne fiat fuga nr̃a hyeme vel sabbato]. i. ne aut in frigore pctõrũ aut otio bonoꝝ operũ replamur: vtrũ q; eñ multũ impedit hoiem a fuga antixpi: immo magis facit approximare sibi sicut eꝫ rio diuertẽdo a malo z faciẽdo bonũ hõ approximat deo. Spũaliꝫ signaꝫ hic duplex ꝛefectꝰ. s. charitatis in hyeme: z bone opatiõis in sabbato. In hyeme ẽ gelicidiũ amoris: i sabbato cessatio boni opis. Uel ne tũc incipiamꝰ pctã nr̃a fugere z pniam facere: qñ iã nõ licet ambulare z bñ agere. Ambulare eñ longiꝰ sabbato nõ lz: hyems ꝺz ad ambulãdũ impedimẽtũ est. [Erit eñ tũc tribulatio magna q̃ lis nõ fuit ab initio mundi vsq; mõ neq; fiet] Tribulatio sub vltimo talis tribulatio. Tũc eñ oẽs plecutio antichristo vbi. tyrãnorũ z falsorũ fratrũ. Hi sunt q̃tuor venti et quatuor bestie pugnantes in mari. Tunc creberrima et acerrima tormẽta lõge lateq; inferunt fidelibꝰ: ſz in illis regionibꝰ tũc fideles sunt verãdi vehemẽtiꝰ vbi dñs fuit crucifixus. Et vt dicit Haymo sup Apoc. Illa tri- Haymo bulatio non p ptes ſz simul totũ examinabit mundũ. soluent eñ tũc demones q̃ mõ ligati sunt ne possint nocere xpiãnis tũ vellẽt. Sicut autẽ antixps crudelior erit oibus psecutoribꝰ: ita sancti tũc fortiores erũt oibꝰ martyribꝰ. Illã ẽo tribulationẽ dñs scies infirmitatẽ humanã abbreuiabit ppter electos ſz moderamẽ sue eterne sapiẽtie z effectũ sue misericordie: ne mora tẽpoꝝ fides pcutiaꝫ credẽtiũ z malicia mutet intellectũ: qz nõ durabit nisi p tres annos cũ dimidio. Ut eñ dr in Daniele. Dura- Dura bit p tps z tpa z dimidiũ tpis. i. tribꝰ annis z tio pse dimidio in qbꝰ regnabit antixps xpiãnis tũ et põdi cutiõis. cault xps. Et iteruꝫ in Daniele. Dies mille Danie. ducẽtinonaginta. i. tres annos z dimidiũ. Et vñ. in Apoca. dicit q̃ data est ei potestas facere Apoc. xi mẽses quadragintaduos. i. tres annos cũ dimidio. Et nisi abbreuiati. i. breues a deo pẽsiti fuissent dies alli qbꝰ. s. opabit antixps non fieret salua oĩs caro iusti. i. hõ: qz nisi ꝺ esset rarus: aut nullus pressuras sustinere z ꝑpatientiã saluari posset: qz infirmitas humana diu tribulationẽ sustinere nõ põt: sed ppter electos breuiabunt: ne ex tribulationis magnitudine cadãt a veritate. Breuiabunt aũt Breuiatio diex nõ mẽsura ſz nũero: qz breuiati dies non breues dies sunt intelligẽdi: sed pauci. Uñ dies accipiunt ꝑ tpe: qz tps illiꝰ psecutionis erit breue. Que g̃ spes electis nisi gratia dei que dat patiẽtiã pũs z citius demit potentiã impũs? Quãto eñ erit hec tribulatio ceteris q̃ precessere pressurarũ põdere grauior: tanto erit tpis breuitate moderatior: vt salui fiant electi q̃ soli i horreo celesti sunt reponẽdi. vñ dicit Raba. q̃ talis tribulatio tũc erit in cir- Raba. cuitu aree dñi: vt omnibꝰ velut cribro examinatiõis paleis seq̃stratis solũ frumẽtũ i horreis dñi remaneat colligẽdũ [Tũc]. s. tpe antixpi z i illa pssura [si qs vobis] imitatoribꝰ meis dixerit [Ecce h̃]. i. i hac pria vl natiõe vel secta: vel psona [ẽ xps: aut illic]. i. i alia a pdictis [nolite credere] nolite ire pede intellectꝰ eoꝝ doctrine credẽdo: neq; sectemini pede affectus eorũ vitam imitando: qz multi discipuli antixpi venient ad seducendũ populum dicentes q̃ ipse sit vere xps in lege z pphetis pmissus. [Surgẽt eñ pseudo xpi] q̃ Pseudo se eum qui est xps esse mentiẽtur: sed revera xpi. erũt antixpi. i. falsi xpiani [uertẽtes doctrinã xpi: et mẽtiẽtes de xpo [et pseudo pphe] et puertẽtes doctrinã legis z prophetarũ vel vsurpãtes sibi diuinas reuelationes: sꝫ antixps z discipuli eius q̃ sunt mẽbra eiꝰ [et dabũt signa] aliquid magnũ signãtia [z prodi Prodi gia gia] hoibus admiranda: que digito produn

tur ꝛ ꝓpter admirationē demōstrant: vel sig-
na q̄ aliq̄d significāt de p̄sentib⁹:et ꝓdigia
q̄ aliq̄d ꝓdūt ꝛ manifestāt de futuris:qz ꝧtu
te demonuz multa miracula fieri ꝓssent qñ
de⁹ ꝓmittit:ita vt in errorē ducant si fieri pōt
etiam electi ꝛ p̄destinati.i.si aliquo mō fieri
posset vt dei p̄finitio mutaret. Sz nō seducū-
tur:qz perire nō possunt quos de⁹ ad vitā p̄-
Grego. ordinauit. vñ Greg. Qz electoz cor ꝛ trepida
cogitatiōe ꝓcutit:nīñ eoz cōstātia nō mouē-
tur vna sentētia dñs vtrūq̄ ꝓplex⁹ est:quasi
eñ iā errare est in cogitatiōe titubare. Sed
si fieri pōt subiūgit,qz fieri nō pōt vt in erro
rem electi capiant. Hec tpibus antixp̄i ꝓprie
Cōcus- cōgruūt. Cui⁹ eñ nō paueat ꝛ ꝓcutiat fides:
sio fide- qñ nō solum tormēta crebriora ꝛ acerbiora q̄s
lium. prius cōsueuerāt inferent fidelib⁹: sz qō gra
uius est signoz q̄z operatio eos qui tormēta
ingerēt nō eos qui sustinebūt cōcomitabit: ꝛ
ꝓsecutoz ꝧtatis erit opatoz ꝧtutis:idēq̄ ipe
q̄ tormētis seuit: vt xp̄s neget ꝓuocat mira-
culis vt antixp̄o credat. Nec mirū si ista tunc
mali operātur qñ a deo ꝓmittunt. Soluetur
Augu. eñ vt ait Augu. tūc sathanas ꝛ ꝓ antixp̄m in
oi ꝧtute sua:mirabiliter quidē:sz mēdaciter
Grego. opabit. vñ Grego. Pēsem⁹ que erit humane
Marty- mētis illa tētatio qñ pius martyr ꝛ corp⁹ tor-
rū tenta mētis subiicit:ꝛ tñ ante oculos eius miracu
tio. la tortoz facit. ꝛ Chrys. Sicut i aduētu xp̄i añ
Chryso. illū ꝓphete ꝛ cū illo apli in spiritu sancto fa-
ciebāt ꝧtutes sic ꝛ in aduētu antixp̄i pseudo
xp̄iani ꝛ ante illū ꝛ cū illo in spū maligno fa-
cient ꝧtutes. Et subiūgit. [Uos ergo videte
ecce p̄dixi vobis oia] vt p̄cij vigiletis:qz mo
niti estis.q̄si diceret. Ad hoc ista predico nūc
vt caueatis protūc ꝛ pricula sequētia p̄uideā-
tis qz p̄moniti estis:ꝛ vt minus noceāt vobis
Chryso. tacula q̄ p̄uidistis. vñ Chrys. Propterea dixit
ecce p̄dixi vobis vt excusationē ignorātie tol
lat ab omnibus: ꝛ precedens cōtestatio pre-
uidere faciat penā sequētē. Misericordia ei
est mādatis preuenire periculū. Nō vult eñ
Tēpus quēq̄ perire [qui oibus monstrat ꝓditionis
ignorat aduentū. hec Chrys. Nō est igitur credenduz
alicui vel de ꝑsona vt ipse sit xp̄s: vel de tem
pore futuri iudicij neq̄ fides adhibēda his
qui calculāt ꝛ certū tēpus determināt qñ de⁹
venturus sit qz hoc a nemine pōt scirivel ob-
seruari. Uñ interrogat⁹ dñs de aduētu regni
dei:respondit. Nō venit regnū dei ꝛ dies iu-
Lu.xvij dicij cū obseruatiōe.s.tēporis neq̄ ab ange-
Regnuz lis neq̄ ab hoibus pōt obseruari qñ veniet.
dei ꝛ ei⁹ Per aduētū regni dei intelligit aduētus ad
aduēt⁹. iudiciū:qz veniet tanq̄ rex ad iudicādū:ꝛ qz
tūc manifestabit dei regnū:ꝛ cessabit omne
aliud regnū. Et addit. [ecce eñ regnū dei in
tra vos est] qz donū [gratie est in mente:ꝛ re-
gnum gratie intra nos est:quādo oēs vires
ꝛ motus in nobis diuine gubernationi obe-
diunt secus quando rebellant. Ac si dicat.

Nō curetis scire quando veniat regnū dei et
omittite questionē de regno glorie: quia ei⁹
aduēt⁹ sciri nō pōt:sed querite regnū gratie
qō intra vos esse potest et parate vos intra
vos p fidē in dilectione operātē:qz intra vos
est regnū dei. Nā in nobis cuz dei gra est vt
regnū dei capiam⁹:nisi nos obicez ponam⁹.
¶Ubi nota q̄ triplex est regnū dei. Primū ē F
circa nos vel in quo nos: scz regnū militātis Regnu
ecc'lie. Scōm intra nos.s.regnū gre quo vide dei tri-
licet de⁹ regnat in aia. Tertiū est regnū gl'ie plex.
quo de⁹ regnat cū sctis in gl'ia. Uel regnum
dei dicit seip̄m in cordib⁹ fideliū regnantem.
vñ Beda. Dicit regnū dei intra fideles posi- Beda.
tum:qui eñ quādoq̄ venturus est in dex oim
nunc etiā regnat in cordib⁹ fideliū. vñ ꝛ An- Ansel.
selmus. Qui vere iustus est deū in se manen
tem habet. Tēpuz eñ dei sanctū est qō estis i.cor.iij
vos vt ait Ap'ls. Summa igit diligētia cōsi-
derādū est cūquāta rōne ꝛ reuerētia sensus
nostros et mēbra corporis nostri monere de-
bemus quib⁹ diuinitas ipsa p̄sidet. Dem⁹
igitur vt dignū est tanto inhabitatori omne
imperiū cordis nostri: vt nihil ei repugnet i
nobis: sed oēs cogitationes ꝛ volūtatū mot⁹
omnia verba ꝛ vniuersa opera nostra illius
nutū attendāt,eius volūtati deseruiāt: ad re
ctitudinis eius regulā dirigātur. Sic eñ ve
re regnū eius erimus:ꝛ ipse in nobis mane-
bit:ꝛ nos in illo manētes bene viuem⁹. Uos
estis (ait apostolus) corp⁹ xp̄i ꝛ mēbra de mē i.co. xij
bris. Serua igitur corp⁹ ea dignitate qua de-
cet. Oculi tui oculi xp̄i sunt. Nō igit licet ti-
bi oculos xp̄i ad aliquas vanitates cōspiciē
das dirigere. Os tuū os xp̄i est. Nō ergo li-
cet tibi os xp̄i nō dico ad detractiones:nō di-
co ad mēdacia: sz neq̄ ad ociosos sermones
aperire:quod ad solas laudes dei: ad edifi-
cationē primi debes paratū habere. Sic de
ceteris xp̄i mēbris tue custodie cōmissis itel
lige. hec Ansel. Deinde subiūgit. Si ergo di S
xerint vobis:ecce in deserto est xp̄s:sz tanq̄ Christ⁹
hō religiosus in loco deserto quasi sub spe- ali⁹ nō q̄
cie sanctitatis vos decipere volentes [nolite rēdus.
exire] a vestro loco ꝛ ꝓposito ad videndū eū
vel ad sequēdū p operis imitationē. Et si di
xerint ecce in penetralib⁹ et in locis occultis
est sub specie cognitiōis diuinoz archanoz
malicia ei⁹ palliātes ꝛ vos decipere volētes
[nolite credere] vel ym Hiero. Si q̄s ꝓmise Hiero.
rit vobis q̄ in deserto gētiliū ꝛ phariseoz do
gmate xp̄s moret: aut i hereticoz penetrali
bus ꝛ occultis seu obscuris cōuēticulis q̄ dei
pollicent archana nolite credere. Nō ei de⁹ i
scō aduētu in deserto vagabit:nec in pene-
tralib⁹:aut in aliquo angulo terre:vel in oc-
culto loco seu in aliq̄b⁹ obscur; latitabit:sz de
celo venīs manifeste oib⁹ vbiq̄ appebit: qz
sz aduētus xp̄i in carnē fuerit occult⁹,: tñ ad-
uēt⁹ ei⁹ ad iudiciū erit:ita manifest⁹ q̄ nō po-

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

terit aliquē latere tanq̄ incognit⁹. In primo eſn aduētu venit in humilitate z a paucis cognit⁹ z a multis deſpect⁹ z reprobat⁹: ſz i ſcō aduētu veniet manifeſt⁹ z glorioſus in ptāte orbē iudicatur⁹. nāvt ait Aug. Occultū oportebat eū venire vt iudicaret: manifeſtus aūt veniet vt iudicet. q. d. Nolite ei credere: quia dies aduētus mei ita clara erit q̄ nullus de ea dubitare poterit. Ad quod ſil'itudinē fulgoris introducit. [Sicut eſn fulgor] z ſplēdor ſolis [exit ab oriēte z] ſubito [apparet] vbiq̄ [vſq̄ i occidētē] oculis. ſ. oīz manifeſt⁹ z nō in vna parte videt z fulget: ſz in oīb⁹: nec annūciāte vel precone indiget: ſz in inſtāti momēto tpis in orbē terrarū vniuerſuz apparet [ita aduent⁹ filij hoīs] ad iudiciū gñale erit ſubditus z choruſcus z manifeſt⁹ oībus: z ita patēs z clarus q̄ nullus dubitare poterit: et nō hic vel illic: ſz ſimul vbiq̄ ꝓpter effuſionē z ſplēdorē gl'ie apparebit. Stultū eſt g̃ eū credi eſſe: vel q̄rere in paruo loco z in abſcōdito qui toti⁹ mūdi lumē eſt. vñ Ambro. xp̄s ſicut fulgur choruſcās p vniuerſum mundū lumi nis ſui globos ſpargit. Et ideo nec i deſertis vagat nec aliq̄b⁹ locis claudit: q̄ celū z terrā ego impleo dicit dñs. Sed luce fulgoris fulget: vt in illa nocte reſurrectionis gloriā videre poſſim⁹. Et vt dicit Chri. Sicut fulgur ſm qualitatē fulgoris ſui nō digne aſpicit: ſic et cū venerit xp̄s ſm mēſurā glorie ei⁹ nō poterūt eū ſufficiēter aſpicere. Et ſicut iā inſtruxit diſcipulos de mō apparitiōis ſue: q̄ ſicut fulgur manifeſte veniet: ſic nunc cōſequēter inſtruit eos de loco in quo vētur⁹ eſt. vñ ſubiūgit. Ubicūq̄ fuerit corpus. i. xp̄s in humanitate: q̄ iudicabit in forma humana ſcz gloriōſa [ibi congregabūtur z aquile]. i. ſancti occurrētes obuiam xp̄o ad iudiciuz veniēti: quibus innouata eſt iuuētus vt aquile. Chriſtus dicitur corpus ad denotandū carnis veritatē z oſtēſionis ſpeciē in qua videbit eum omnis oculus. Electi ꝓ dicūtur aquile propter reſurrectiōis innouationē z viſionis ſubtilitatē qua ſolē iuſtitie irreuerberatis oculis videbim⁹. q. d. ſm Chri. Dū in gl'ioſo corpore aduenerit fili⁹ hoīs nō oportet in angulis eſtimare eū eſſe: q̄ tāta erit obſequentiū ſibi ſanctoruz multitudo: vt vnicuiq̄ pateat q̄ ipſe eſt chriſtus dñs caput totius eccleſie: et ſuper omnē principatū z virtutem: z ſuper omne quod noīatur in hoc ſeculo et futuro: per aquilas eſn multitudinē angelorū z ſanctorum vniuerſorū oſtēdit. Ideo enim ſancti aquilis aſſimilant: q̄ ſicut filij aquilarū adſolē ꝓbantur vt ſiquidē recto aſpectu intēdere potuerint cōtra radios ſolis intelligātur eſſe legitimi: ſi aūt nō potuerint cognoſcant adulterini: ſic z filij dei ad xp̄i iuſtitiā ꝓbantur. Si eſn potuerint pleno corde iuſtitie ei⁹ ꝓba ſuſcipere intelligunt eē legitimi: ſi autē nō potuerint cognoſcunt de diabolo eſſe nati. hec Chri. Quia g̃ aduēt⁹ xp̄i erit ita publicus z manifeſtus: z quātū ad modū q̄ſi ad locū ideo ipſe nō indiget preconib⁹ z nunciis talib⁹ qui vobis annūciēt dicētes hic vel illic eſt xp̄s. Igitur nolite talib⁹ credere. ¶ Oro.

Augu.

Chriſo.

Ambro.

Chriſo.

Aquilis aſſimilā tur ſcti.

OMnine Jeſu xp̄e pie da mihi viſis mūdi abominationib⁹ z ſeuiētibus tribulationib⁹ ad mōtes et culmina virtutū fugere z in celeſtib⁹ conuerſando de ſpūali ſublimitate ad carnalia deſiderta z actus priſtine cōuerſatiōis mūdane nō deſcēdere: vel me inclinare z in anteriora me extēdendo: et ꝓ fructu bonoꝝ operū labōrādo: in poſteriora z ad tpalia quibus me exui nō reſpicere. Da etiā mihi vt nullis ſeductorib⁹ credēs regnū gratie qō intra nos pōt eſſe q̄rā: z ad regnū gl'ie puenīā. Amen.

¶ De remedijs cōtra ſpūales noviſſimi tpis tentationes z exercitiomentis in deum. Capi. xlj.



ET quia vt dictū A
eſt ante aduētū dñi venient Reme multi pſeudo xp̄i et pſeudo dia ꝫ tē pphete. i. ſimulati z falſi et tatiōes ſeducēt multos qui antevi: ſpūales debant etiā pfecti: ideo hic ꝫñr ponuntur aliqua remedia ꝫ q̄ſdā tētationes ſpūales q̄ iſto tpe abūdāt ad p: bādū et purgādū electos q̄ etiā in cordib⁹ q̄: rūdā ſeminant a diabolo: ꝓparāt locū antixp̄o. Dupl'r aūt veniūt p̄dicte tētatiōes. Primo p ſuggeſtionē et illuſionē diabolī q̄ decipit hoīem i regimine q̄ō dz habere erga dēū: z i hoc q̄ō eſt dei. Scō p corruptā doctrinā: z modū viuēdi alioꝝ q̄ iā venerūt p tētatiōes hmōi: ꝓpter q̄ō oſtēdēdū eſt ꝓmo q̄ regimē debes habere apud deū: z ad id q̄ō dei eſt: et poſt quō debes regi erga alios quātū ad doctrinā z modū viuēdi eoꝝ. ¶ Primū remediū ꝫ tētationes ſpūales iſti⁹ tpis q̄s ꝓcurat diabolus in cordib⁹ illoꝝ q̄ volūt ſe dare deo p oſonē z contēplationē: vel p alia opa pfectionis eſt iſtud: vt nō deſideres viſiones aut reuelatiōes vel ſentimēta que ſunt ſupra naturā z ſupra curſum illoꝝ q̄ deū diligūt: z timēt p veriſſimū amorē: q̄ iſtud deſiderū eſſe nō pōt ſine radice z ſine fundamēto ſupbie: z pre ſūptiōis: vel ſine ītētiōe alicui⁹ vane curioſitatis circa ſecreta dei: vel ſine fragilitate et defectu fidei ꝓpter q̄ iuſtitia dei dimittit aliq̄ hz deſiderū hmōi z venit q̄nq̄ talis in tentationē z illuſionē diabolī. Per hūc modū ſeminat diabol⁹ maiorē partē tētationū ſpūaliū iſti⁹ tpis: z radicat i cordib⁹ illoꝝ q̄ ſūt nū cij antixp̄i: ꝓut videre poterꝫ i ſubſequētib⁹.

Primū remedium.

Reuelationes vere.ª Uñ debes scire q̄ vere reuelatiões z sentimẽta spūalia secretorū dei nō veniūt p añdictū desideriū: neq̄ p aliq̄ conamẽ vel studiū q̄ aia habeat in se: sz tm̃ veniūt p purā bonitatẽ dei in aiam q̄ est in magna hūilitate z magno timore ac reuerẽtia dei. Itẽ scias q̄ exercitare se i magna hūilitate ac timore magno ac reuerentia dei: ꝓpter hoc vt hō habeat visiones ac reuelationes z sentimenta supradicta: est hr̄e in se radicẽ z fundamẽtū ac finalẽ intentionẽ quã hz añdictū desideriū: z ex hoc in eodem delicto venit homo in quo: est per dr̄e desideriū supradictū.

Prophetisationis expetitio. q̄s est q̄ te pcussit?] Iz in quanā parte capitis pcusserunt eū: tūc q̄n hec dicebāt hoc euāgeliste diuersimode loquunt. Uñ pōt dici q̄ cū velassent faciē et⁹ q̄libet eorū pcussit eū vbi voluit. aliqui in collo: alij in faciē: alij in maxillas: z sic [pcutientes interrogauerūt eum dicentes. Prophetiza nobis xp̄e q̄s est qui te pcussit?] Et hoc derisorie dicebāt q̄si in cōtumeliā eius qui se ꝓphetaz a populo haberi volebat: z quē populus magnū ꝓphetā reputabat: ꝓ hoc em̄ designabāt q̄ falsus ꝓpheta esset: et q̄ ignoraret quis eū percussisset, vñ Theo. dicit q̄ dñs ꝓphetaz vt pseudo ꝓphe ta deluditur. Et q̄n ipsi eū illis verbis irridebant: z quasi ludibriū de eo faciebant: idcirco eis nihil rñdebat. vt em̄ dicit Hieron. Hiero. Stultū erat verberantibus rñdere z ꝓpheta recedentē cū palā pcussientis insania videretur. ¶ Ex hoc articulo ludibriose expetitio nis ꝓphetandi habent quatuor documenta. Documenta tiij. Primū est q̄ nō illudamus xp̄o putantes mala nostra nō videri ab eo. Nam ſm Bedam. Beda. Quicūq̄z reprobis actibus eā exercebant dū suas cogitationes et opera tenebrarū ab eo videri nō putāt quasi illudentes dicunt quis est qui te percussit. Secundū est q̄ consideremus nosmetipsos sīvnq̄z manu praui operis xp̄m pcusserimus: qđ si nescimus expectam⁹ pia fide a xp̄o qđ iudei irrisorie ab eo exegerunt vt prophetizet nobis docēdo nos cognoscere culpas nostras. Tertiū est q̄ nos cauere debemus ne a xp̄o ꝓphetiā vel miraculū tentatiue expectem⁹. vñ Augu. Quātis mecū Augu. suggestionū machinationib⁹ agit inimicus: vt signū aliq̄d petā. Iz obsecro te dñe vt quēadmodū a me lōge est ista ꝟsensio: ita sit semper longe atq̄z longius ipsa cogitatio. Quartū est q̄ indignis nō est effundēdū donū dei. Indignis nō sunt dona dei p fundēda Uñ licet xp̄s esset verus ꝓpheta noluit tñ ꝓphetizare irrisoribus suis. Sic z doctores ꝓ tpe z loco debent verbū dei subtrahere auditoribus indignis. ¶ Ad cōfirmandū se huic articulo recogitet hō quātā irrisionē z infatuationē dñs nr̄ in hoc facto est passus: z qđ io iudei ludū q̄si puerorū fecerūt de eo z oret dicendo. Jesu q̄ ludibriis iudeorū percussus in corpe ꝓphetizare exactus fuisti: ꝓphetiza tu mihi obsecro xp̄e vt cognoscā quis et qualis ego miser sum: q̄ totiens manu praui operis prochdolor: te pcussi. Insuper potes etiā meditari q̄ alij manu reuersa dulcissimū z melifluū os eius pcutiebāt: alij pugnis eū cedebant: alij sanctissimā barbā eius euellebāt: alij ꝓ suos venerabiles capillos ipm trahebant: z viliter inter pedes cōculcabant: ac sine reuerentia z pietate aliqua dñm angelorū male tractabāt. Et nihilominus alia multa blasphemātes dicebāt in eū z faciebāt. Cū ei crudelissimi z sine mia essent oia mala z vituperia q̄ poterāt ei faciebāt: alij ex sua mala voluntate ad hoc moti: alij vt placerēt maiorib⁹ q̄ erāt immanissimi. Quid g̃ tu faceres Contemplatio. si hec videres: nunq̄d nō te p̄ſiceres sup ipm dñm dicēs. Nolite iā nolite facere tātū malū dño meo: ecce me facite mihi: ecce pcutite me z dño meo tantas iniurias irrrogare nolite. Et tūc ap̄lexareris flexis genib⁹ dñm z magistrū tuū: z sic susciperes libēter sup te pcussiones ad tuendū ipm. Qđ ita mēte facere recogites: z totū sicut si pñs esses te facturū estimes. Cōspice igit singula qđo illi maledicti dñm vexant: falsos testes pcurāt: ipm exami

nāt: ⁊ vitatē. s. se filiū dei eē ꝓfessū q̄si blasphemū cōdēnāt: ⁊ quo opprobrijs vexat⁹ in oīb⁹ patiēter se hz: ⁊ cōpatere sibi: qz ꝓ te oīa sustinet iugiterq; lachrymas fundēs speciosissimā faciē ei⁹ quā illi imprudēter suis illiniūt sputis: tu renerēter tuis laua lachrymis: q̄s eñ audiēs vl mēte ptractās quo fuit fact⁹ opprobriū hoim: ipe dñs ⁊ gloria āgelorū ⁊ abiectio plebis filij⁹ dei ꝓtis poterit se continere a lachrymis. vñ Ansel. Cōsiliū malignātiū aduersū te pōtificū pñtat⁹ es ⁊ vitatē put oportuit ꝓfessus q̄si de blasphemia adiudicat⁹ es morti. Amantissime dñe iesu quāta illic indigna a ꝓpria gente ptulisti. Ultū tuū honorabilē in quē desiderāt angeli ꝓspicere qui oēs celos adimplet leticia: quē deprecāt oēs diuites plebis pollutis labijs ⁊ sputis ingnauerūt: sacrilegis manib⁹ cecederūt: velo operuerūt in derisionē: ⁊ te dñm vniuerse creature tanq; seruū contēptibilē colaphizauerūt. Sed vt ait Beda. Jpo dispēsante q̄ patit oīa ꝓ nobis fiunt: vt sicut petr⁹ hortat xp̄o in carne passo nos eadē cogitatione armemur atq; ad tolerāda ꝓ noie eius irrisionē opprobria preparem⁹. Judei qui xp̄m deluserunt olim in philisteis hostibus sampsonis ꝓfiguratī fuerūt. Sampson eñ quadā vice voluntarie se ligari fecit quē philistei captum excecauerūt: ⁊ ei illudentes in derisionē ipsum habuerunt. Sic xp̄s sponte a iudeis ligari: velari: illudi voluit ⁊ derideri: quadā aūt vice dum sampsoni placuit: tunc se de inimicis horribiliter vindicauit. Sic in fine seculorū de inimicis xp̄i erit cū ipse in maiestate ⁊ ptāte ad iudiciū venerit. Conspice igit iesum pre cūctis merito honorandū indigne ⁊ viliter tractari ⁊ eū in imitando disce humiliari: gratiāq; honoris spernere ⁊ laudē humani fauoris contemnere. Cū ergo hō foris videns reputat te vilē in oculis suis: tu vilē te reputa in oculis dei: nec murmures vel indigneris si corā hominibus villis reputaris: sed magis in oculis dei qui oīa nouit occulta confundaris. Et caue ne malorū exemplo corrupt⁹ dñm poti⁹ exhortare videaris q̄ imitari: qui eñ tunc exhortatus est blasphemijs iudeorū ⁊ infidelium etiā nunc exhortat vesanis opprobrijs falsorū xp̄ianorū ⁊ noietenus fidelium put supra in articulis illusionū hmōi est tactū. Cogita etiā qualiter dolebant petrus ⁊ iohānes hec ꝓcipientes vel forte videntes. Et qualiter petrus iam torpens frigore infidelitatis [sedet calefaciens se] exterius cui calor charitatis ⁊ verus ignis extinguebat interius: ⁊ negat ter dñm suū timore perterritus. Nec mirum ꝓ si accidit ad eū tētatio q̄ se elōgat a xp̄o. Primo quidē in atrio ab ancilla ostiaria ꝓpellit ter ⁊ negat. vñ Grego. Unius ācille voce pcussus petri⁹ dū mortē timuit vitā negauit. Sed cur ab ancilla prius ꝓdat petrus q̄ a viris. Una ratio est ad cōfutationē ꝓsuptiōis: qz a muliere nō a viro: qz ab ācilla nō a libera primo victus est. Scōa ratio est vt ostendat ois seruus ⁊ cōditio in dñi peccasse necē: et redimi per eius passionē. Deinde post negationē timens petrus inter iudeos diu stare [exiuit foras añ atriū ⁊ gallus cantauit.] Exeundo aūt animaduertit [eū alia ancilla] ⁊ dum foris esset [dixit ministris] qui se calefaciebant [et hic cū iesu erat] sed postq; redijt q̄ dictū fuerat vnus de circunstantib⁹ ꝑm Lucā: sed plures de eis ꝑm Johānē ei idē direrunt ⁊ negat cū iuramēto. Ecce argumentū q; exuno pctō hō ruit in aliō grauius. Uñ Raba. Mora in peccato dat incrementū scelerum. ⁊ Grego. Pctm̄ in quod penitentia non diluit mox suo pondere ad aliud trahit. Et timēs petrus iterū foras exiuit. [Et interuallo facto q̄si hore vnius reuersus iterum.] ꝑm Mat. ⁊ Mar. a multis: ⁊ ꝑm alios ab vno qui cognatus malchi erat cōpellit ⁊ negat cū iuramento ⁊ detestatione [et statim gallus] secundo [cantauit.] Pōt esse q; multi tumultuantes ibi stantes petro hoc direruntvelvnus eorū ꝓ olbus ⁊ quasi in ꝑsona oīz exp̄ssius ⁊ acri⁹ dixit ei. Et sic semel negauit añ primū gallicantū: bis añ scōm. Nō eñ solū negat xp̄m q̄ dicit eū nō esse xp̄m ꝑz ēt q̄ cū sit negat se ei⁹ discipulū vl mēbrū: vl q̄ negat se eē xp̄ianū: dñs eñ nō ait petro discipulū meū te negabis: ꝑz me negabis. Negauit ergo petr⁹ xp̄m: cū se negauit ei⁹ discipulū. Et isto modo se etiā negauit xp̄ianum. vbi Augu. Ecce medici completa est cōditio egroti conuitia est ꝓsumptio. Non eñ factū q̄ iuste direrat alaz meā ꝓ te ponā: ꝑz factū ē q̄ille p̄direrat ter menegabis. Et grauat ī petro culpa: ⁊ exaggerat crimē ꝑz pcessum negationū: qz p̄mo simpliciter negauit ⁊ scōo negationi piurij addidit: sed tertio adiecit piurio detestationē [et cepit anathematizare]. i. maledicere sibi ꝓsi maledictiōi se obligare si cognouisset iesum. Anathematizatio eñ sigt iurationē q̄ est ꝓ execrationē ⁊ cū imprecatione maledictionis. s. q̄n aliq̄s imprecat sibi ꝓsi malum pene ⁊ obligat se maledicto si ita sit sicut imponit ei: vel nisi illud q̄ dicit sit verū. Quidā dicūt totā trinā negationē factā in atrio āne: ⁊ q̄ dicta sunt inde post missum Iesum ad cayphā recapitulādo dicta Alij vo dicūt in atrio cayphe totā factā: ⁊ ꝑm hoc iohānes āticipauit p̄mā. Sed cōmunior opinio est q; trina negatio icepit in atrio āne ⁊ cōpleta ē in atrio cayphe. Et h̄ videt patere ex textu iohānis: q̄ cū nō faciat mentionē de cayphā ꝑz solū de āna: ponit p̄mo vnā negationē: deide ea q̄ ānas interrogauit de xp̄o: ⁊ tādē ꝑseq̄t alias duas negatiões q̄ facte fuerūt postea i atrio cayphe. Et potuit eē q; iohānes esset not⁹ vtriq; pōtifici: ⁊ sic introduxit petrū i domū vtriusq; put supra patuit vbi an

Anselmus.
Beda.
Figura illusionis xp̄i. Jo. xvj.
Mora in pctō. Raba. Grego.
Augu.
Anathematizatio.
Negationum locus.

Cōtēplatio. Q Conuersio dñi ad petrū

Leo papa.

Augu.

Recordatō petri.

Chrisō. Beda.

Fletus petri.

Flēdi cō suetudo

Chrisō.

Ambro. Negādi locus. Hiero.

nas Jesus ad cayphā misit. Cogita etiā quō dñs benignꝰ magister quersus a tristicia ad mias respexit diuinitꝰ petrū dilectū discipulū i tertia vice respectu miserationis et gre: qz mia ꝓuocat ad pniam: est necessaria ad eā. Conuersio q̄dē ista et respectꝰ fuit interior et spūalis: nō exterior et corporalis. qz dñs erat intꝰ i auditorio et superiꝰ cū p̄cipib⁹: petrꝰ aūt foris in atrio et inferiꝰ cū ministris: et vnꝰ aliū videre nō poterat oculis corporalibꝰ. vñ Leo papa. Dñs aūt Jesus q̄ intra pōtificale ꝑcilii corpore tenebat trepidationē discipuli foris positi solo diuino intuitu vidit pauētisq; aīm mox vt respexit erexit: et i fletū penitudinis cōcitauit vñ ꝙ Aug. diuina petri respectio nihil aliud fuit nisi traditio i mēte eiꝰ q̄tēꝰ tā dñm negasset: et ꝙ qō dñs ei p̄dixisset atq; ita misericordi ter dño eū respiciēte peniteret et fleret sicut solemꝰ dicere dñe respice me et respexit eū dñs q̄ absq; piculo diuina mia liberatꝰ est. Hec aūt recordatio fuit initiū pnie eiꝰ: qz sm Chri. nihil ita curat delictū vt memoria dñi cōtinua. vñ et Beda. Respiciēte dño petrꝰ ad cor reuersus maculā negatiōis pnie lachrymis tergit: qz nō solū cū agit pnia: verūetiam vt agat dei misericordia necessaria est. vñ ps. Usq; q̄ exaltabit inimicꝰ meꝰ sup me respice et exaudi me dñe deꝰ meꝰ. i. miserere et adiuua. ꝙ Beda. [Petrus aūt] cognoscēs q̄ dñs eū audierat et respexerat et ꝙ respectu cōmonit⁹ et ad amaras lachrymas ꝓuocatꝰ [stati exiuit foras] ō medio maloꝝ iter quos eū negauerat [et] fugiēs in caueā seu foueā q̄ mō gallicātus appellat [fleuit amare]. i. ex cordis amaritudine: et fletu cōtritiōis q̄ amarꝰ est. Fletꝰ aūt deuotiōis est suauissimus intātū vt p cibo reputet. sm illō ps. Fuerūt mihi lachryme meepanes die ac nocte. In ipso aūt loco vbi post negationez fleuit et pniam fecit in memoriā amari fletꝰ et pnie eius edificata est ecclesia scti petri q̄ locus est iter montē syon et ciuitatē hierlm. Exinde tūc petrus traxit in cōsuetudinē vt singulis noctibꝰ surgēs a prio gallorꝝ cātu vsq; ad horā matutinā staret i oratiōe flens p ista negatiōe ita q̄ facies eiꝰ videbat aduста ex fluxu lachrymarū semp i sinu suo sudarū portabat: q̄ crebro fluentes lachrymas tergebat qz qñcūq; gallum cantantē audiebat et qñcūq; denegationē xpi recolebat amarissime flebat tā p̄o pctō negatiōis q̄ p dulcedine amoris dñi. vñ sm Chri. Flebat nō ꝓpter penā sed q̄ dilectū negauerat qō ei q̄libet supplicio molestius erat. Attende nūc vbi petrus negauit et fuge oēm locū qui occasionē peccandi inducit. vñ Ambro. Ubi tñ negauit petrus nō in monte: nō i templo: nō in sua domo: sed in pretorio iudeorū: in domo p̄incipis sacerdotū. Ibi negat vbi Jesus ligatus est: vbi veritas nō est. vñ et Hiero. In atrio cum ministris calefacit se ad ignē. Atriū sacerdotis circūitus est secularis ministri: demonia sunt ignis desideriū carnale: cū q̄bus q̄ manet flere pctā non pōt. hec Hiero. Hinc nota q̄ malum est cōuersari in curijs magnatū: petrus em̄ semel curiam intrauit: et ibi animi vigorem perdidit et xp̄m negauit. Quid si diu ibi mansisset. vñ nō ibi: sed foris penituit. Sic stella a magis in curia herodis disparuit: q̄bus ide egressis reapparuit. Exiuit itaq; petrus de atrio p̄ncipis vt liberū locū flendi haberet qz inter impios penitētiā agere non valebat: et cū vellet flere egressus est foras: qz palā flere non audebat ne sez ab alijs videret: et a lachrimis depriēhē deretur. In quo et nos instruimur vt volētes insistere lachrimis secretū locum queramus. vñ Beda. q̄s nocua sane alloquia p̄fidorū, petrus inter iudeos vel hostem se nosse negauit quē inter cōdiscipulos dei filiū cōfessus erat. Sed nec in atrio cayphe retentꝰ poterat agere pniam egreditur foras: vt ab impioꝝ cōsilio secretus pauide negatiōis sordes liberis fletib⁹ abluat. hec Beda. Sic hodie multi in atrio magnoꝝ introducti xp̄m malis opibus negāt: et vix aut nūq; dā ibi sunt penitēt: qz in magnatū domib⁹ non est cōgruꝰ pnie locus: et ō qui vult pctā vitare et mala q̄ fecit emēdare debet egredi de mala societate. vñ Bern. Periculosum est valde si q̄s velit iter turbas seculi pniam agere vbi inimicū alij venenatis psuasionib⁹ talij vndiq; exēplis peiorib⁹ ad peccādū alliciūt: alij adulatiōibus ivanā gloriā trahūt: alij detractiōibus in ipatiētiaz deijciūt. hec Bern. Imitare q̄ petrū q̄ volūtate ꝙbo vel facto ꝑcaciter negasti xp̄z p te passum. Cognoscit petrus reatū suū: dolet et penitet: egredit foras: relinq̄t cōcilū malignātiū: locū petit secretū: lachrymis et pnie amicū flet amare: certissime intelligēs sacrificiū deo est spiritꝰ ꝙtribulatus cor cōtritū et ꝙhumiliatū deꝰ nō spernit. Tu q̄z rememorās passionem dilectissimi magistri: et tuū reatuz foras cū petro egredere vt teipsuz defleas amarissime si q̄ñ te respiciat q̄ petrū lachrymātē respexit: ꝙ est pnie mondus. Peccasti: q̄esce: dole: et lachrymare: et disce cū petro flere amare: et si vis meri veniā dilue lachrymis culpā tuā. Semine q̄z amarificatiōis. s. ꝙtritiōis p te et ꝓpassionis ad xp̄m iebteris absinthio vt exp̄iatus cū petro a reatu sceleris replearis cū petro spū sctitatis. Qz ꝙo dicit Ambro. De petro nō inuenio q̄ dixerit inuenio q̄ fleuit: eiꝰ lachrymas lego: satisfactionē nō lego. Uidet ex ꝙ q̄ tāta fuit eius ꝙtritio: q̄ sufficiebat p eius fatisfatiōe. vñ Leo papa. Felices o apostole lachryme tue q̄ ad diluēdā culpā negationis virtutē sacri habuere baptismatis. Inde est argumētum q̄ cōtritio pōt esse tanta q̄ tollat oēm penā. ¶ Et nota ordinē pnie petri. Prio gallus cārauit: deinde dñs petrū respexit: tertio petrus flere cepit: et tūc egressus foras ama:

Curie magnatum.

Exitus petri de atrio.

Beda.

Atria magnorum.

R Bern. Pnie locus.

Petrus imitandus i penitentia

Ambro. Fletus petri efficaciar Leo papa.

Ordo pnie in petro.

Gallicā tus.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

re fleuit. Sic hodie fit. nã ꝯ Greg. Tũc nobis gallus cãtat qñ ꝓdicator ꝙscꝫ corda nr̃a ad cõ punctionez excitat. Sed cant⁹ galli nõ sufficit nisi dñs oculo pietatꝫ pctõr̃ respiciat: qr opor tet vt miser in tenebris ꝓmaneat ꝙdiu eũ lux mũdi nõ illuminat. Tũc aũt tertio ſm Greg. incipim⁹ flere qñ ignimur intus ꝑ scintillã cõ scientie. Et tũc foris eximus cũ extra qõ fuim⁹ egredimur. vñ et Beda. Petr⁹ q̃ media nocte negauit ad gallicantũ penituit: z qõ in tene bris obliuionis errauit sperate iã lucis reme moratiõ e correxit. Hũc opinor gallũ aliquem doctorẽ intelligẽdũ qui nos iacentes excitat z somnolẽtos increpat dicẽs. Euigilate iusti et nolite peccare. hec Beda. Cogita nũc qualiꝫ petrus pro dño suo z pro pctõ suo plãgebat: z quõ recogitabat bona q̃ sibi dñs fecerat z q̃li ter ipse eũ negauerat. Dñs quidez ituitu suo spirituali ꝓuocauit petrũ ad lachrymas: nec mirũ: oculi eñ dñi velut flãma ignis: petri vo vt glacies erãt: z iõ intuitu suo resoluerũt il los sicut ignis glaciẽ resoluere solet: nec pote rat in negatiõis tenebris permanere quẽ lux mũdi respexit. O beati oculi tui dñe Jesu qui ita calefaciũt cor frigidũ z accendũt in amorẽ tuũ: z illuminãt vt videat hõ creatorẽ z errorez suũ. O ꝙ cito gelicidiũ pctõris liquefaciunt: z in aquas amaritudinis z denotiõis cõuertũt. vñ Ansel. Intuere ꝙ pijs oculis: ꝙ misericor diter: ꝙ efficaciter tertio negantẽ respexit pe trũ qñ ille ꝓuersus z in se reuersus fleuit ama re. Utinã bone Jesu tuus dulcis me respiciat oculus q̃ totiẽs ad vocẽ ancille procacis car nis. ſ. mee prauis opib⁹ affectibusꝙ negaui. hec Ansel. ¶ Moraliꝫ ꝑ primã ancillam ostia riã q̃ petrũ negare cogit designat cupiditas ꝑ scõam carnalis voluptas ꝑ vnũ seu plures qui astabãt intelligunt demones: his em̃ ad xp̃i negationẽ trahunt homines. Prima ancilla scz auaricia que hodie in domib⁹ multoꝝ pri cipũ est ostiaria quasi oẽs intrare facit: qr si cut ostiarius intromittit quos vult: sic z aua ricia idẽ facit. vñ in Prouer. Donũ hois dila tat viã ei⁹ z ante principes spaciũ ei facit timẽ dum est ne expulsa charitate a domib⁹ ꝑlato ruz tanꝙ domina incipiat principari ancilla qr charitas expellit dum cupiditas ingredit naz venenũ charitatis est cupiditas. ¶ Huic carnalis delectatio z demones adherent qui xp̃m negare suadent. Per petrũ aũt qui iter pretatur agnoscens intelligi põt clericus qui a longe sequitur dñm qr forte nõ ꝓpter se sz ꝓpter sua qui multotiens cupiditate deuict⁹ negat xp̃m. O quot sunt hodie miseri curias principũ sequẽtes vix aut nũq̃ penitent duz sunt ibi. Ex hoc articulo negatiõis petri plu cra habent documẽta. Primũ est q̃ prelat⁹ ec lesie debet esse talis q̃ infirmitatib⁹ subditoꝝ cõpati sciat. qr ſm Greg. ideo dñs petrũ cade re permisit: vt fortius post casum resurgeret z vt is q̃ futurus pastor ecclesie erat i sua cul pa disceret qualiꝫ alijs misereri debuisset: et ex sua ifirmitate cognosceret ꝙ misericordiã aliena infirma toleraret. z ſm Chri. Christ⁹ ꝑ misit petrũ labi vbi prelatis exẽplũ preberet fragilitati subditoꝝ melius cõpatiẽdi. Nam ſm eũdez: nõ angelis nõ est cõmissa sacerdotũ potestas: ne cũ ipsi minime peccarẽt de sua i nocẽtia ꝑsumẽtes alios sine misericordia in dicarẽt. ſz potius est collata hoi fragili z pec canti vt circa alioꝝ lapsum se mitẽ prebeat et benignũ. Secũdũ est q̃ nullus debet se iacta re z extollere: aut de sua virtute z viriꝫ ꝑsume re. Unde Leo papa. Ob hoc Petr⁹ hesitare per missus est vt in ipso ecclesie ꝓncipe conderet remedium penitentie z nemo auderet de sua ꝓsum ꝑtute cõfidere qñ mutabilitatis periculũ nec vi ille tant⁹ potuisset euadere. vñ Chri. Qõ euã geliste scripserũt nos erudire volentes ꝙ tuz malũ sit nõ deo totũ cõcedere: ſz in seipo cõfi dere. vñ etiã Ambro. hec autẽ iõ scripta sunt vt sciam⁹ neminẽ se iactare debere. Nã si pe trus lapsus est qr dixit z si alij scãdalizati fue rint in te ego nõ scandalizabor q̃s ali⁹ iure de se ꝓsumat? Deniq̃ z dauid q̃ dixerat. Ego di xi in abũdãtia mea nõ mouebor in eternũ: eã sibi iactantiã obfuisse ꝓfitet dicẽs. Auertisti faciẽ tuã a me: z fact⁹ sum cõturbat⁹. Tertiuz est q̃ in principio obstandũ est pctis qr vnum semp trahit ad se aliud grauiꝰ. Sicut in ꝓpo sito ꝓmo fuit nuda negatio scõo negationi ac cessit ꝓiurij: tertio periurio accessit maledi ctio. Uel sicut dicit Hiero. Pria ancilla tuba tio: secũda cõsensio: tertia vir actꝰ est. Hec est trina negatio quã abluit ꝑ flet⁹ vbi xp̃i recor datio. Quartũ est q̃ si nos qñq̃ ex fragilita te peccem⁹ nullo mõ in pctõ ꝑseueremꝰ: qr ſm glo. Perseuerare i pctõ dat incremẽta sceler: z qui spernit minima cadit in maiora. Et ſm Greg. Peccatũ q̃ penitentia nõ diluit mox ad aliud trahit. Ecce em̃ beatũ petrũ ad primaz negationẽ ipulit vna tm̃ ãcilla: ad scõaz duo. ſ. ancilla z vir: ad tertiã plures. Quintũ est q̃ nullus pctõr debet desperare ꝙtũcunq̃ pctã sint grauia: ſz debet ꝑ pctis suis flere exẽplo bti petri q̃ culpã negatiõis abluit lachrymis penitẽtie. In hoc em̃ remediũ nobis penitẽ tie ostẽdit z in maximis excessib⁹ veniã spera re concedit: cũ petrus post tantũ pctm̃ fact⁹ sit ianitor celi ac oibus norma z regula penitẽdi. Sextũ est q̃ nos caueam⁹ ne vnq̃ xp̃m nege mus. Christũ nanq̃ negat quis in oi mortali pctõ: qr cõsentiendo diabolo abnegam⁹ xp̃m z recedimus ab eo. In cõformãdo se huic arti culo cogitet hõ ꝙ pie ipm deus respiciet: z tũc instar beati petri rememoret pctã sua breui ter z summarie: z ea ꝙtũ potest lachrymis sal tem cordis defleat Jesu q̃ a beato petro apo stoloꝝ tuoꝝ principe ter negari z pertulisti: quiq̃ eũ misericorditer respiciens reatũ suuz

Beda.

Oculi christi.

Anſel.

S Moraliꝫ Ancille.

Prouer. xvij.

documẽ ta plura

Greg.

Caſus Petri.

Chriſo.

Leo papa.

Præſumptio vitanda.

Chriſo.

Ambro.

Anſel.

Contemplatio.

Princi pijs obſtandũ.

Hiero.

Greg.

Chriſtũ negare.

Confor matio.

amare flere feciſti reſpice q̄ſo me oc̄lo clemē
tie tue: z cōcede me ꝓbis vel factis te nūq̄ ne
gare: z pcā mea digne deflere. Tādē fatiga
ti pncipes iudeox̄ miſtri iniq̄tatis et ceteri
iudei receſſerūt eūtes ad dormiēdū z mitten
tes dñm ieſuz in quēdā carcerē ibi ſubt⁹ ſola
riū cui⁹ adhuc videri pōt veſtigiū ligauerūt
eū ibi ad quēdā colūnā lapideā: cui⁹ ps ibi-
dē mutata fuit: z adhuc vt ōr appet. Dimiſe
rūt nihilomin⁹ cū eo alios armatos ad tutio
rē cuſtodiā q̄ eū vexauerūt. p totā noctē reſi-
duā q̄ſi nō ſufficeret dies ad ꝓplēdū maliciā
ſuā: deriſiōibuſq̄ z maledictiōib⁹ vacātes cō
uiciabant ei dicētes. Putabas eē prudētior
pncipib⁹ z melior phariſeis. Nūc tua ſtulti-
tia appet: mō ſtas vt cōuenit: z morte crude-
liſſima cito morieris. Intuere igit̄ qual'r illi
audaces z peſſimi cōuiciant eidē z inſultāt: z
mō vn⁹ mō al⁹ ꝓbis: et forte etiā factis ꝛ eū
inſurgūt. Tanta em̄ dicūt z faciūt z irreuerē
ter hmōi mercēnarij: z vilisſimi quāta pāt. vñ

Anſel. Anſel. Nox inſomnis tota ducebat: nulla pa
ſus reḡes Jeſu p̄ſtabat: miſtrox̄ ipia plebs

Contem iniuriat alapis z colaphis innocēs mactat.

platio. Intuere nūc opprobrijs dñm verecūdū in tot
mētis ꝛo patiētē z vultū ſp ad terrā habētē z
ſilētē ad oia tanq̄ vere eſſet deꝑhēſus in cul
pa: mira cordis cōtritiōe cōpatere creatori.
hec Anſel. Et ſic ſtat dñs rect⁹ ad iſtā colūnā
ligat⁹: z ſaturat⁹ opprobrijs vſq̄ mane affli-
ctus nimis frigore z labore: qr hyems erat z
noctes lōge. Tu g̃ ibis ad eū z vehemēter ſi-
bi cōpatiēs dices ad ipz. O dñe ad quox̄ ma
nus veniſti. Quāta ē patiētia tua. Vere iſta
eſt hora tenebrax̄. Et tūc deuotiſſime oſcula
beris man⁹ z pedes ei⁹ venerabiles: z vincula
illa duriſſima: z ſedebis ibi ad pedes illi⁹ do
lēs z lugēs z dices. O dñe ieſu ſaltē reḡeſcat
caput tuū ſup humerū meuz ex q̄ te liberare
nō poſſum. Et tūc recōmendabis te ei et oēs
amicos tuos z totū abſq̄ dubio concedet tibi
q̄cq̄d rogaueris z petieris ab eo. Et dices ei.
O dñe q̄ddicā l craſtinū digniſſime mſr tue:
z ſic ad pedes beatiſſimos aliquātulū dormi
tabis z quieſces: ſi tamē dormire potes in ta-
li ſtatu dominū tuum videns. ¶ Oratio.



Omie ieſu xp̄e q̄ hora matutina co-
rā anna a miſtro alapā ſuſcepiſti et
te ligatū ad cayphā duci pmiſiſti: et
tota nocte multa opprobria z icōmo
da ptuliſti: tribue q̄ſo mihi pctōri vt ſiria pa
ti gaudeā p gr̄ia tui noīs z gaudijs pfrui me
rear eternis. Illis q̄z tue pietatis oculis q̄b⁹
tunc petrū reſpexiſti me miſerū frequēter re
ſpicias q̄ te totiēs prauis cogitatiōib⁹: locu-
tiōib⁹: opib⁹: negligētijſq̄ neganiv tvaleā defec
t⁹ meos cognoſcere z inde penitere: ac ve-
niā z gratiā merear apud te inuenire. Amē.

¶ De prima. Capitulum. lxj.

Hora prime cor de doloroſo z meſto medita
beris q̄liter [mane q̄n dies eſt factus] tē peſtiue [cōue-
nerūt] apud cayphā [pnci pes ſacerdotū]. i. pōtifices
qui pcellebant reuerētia dignitatis [ac ſeniores po-
puli] qui p̄cellebāt reuerē-
tia etatis [et ſcribe] qui p̄cellebāt reuerētia
doctrine legalis [ad ꝓſiliū aduerſus ieſum:
vt traderent eū morti] z fecerūt dñm tuū dul
cem ieſum nimis afflictū ibi adduci. Hic eſt
cōuētus malignātiū cuius prior ſiue abbas
erat cayphas qui erat pōtifex anni illi⁹. Cū
aūt volūt eū de domo ducere dicūt ei. Jeſu q̄d
facis ibimus an nō? Veni qr pncipes et ſa
cerdotes mādant q̄ ducaris ad cōſiliū vbi te
expectāt cū pp̄lo volētes te tradere pilato vt
morīaris. Tu aūt ſi adhuc cogites te cū ipſo
eſſe dices cuz magna cōpaſſiōe. Heu dñe mi:
heu magr̄ bone: qr iā volūt te pdere. Jam vo
lunt te morti tradere. O dñe q̄d ego miſer fa
ciam. O q̄z crudeles z q̄z doloroſi rumores. O
dñe q̄z lugubrē viſionē hēbit tua mr̄ dulciſſi-
ma: q̄z amaros rumores audiet tā ipa q̄z oēs
qui te diligunt cū ea. O dñe q̄d ego miſer fa
ciam. Jbo tecū dñe: vel ibo nūciare et dicere
dñe mee benigne matri tue vt veniat ad te.
Poſtea videbis quō ducunt eūtanq̄ agnum
manſuetū qui portat advictimā z quō intrat
ligatus et afflictus: z oēs in eū reſpiciūt z in-
ſultantes ei dicūt. O bone Jeſu hic es. Quō
ſi ꝓpheta eras iſtud nō p̄uidebas. Talia e
multa ſiria poterant ei dicere illi maledicti.
Cōſidera mō quātū iudei ſitiebāt ſanguinē
ieſu xp̄i qui ſummo mane querebāt ſentētiā
de morte ei⁹ dari. Nam tāta erat eox̄ neq̄tia
vt nulla mora interponeret qui occidendus
pilato traderet. Et ſic bis fuit conſiliū ipio-
rum aduerſus ieſum. p̄mo ante gallicātū vt
viſuz eſt ſuperi⁹. ſecūdo mane q̄n dies eſt fa-
ctus. Qr em̄ ex teſtimonijs prehabitis nō ha
bebāt aliq̄d vnde corā pilato ſicut re⁹ mortis
accuſari poſſet: ideo vlteri⁹ cōſulebāt qual'r
eū morte dignū accuſarēt. Et tūc dixerūt ei.
[Si tues xp̄s]. i. rex et vnctus [dic nobis.]
vbi Beda. Nō veritatē deſiderabant: ſz calū
niā preparabāt. Si quidē xp̄m hoīem tm̄m nō
de ſtirpe dauid vēturū ſperātes hoc ab eo q̄-
rebāt: vt ſi diceret ego ſuz xp̄s calūniarēt q
ſibi regiā poteſtatē arrogaret: z ob hoc a re-
ge puniēdus eſſet. Et ait illis. [Si vobis di-
xero] ſcz q̄ ſim xp̄s [nō credetis mihi] ſicut
z al's nō credidiſtis nec ꝓbis meis nec fact̄.
[Si aūt interrogauero vos nō rñdebit̄ mi-
hi] ſicut nec al's rñdiſtis cū interrogarē quō
xp̄s fili⁹ dauid eſſet [neq̄ dimittetis. ſ. me] q̄
in ſum innocens. [Ex hoc aūt] ſcz ipe. i. poſt

Apoſen Zillo

Luc. xxi et. xxiij Math. xxvij.

Conue tus ma lignan tium.

Confo matio.

Cōſiliū impio bis fa ctum.

Beda.

tps passiōis ꝛ ascēsionis [erit filꝰ hois sedēs a dextris virtutis dei].i. i potiorib⁹ bonis patris ſm hūanitatē: ſz i equalitate pris ſm diuinitatē. Uñ Bene dixit [filꝰ hois] qz inchoātū filꝰ dei semp fuit equalis patri ꝛ sedens ad dexterā patris. q.d. Ero in vita regnās sempiterna ꝛ virtute diuina cū hic infirmꝰ coram vobis appareā. vbi Theo. q.d. Nō est vobis decetero tps sermonū ꝛ doctrine: ſz deinceps iudicij tps erit cū videbitis me filiū hois sedētē a dextris ꝟtutis dei. Tūc [dixerūt oēs. Tu g̃ es filꝰ dei]. ſ. naturalis [Qui ait. Uos dicitis qz ego ſuz]. q.d. Ego nec dico nec nego: sed vos dicitis cuius non credatis. Sua g̃ sentētia condēnant. vbi Beda. Ita respōsionē suā tēperat: vt ꝛ verū dicat ꝛ sermo eius calūnie nō pateat. Maluit em̄ se xp̃m filiuz dei ꝓbare q̃ dicere vt cōdēnandi cā tolleret his qui qđ obij̨ciūt hoc ipsi fatētur. Quā tamen respōsionē ipsi blasphemiā reputātes [dixerunt. Quid adhuc desideramꝰ testimoniū?] ſz ad probandū q̃ se xp̃m dicat et dei filium. Hec duo grauiꝰ ponderabāt: ſz q̃ se xp̃m et dei filiū dicebat eo q̃ vnū videbat esse cōtra deum: reliquū cōtra romanū imperiū. [Ipsi em̄ audiuimꝰ de ore eiꝰ.] O insensati exceca uit vos malicia vestra. Audistis ex ore eius dei reuerētiā qua erat colēdus ꝛ nō blasphemiā qua esset crucifigēdꝰ. Ergo vt ait Beda. Sua sel̃nia cōdēnant q̃ eū morti tradūt: quē et oris et opis testimonio deū esse cognoscūt. Et post multa que cōtra eū fecerunt vt estimo sicut in nocte fecerāt [adduxerūt eū vinctū] a domo cayphe pōtificis ad domū pilati presidis romani ptātis: ad quē ptinebat iudiciū in causa sanguinis: vt. ſ. pilato totū imponeret et ipsi immunes reputarētur: duxerunt inquā eū vinctū manibꝰ post tergū ligatis ꝛ cū multis cōuitijs ac cōtumelijs: et vt ōr catena in collo eius posita: que postea ostendebat in hierusalē peregrinis ꝓ deuotione magna q̃ et ipsi ſubmittebāt in ea colla sua. Cogita nūc cuz quāto opprobrio ducit ꝓ mediū ciuitatis hierl'm ꝓ iudicātib⁹ principib⁹ sacerdotū ꝛ phariseis atq; dicētibus. Ueni nobiscū latro ꝛ deceptor ppli: nūc tua maleficia finē habebūt in breui. Horrēda ꝓrsus impietas q̃ tātis iniurijs satiari non potuit q̃n potius ferali rabie fremēs impio iudici tanq̃ rabido cani aiam iusti deglutiēdā exposuit. [Tūc vidēs iudas q̃ iesus dānatꝰ esset] cōsilio sacerdotū ꝛ seniorū. i. dānatiōi ꝛ morti adiudicatꝰ. Consuetudo em̄ erat iudeoꝝ vt quē reū mortis iudicassent vinctū p̄sidi traderēt: vt dū p̄ses vinctū teneret morti addictū intelligeret [pnia ductus] infructuosa tñ: qz sine spe venie erat [retulit p̄cū] scz triginta argēteos [principib⁹ sacerdotū et seniorib⁹ ppli] a quib⁹ male acceperat quasi i sua ptāte eēt ꝓsecutorū sniam mutare et quasi eodē precio quo xp̃m dñm vēdidit posset eum redimere. Multi em̄ possunt alicui mala persuadere: q̃ tñ pnia ducti post nō poterūt dissuadere vel in bonū cōuertere. Si g̃ iudas restituit pecuniā male acq̃sitā quō vsurarꝰ tenet vsurā et quotes simoniacꝰ pbēdā vel quicūq; rē alienā. Credibile est q̃ lata snia cōtra xp̃m illi q̃ principales fuerūt in morte xp̃i redierūt ad tēplū: et tuncvenit iudas [penitētia ductus]. i. angustia quadā ꝛ tristitia tactus que tñ nonvaluit: quia nō propter amorem dei: sed ꝓpter enormitatem rei tristis fuit [ꝛ retulit argenteos dicēs. Peccaui tradēs sanguinē iustū.] Non valuit iude ista cōfessio: qz deerat spes venie ꝛ salutis. vbi Chrisо. Uide veritatē vndiq; fulgentē ꝓditoꝝ de seipso dat testimoniū ꝛ eoꝝ qui cōdēnauerūt oppilat oꝛa. [At illi] deridētes eū [dixerūt q̃d ad nos] scz de pctō tuo qui nō sumus rei in hoc facto. [Tu videris] ꝛ senties te peccasse: sed nihil ad nos pti net: ꝛ nobis de hoc nō est cure. Professio hec audax est atq; ceca. Emisse se iusti sanguinē audiūt: ꝛ tñ extra reatū se esse credūt: ꝛ in vēdēte, scelus cōstituūt. vñ ſm Chrisо. Accusatio sacerdotū est q̃ nō egerūt pniam etiā iuda penitēte. [Et] vidēs iudas q̃ eū deridebāt lapsus i desperationē [ꝓiectis argēteis in tēplo] vñ recepti erāt [recessit ꝛ abiēs laqueo se] ex desperatiōe [suspēdit] ex q̃ piꝛ q̃ cupiditas sua nihil sibi valuit. Maluit se q̃ denarios ꝓdere: denarios tēplo seipm diabolo tradidit et laqō. Hic habemꝰ duo exēpla. Primū est q̃ auaricia nō ē aliō q̃ q̃dā laqus diaboli p quē suspēdit auaros. Scōm exēplū est q̃ crudelitas p̄sidētis est occasio desperatio queuis nis pctōris. Judas em̄ retulit pecuniā pnia ductꝰ ꝛ pctm̄ suū est confessus: ſz qz principes dure rñderūt sibi dicētes [q̃d ad nos tu vide ris] desperatꝰ [abiēs laqueo se suspēdit] sic ditorum frequēter circa pctōrē accidit. Judas laqō se suspēdit in terre mediculio indignꝰ hoim et angeloꝝ cōsortio. ¶ Indignꝰ colligi inter angelos q̃ in celis sunt: indignꝰ etiā colligi iter hoies qui in terra socius factus dēmonū q̃bꝰ deputatꝰ est aer iste caliginosus in carcerem vsq; ad iudicij. ¶ Sunt aūt tres rōnes quare tali morte decuit ꝓditorē interire. Prima vt eleuatꝰ in aere socij̨ se ostēderet demonū in hoc aere caliginoso habitātiū. Scōa qua pacisc endo locutꝰ fuerat in gutture punirī vt arterie q̃ vocē ꝓditionis emiserāt punirent: qz per que peccauit quis p hec et torquetur. Tertia vt celo ꝛ terre exosus ostēderet: qz nō solū proditionis culpā emēdare nequiuit: ſz etiā homicidij̨ proprij̨ scelus addidit. Mirabilis duricia iudeoꝝ q̃s nec cōfessio pcti: nec restitutio precij: nec operatio ꝓprij̨ suspēdij emollituit: qz nec penitētia nec proficiēti: nec suspendenti iude crediderūt. Cū iuda quippe seipsos suspēdūt: qui venīā petere et satisfa-

Theo.

B Respon sum xp̃i Beda.

Beda.

Addu ctio ad pilatū.

C Consue tudo dā nati.

Chrisо.

Profes sio Iudeorum audax ꝛ ceca.

Chrisо.

Auaritia laqueus diaboli.

Desperatio subditorum

Iude

D Mortis tales in iuda ra tiones.

Iudeoꝝ

Cur me di⁹ credpuit.

ctioni intēdere nolūt. [Et crepuit medius] effusis viscerib⁹. rupto em laqueo putaꝝ ceci disse ꝛ crepuisse: an hoc quodā mō delatū est ori ꝙ osculat⁹ dñm fuerat ne p os dānata aia exiret: nō em tāviliter inānari debuit ꝙ tam gloriosum. ſ. os xpi cōtigerat. Dignū ei erat viscera q̄ ꝓditionē cōceperāt rupta caderent ꝛ guttur ꝙ vox ꝓditiōis exierat laqueo arcta reꝛ. Sepe ei mod⁹ pene exp̄mit modū culpe. Ue iude: qz ad fontē mie p spēvenie nō redijt ſz ꝓpriū sceleris imanitate pterrit⁹ desp̄auit.

Hiero. Et iō dicit Hie. ꝙ magis iudas offendit deū qñ se suspendit q̄ in hoc ꝙ eū ꝓdidit. [Dixe rūtq̄] sacerdotes [qz nō liceret] ipsos argen teos [mitti]. i. remitti [in corbanā]. i. in ga zophilatiū vnde eos tulerāt [qz p̄ciū sangui nis ꝛ mortis erat] qđ ibi mittere noluerūt: ca uentes. ſ. ne sacros loculos pecunia cruenta polueret. ſm Hiero. Uere culicem liquētes et camelū glutientes.

Corba ne mun dicies et cordis i mundi cies.

Hiero. Si em iō pecuniā: qz p̄ciū sanguinis est in corbanā hoc est in gazophi latiū: ꝛ inter dona dei nō mittūt cur ip̄m san guinē fundūt. vñ ꝛ Aug. Qualis illa innocen tie simulatio fuit pecuniā sanguinis nō mit tere in archā ꝛ ip̄m sanguinē mttere in con scientiā. [Et cōsilio] inter se [habito emerūt ex eis agrū] cuiusdā [figuli in sepulturam] mortuorū. ſ. [pegrinorū] q̄ nō habebāt sepul chrū ꝓpriū q̄ dic⁹ē [acheldemach. i. ager san guinis] i detestationē ꝓditoris inde ꝛ memo riā passionis iesu xp̄i: qz em p̄ciū mortis fue rat in ꝑsum mortuorū: hoc pegrinorū eos tra diderūt. Quod fecerūt nō in miam: sed in sal uatoris infamiā simulando pietatē ꝛ intēdē do iniquitatē vt longe lateq̄ diffamareꝛ em ptio: ꝛ ꝓp̄ hoc addita est ipositio nois ꝛ voca t⁹ est [ager sanguinis]. i. empt⁹ p̄cio sangui nis vt esset freq̄ns rememoratio facti in dete stationē nois xp̄i. A pte mōtis syon i vallē io saphat descēdēdo iuxta natatoriā: syloe ꝓxima austrū ad iactū lapidis vltra vallē est ager acheldemach: vbi est sepultura pegrinorū: vbi fuit monasteriū seu eccl'ia olim sctorū. In hoc ꝙ de p̄cio sanguinis emerūt agrū i sepul turā pegrinorū. Mystice dat intelligi ꝙ xp̄s p suū sanguinē nobis pegrinis emit q̄tā p petuā ꝛ gaudiū padisi. vñ glo. Magnū sacra mētū latet i factis iniq̄tatis. Figul⁹ est de⁹ in cui⁹ manu ē ex eodē luto facere aliō vas i ho norē aliud in cōtumeliā. Ager ei⁹ ē seculū qđ vniuersū p̄cio sanguinis ei⁹ emit: vt ei cōmor tui sepeliant pegrini nō vtiq̄ isr'l: ſz alieni q̄ i p̄cio sanguinis ei⁹ sepulti eternā requiē sor tient. vñ ꝛ Hiero. Nos g̃ q̄ pegrini eram⁹ a le ge ꝛ ꝓphetis ꝓcaua iudeorū studia in salutē suscepim⁹ ꝛ in p̄cio sanguinis xp̄i reꝛescim⁹.

Emendi acheldemachrō

Mistice

Hiero.

Augu. vñ ēt Aug. Peregrinis inq̄ q̄ sine domo ꝛ pa tria ꝛ toto orbe exules iactabant requies xp̄i sanguine, puideꝛ. Istos aūt pegrinos dicim⁹ esse deuotissimos xp̄ianos q̄ renūciātes scl'o et nihil possidētes in mūdo in xp̄i sanguine reꝛescūt. hec Aug. Cū aūt p oēs plateas hie rusalē diceret ꝙ dñs iesus capt⁹ eēt: ꝛ quō iu dei eū crucifigere vellēt ꝓcipiens hos rumo res terribiles dolorosa mater ei⁹ q̄ tñ cū ꝓio caperetur hoc in spū: vt ō: cognouerat ducta est cū inestimabili lamēto ꝛ fletu ꝛ planctu a sororib⁹ suis ꝛ alijs q̄si mortua. Et venit ad vi dendū filiū suū dilectū plorans inceſſanter p ciuitatē hierl'm ꝛ dicens. Heu me vbi est nūc amātissim⁹ fili⁹ me⁹? Ubi es dulcissime fili? Ubi te inueniā? q̄s te cepit charissime? Qua re te mihi abstuleꝛt benignissime? Hec ꝛ his silia poterat dicere ꝛ multo magis mouētia mētes audientiū etiā ifideliū ad deuotionē ꝛ cōpassionē. Estimo ꝙ oēs qui viderūt eā di cerēt. O q̄ male est isti bone mulieri. Sividi stis parē dolorē. Et cū ipsa ac sorores eius et alij qui secū venerāt viderēt eū sic ligatū: af flictū: conſputū: ab oib⁹ despectū: a discipu lis derelictū: ac omni solatio ꝛ auxilio destin ctum: nō loquentē: nō se excusantē sic vitupe rabil'r ꝛ sic enormiter a tāta multitudine ar mato ꝛ crudeliū duci ad sistēdū tribunali iu dicis iniqui: ꝛ condēnandū eū morti quanto sunt dolore ꝛ amaritudine repleti: non posset dici vel sermone explicari. Credo ꝙ q̄si mor tui in terrā ꝓsternebātur coā eo. Dñs etiaꝛ videns matrē ꝛ alios in tāto dolore valde do lebat ꝛ ipse: multū em afflige bat ex cōpassio ne quā ad suos ꝛ maxie ad matrē habebat: sciebat em ꝙ ꝓ ipso vsq̄ ad euulsionē ani me ac corpe dolebant. Et sic dñovbiq̄ ꝛ semp dolor multiplicabat nō modicū: dolorē enim matris ꝛ suorū reputabat suum: in illo ergo mutuo cōspectu magn⁹ valde dolor fuit vtri q̄. Sequūtur ꝛo a longe: quia nō possunt ap ꝓpinquare. Cōsidera ꝛ intuere ista diligē ter per singula: quia multuꝝ sunt cōpassiua. Cogita si potes tātam amaritudinē si piam habes animā: quia lōgū est cogitare anime habēti deuotionē. Sicut ergo dulcissima ma ter filio suo sic angustiato viso valde doluit ac ei ex intimis ꝓpassa fuit ꝛ amarissime fle uit: ꝛ sil'r dñs matri ꝛ alijs cōpassus etiā mul tum doluit: sicut fidelis amic⁹ suo amico ꝛ ꝓ ximo mala patiēti cōpati et condolere debet [Et adduxerunt iesum vinctū et eum pilato presidi], incircūciso cani glutiēdum tradide rūt [in pretoriū] qđ erat in domo pilati loc⁹ q̄dā vbi iudicabat ꝛ ꝓtoris seu iudicis sedē ꝛ locū tenebat. Unde Beda. Pretoriū em ō: se des ꝓtoris: ꝓtores aūt dicunt⁹ ꝓfecti siue p̄ce ptores eo ꝙ ciuib⁹ precepta donēt. Tradide rūt eū ptāti romane vt eo mō alienos se ostē derēt ab ei⁹ interfectiōe: in quo nō eo ꝛ inno cētia sz magis ꝛ nōstrat insania. [Et] ipi q̄ ducebāt eū [nō introierūt in pretoriū ne con taminarētur] intrando domū gētilis [sed vt māducarēt pascha]. i. azimos panes quos

Hi Maria respiciēt filiū ca ptum.

Contē platio fi lij ꝛ ma tris do lorum.

Beda. Preto res.

Pascha

nō licebat comedere nisi pſonis mūdis: dies em̄ agere ceperūt azimorū q̄b⁹ dieb⁹ cōtaminatio illis erat in alienigene intrare habitaculū. Timebāt cōtaminari ex ingressu dom⁹ hois gētilis z nō timuerūt inq̄nari ex pcuratione mortis xp̄i innocētis: ex q̄ ptz supstitio eorū vana sicut in multis alijs. vñ Augu. O impia cecitas. Habitaculoz cōtaminarent alienoz nō cōtaminarent scelere ppio. Alienigene iudicis p̄torio cōtaminari timebāt et fratris innocentis sanguinē effundere nō timebāt. hec Aug. Isti sūt sil'es q̄ cōsciētiā magnā de minimis faciunt z multo grauiora cōmittūt. Cū g̃ ihesus esset in pretorio [pilatus] obseruātijs iudeorū q̄ domū ei⁹ ingredi non audebāt deferēs [exiuit ad eos foras] de p̄torio. Ipse em̄ erat q̄si medi⁹ hinc inde discurrēs z q̄rebat quā accusationē aduersus eum in iudicio afferrēt quē reū mortis iudicabāt. Uidebat em̄ eū in signū dānationis ligatū et a tot ductū ad dānandū: z iō de causa ab eis q̄rebat volens modū tenere romanorū a q̄b⁹ missus erat q̄b⁹ cōsuetudo erat nullū cōdēnare nisi p̄us accusationē suā audirēt: ille locū defendendi haberet. [Et dixerūt ei. Si non esset hic malefactor] quē de⁹ i lege p̄cipit nō pativiuere [nō tibi tradidissem⁹ eū] nos qui sum⁹ tāte religionis z autoritatis. Quasi dicerēt. Nos sum⁹ tante ꝟitatis z iusticie q̄ nobis deberet credi simplici ꝟbo sine aliqua disquisitione: nos em̄ factū diligēter examinauim⁹ z eū dignū morte inuenim⁹: z iō iā cōdēnatū tradim⁹ eū tibi puniēdū: nec opz aliā facere examinationē: sic hoies malicioſi coram iudicib⁹ se iustificāt vt innocēti magis nocere valeāt. Miseri iudei dicunt deū esse malefactorē q̄ ptransiuit bñfaciendo z sanando oēs oppressos a diabolo. et faciūt ꝑm illud q̄ de eis p̄ pphetā iā ipse p̄dixerat. Retribuebāt mihi mala p bonis. [Et pilat⁹] q̄si indignat⁹ ex eorū rñsiōe: q̄ sciebat eos p inuidiā ip̄m tradidisse [dixit eis. Accipite eū vos z ꝑm legē vestrā iudicate eū] q̄si diceret. Si sufficit vestra examinatio sufficiat vr̄a sentētia ego neq̄q̄ talis iudex efficiar. Per quā rñsionem mortē xp̄o inferre ihibeat q̄ romani aliqua minora iudicāda iudeis dimiserāt: sed cām sanguinis z altā iusticiā sibi retinuerāt. Uñ [dixerūt iudei. Nobis nō lz interficere quēq̄] s. ppter ptātē ad alios translatā. Tamē ꝓpria cōtra se rñsio. seipsos dicebant: q̄ interficiebāt quē iniuste interficiendū offerebant: z sanguinē innocentē fundebāt quē fundendū alteri tradebant. Argumentū contra sentientes. vel pcurātes aut simulantes fraudē inferendā p̄imo cū possint obuiare malo: q̄ tales sil'es sunt iudeis hec dicentib⁹: z sub p̄textu iusticie vel cu Clerici iuscūq̄ cause suā neq̄cią defendētib⁹. Multi iudeis si etiā mali clerici sic dicūt. s. nobis nō lz interfi miles. cere quēq̄ intelligētes de morte corpali: q̄ tñ p modico habēt multos interficere suo malo exēplo morte spūali q̄ peior est interfectione corpali. Uel dixerūt iudei sibi non licere illis dieb⁹ ppter festi solēnitatē z scitatē qō celebrare iā ceperāt: ppter qō de igressu etiā p̄torij ꝓtaminari metuebāt. vñ Aug. Si malefactor est cur nō lz interficere? Si ppter festū nō licuit interficere: cur crucifige crucifige eū clamastis? vel q̄ crucifigi eū vt etiā mō mortis infamarēt cupiebāt z ꝑ eis ꝑm legē nō licebat: lz alio mō possēt blasphemos interficere qualē xp̄m reputabāt: vt patuit in stephano ab eis lapidato. Hoc aūt factū est [vt sermo iesu ipleret quē dixit significās qua morte esset moritur⁹] i. a quib⁹. nō em̄ morte crucis hic significat: lz q̄ a gētib⁹ esset morit⁹: z q̄ iudei eū fuissent gētib⁹ tradituri ad illudēdū z flagellādū et crucifigēdū: hec em̄ tria dñs a gētib⁹ est passus. Q̄z em̄ p̄ius manibus noluerūt eū interficere: vt sic qui magis peccabāt quasi alieni essent a scelere: ipler⁹ est sermo iesu quē de sua morte p̄dixit vt a iudeis tradit⁹ occideret a gētib⁹. [Et cepēr ac cusare eū falce in multis] de q̄b⁹ solū tria exprimunt q̄ lucas ponit dicēs. [Hūc inuenim⁹ subuertētē gētē nostrā] scz iudeoz a cultu legis falsaz doctrinā seminādo [z ꝓhibētē dari tributū cesari] et sic quasi ꝺ ip̄m seditionē faciēdo [z dicētē se xp̄m regē eē] quasi volēs sibi regnū iudeoz vsurpare. Noie xp̄i reges iudeoz appellabant ppter vnctionē: lz addebāt regē dicēdo xp̄m regē gr̃a explanatiōis: q̄ pilat⁹ gētilis erat. Gētiles ño reges suos nō vngebant sicut iudei faciebāt: z ideo si ei quod est xp̄m. i. vnctū non addidissent regez pilatus nō intellexisset: sed falsē erāt accusationes. Unde non bene dicebāt inuenim⁹: q̄ quod ei imponebāt non erat rei veritas: sed humana fictioz adinuētio. Nō em̄ subuertit gentē a lege: q̄ non venit soluere legē lz adimplere: nec subuertit: sed cōuertit quos docuit ꝟitate. Nec ꝓhibuit tributa cesari dari. Sed dixit. Reddite que sunt cesaris cesari: z que sunt dei deo: z liber a tributo ne scandalizaret soluit tributū pro se z petro. Dicēs q̄z se xp̄m regē esse verū dixit: lz regnū in hoc mundo habere nollet: quia cū ipsi vellent eū regez facere fugit z regnū respuit. Igitur vt ait Beda. Arguunt impietatis iudei q̄ accusantes saluatorem et falso quidē nec aliquid veri simile quod ei obijcere possint inuentū. ¶De ꝓria igit̄ accusatiōe tāq̄ frīola et ad eū non spectāte pilatus parū curabat: q̄ em̄ erat hō gentilis nō curabat de obseruatiōe seu violatione mosayce legis et secūdā tanq̄ falsam z mēdosam parūpendēs nullā reputabat: q̄ forte p reuelationē audierat iesum dixisse aliq̄n reddite q̄ sunt cesaris cesari: z q̄ sunt dei deo. Unde transit ad tertiā q̄ magis tangebat eū z romanū imperiū z videbatur

Romanoruz in cōdēnādo mos.

Judeoz

ℳ Christi regesiudeoz.

Inuentim⁹ caute interptatū. i. excogitauim⁹.

Math. xxij.

Eiusdē xvij.

Beda.

Pilati accusationum examinatio.

cōtra impatoris honorē. ſ. qđ dicebat ſe eſſe xp̄m.i.vnctū ſiue regē:nā directe ꝺ impatorē erat q̄ aliqs ſe eſſe regē iudeoꝝ diceret q̄ impatori romano ſub tributo i ſignū ſubiectionis ſeruiebat. Propē qđ romani nomē regiū ab eis abſtulerāt: vt eoꝝ ſupbiā frangerēt ⁊ rebellādi occaſionē tollerēt:et itrās pilat⁹ in p̄toriū vt ibi xp̄m magꝫ pacifice ⁊ exq̄ſite examinaret extra tumultū ⁊ ſtrepitū iudeoꝝ qui nō audebāt intrare p̄toriū [interrogauit eū dicēs. Tu es rex iudeoꝝ].q.d. Eſt hoc verū qđ tibi imponit:ſcz q̄ velis tibi vſurpare regnū: vel q̄ ſis rex iudeoꝝ ꝑm q̄ accuſant te. Querebat vtrū eſſet rex de iure: qr de fctō cō ſtabat ipm regē nō eſſe. Et ꝑm Theo. ꝙ interrogauit pilatus cōtēptū obiecti criminis:et accuſationē iudeorum ſubſannādo.q.d. Tu paup ꝙūilis nud⁹ cui nullus adiutor accuſaris de regni ābitiōe ad qđ op⁹ eſt multoꝝ adiutorū ⁊ ſumptuū. Et [rñdit ieſus. A temetipſo hoc dicis] hoc eſt qđ tu eſtimes q̄ nunq̄ me vidiſti talib⁹ itēdere [an alij tibi dixerūt de me.] Et tūc cognoſce radicē dicti ex q̄ nullū ſignū talis accuſatiōis in me vnq̄ vidiſti. [Reſpōdit pilat⁹. Nunq̄d ego iude⁹ ſum?] Quaſi diceret nō ſum iude⁹ ⁊ ideo dē iſtis q̄ſtionibus a meipſo nō loquor ⁊ p meipm hec ſcire nō valeo: ſz [gēs tua ⁊ p̄tifices] qui te ab alienigenis deberēt defendere [tradiderūt te mihi] p malefactore. Tu g̃ dic [Quid feciſti?] Interrogat⁹ itaq̄ ieſus de regno reſpōdit pilato eū erudiens ⁊ ad altiora reducēs. [Regnū inq̄t meū nō eſt de ꝙ mūdo].i. ꝑm Chriſoſt. Poteſtas mea ⁊ auctoritas mea qua ſum rex nō hz originē ⁊ principiū ex cauſis mūdanis ⁊ hoim electione:ſz aliūde ſcz a pre.q.d. Rex ſum nō q̄dē talis qualē ſuſpicaris:ſz multo maior ⁊ clarior. Tēporale q̄ppe regnū fugi:⁊ nullū de hoc ſignū oſtēdi. vnde Chri. Nihil deniq̄ mōſtrauit tale. Neq̄ em milites:neq̄ principes:neq̄ equos: neq̄ multoꝝ iugū:neq̄ aliō qđ tale habebat circa ſemetipm:ſz humilē hāc ⁊ inopē vitā p̄tāſibat duodecim viles hoies ſecū circūferens. Hec Chriſo. Scōm diuinitatē oīa ſunt ſubiecta xp̄o: tñ q̄ſtū ad humanitatē in primo aduētu ſuo nō venit ad dñandū tpaliter ⁊ regnandū: ſed magis ad ſeruiendū ⁊ patiendū. Unde non negat ſe eſſe regē ſz magis cōcedit:qr ꝑm veritatē ipſe erat rex regū. Uerūtamē ad tollendū occaſionē euadēdi tēperat ſuā reſpōſionē dicēs q̄ non querit hui⁹ mūdi tēporalē dominationē:qr regnum ſuū non eſt de hoc mūdo q̄ſtū ad tpalia iſta q̄renda ⁊ habēda. Et g̃ regnū ei⁹ neq̄ iudeis neq̄ romanis aduerſum erat, nec dñationē eorū impediebat:qr ipſi tñ de regno terreno quod de hoc mūdo eſt curabant.q.d. eis decepti eſtis nō impedio dominationē veſtrā i hoc mūdo ne vane timeatis ⁊ ſeuiatis: ſz ad regnū celeſte qđ nō eſt de hoc mūdo venite credēdo ad qđ vos inuito ꝑdicādo. Xp̄s dixit [regnū meū nō eſt de hoc mūdo] ſz tñ multi ꝑlati q̄ ſunt ei⁹ vicarij ꝓtrariū vident dicere facto in pōpis ſe principib⁹ terrenis equātes vel etiā eos excedētes. Et ſubiūgit [Si ex ꝙ mūdo eēt regnū meū] tūc [miniſtri] regni [mei] terreni: vñ poſt regē etiā regnum tpale habet firmitatē [vtiq̄ decertarēt] ꝺ aduerſarios [vt nō traderer iudeis] per qđ ptz q̄ non eſt mūdanū regnū meū. vñ ſeq̄t. [Nūc aūt regnū meū nō eſt hic].i. de ꝙ mūdo: eſt tñ hic: qr vbiq̄ attigit a fine vſq̄ ad finē. vñ Augu. Nō dicit nō eſt hic. hic eſt em regnū ei⁹ vſq̄ in finē ſeculi habēs in ſe cōmixta zizania vſq̄ ad meſſem: ſz tñ nō eſt hinc: qr pegrinat in ꝙ mūdo. vñ ⁊ Theo. Nō dicit nō eſt hic: ſz nō eſt hinc: nā regnat in mūdo ⁊ vtiq̄ illi⁹ ꝓuiſiōes iuxta votū cūcta diſpoſuit. Nō eſt aūt ab infimis cōſtitutū: regnū ei⁹ ſz celit⁹ ⁊ ante ſecula. vñ etiā Chriſo. Sz cū dicit regnū meū nō eſt hinc: nō ꝓuat mūdū de ſua ꝓuidētia ⁊ ꝓlatiōe ſz oſtēdit regnū ſuū nō eē humanū neq̄ corruptibile: qm̄ deſup hz principatū: qr nō eſt human⁹ ſz multo maior ⁊ clarior [Dixit itaq̄ ei pilat⁹. Ergo rex es tu] ex q̄ alibi eſt regnū tuū. [Rñdit ieſus. Tu dicis qr rex ſum ego].q.d. Ego non nego nec affirmo: ſed tu dicis: nō tñ aſſerēdo: ſz interrogādo. Eodē verbo preſidi quo ⁊ principibus ſacerdotū reſpōdit: vt ꝓpria ſnīa condēnētur. Noluit dicere non ſum ne falſum diceret: noluit etiā dicere ego ſuz: ne calūnie occaſionē daret. Unde ſic tēperauit rñſionē: vt ⁊ verū diceret: ⁊ ſermo eius calūnie nō pateret: ⁊ peni tus nulla culpa in eo cognoſceret. ¶ Deide determinat ſui regni cōditionē dicēs [ego in hoc nat⁹ ſum] tpaliter [⁊ ad hoc veni in mundum] p carnis aſſumptionē [vt teſtimoniuz ꝓhibeā veritati] dicēdo ⁊ radicādo veritatē de diuinis in cordib⁹ fideliuz. Et ideo [ois q̄ eſt ex veritate] prima que deus eſt: nō ſolum p creationē: ſed etiā p imitationē ⁊ ſubiectionē [audit ꝟba mea] credēdo ⁊ ope adimplēdo: ⁊ per ꝙñs in talib⁹ ſpūaliter regno.] Dixit ei pilatus. Quid eſt veritas?] Et huius queſtionis reſpōſum nō expectauit: qr iudeorū malicią ⁊ xp̄i innocētiā percipiēs ad ei⁹ liberationē feſtinauit: vel queſtionē deveritare tñ facere potuit: ſed reſpōſuz finale audire nō meruit: qr iudiciū ſuū a ꝟitate inchoauit ⁊ nō in ꝟitate: ſz in puerſitate finiuit. Legit tñ in euangelio nazareoꝝ: ⁊ etiā videt di cere Auguſtin⁹ q̄ xp̄s rñdit q̄ veritas eſt de celo: ⁊ nō erat in terra: ſed pilat⁹ nō audiuit: vel qr exiuit ad iudeos: vel ꝓpter tumultum clamantiū. Pilatus queſtionē de veritate fecit: ſed dē reſpōſione nō curauit. Ueritas em eſt ſicut aqua benedicta ad quā oēs currūt: qua bñ tñ manus faciei apponūt: ne ſup faciē aqua dicta v cadat. Sic multi q̄rūt de veritate: tñ nolūt q̄ tatur.

Interrogatio pilati irridēdi cā. Theo.

I Chriſo. Regnuz xp̄i non ē de hoc mūdo.

Chriſo.

Xp̄s rex

Regnuz xp̄i nulli in mūdo ꝙiū.

Augu. Hinc et hinc.

Theo.

Chriſo

R Eſſe ex ꝟitate.

Ueritas ꝟbi.

Ueritas vt aqua

riū contra mala pene: ibi erudimur circa bona gr̃e: ibi ostēdit nobis via ad bona glorie. Bonaꝝ desiderabilis est vmbra sua sub alis tesuvbi tutū ē fugiētib⁹ refugiū: gratū fessis refrigeriū. Una ala p̄t itelligi ptectio i p̃spe ritate: alia ptectio in aduersitate. Una ala ꝫ mala culpe: alia ꝫ mala pene. vñ Bern̄. Hac memoria absorptus ait. Dñe q̄cūq; iero sem per te in cruce video. Cōsidera nūc qualiter ipse est exaltat⁹ put predixerat sicut moyses exaltauit: scz sup palū serpētē in deserto: ita scz exaltari in cruce opz filiū hois. Ille enim serpēs ene⁹ in deserto exaltat⁹ figura fuit hu ius exaltationis: qz sicut ille serpētis quidē similitudinē habebat: serpentis autem venenum non habebat: quia eneus erat: sic x̄ps cū iniquis deputat⁹: z inter latrones suspen sus carnis quidē similitudinē habebat: pec catū aūt nullū habebat. Et sicut qui mordebant a serpente inspiciēdo serpētem in palo exaltatum sanabātur: sic cōtra morsum z ten tationē diaboli nō est melior medicina q̄m in cruce p nobis passuz aspicere saluatorē. Si em̄ aspect⁹ illi⁹ serpētis enei saluauit a morte corpali: multo forti⁹ fides x̄pi crucifixi salvat a morte spūali: vide etiā dñm tuū stantē sup solium excelsum z paratum ad iudicandū: z ideo duo homines hincinde ponūtur quorū vnus saluatur: alter condēnatur. vide etiaz x̄pm qui est pontifex futuroꝝ: bonoꝝ qualiter extensis brachijsz manibus offert hostiā purā. s. carnē suā pretiosam p nobis sup altare crucis. Vide etiā magistrū tuū qualiter stat in altor p̄dicat. Dñs em̄ etiā in cruce pēdēs etiāvsq; ad exitū spūs nō fuit otiosus: sz faciebat z dicebat vtilia p nobis. vñ p̃m Augu. se habuit sicut magr̃ in cathedra z lignū pendētis factū est cathedra docētis: vbi. vij. ꝟba sacratissima q̄ dixit in cruce posit⁹ breuiter tibi nota z ea frequēter cū deuotione pertracta. Per hec aūt. vij. verba possum⁹ facere exclamatiōes nr̃as mō tenendo partē dñi nostri z causando cōtra iudeos: mō cōpatiēdo dño nr̃o: mō matri ei⁹: mō nobis miseris z i fine cuiuslibet ꝟboꝝ facere oronē. Quidā tñ ꝟba octo distinguūt z verbū tertiū in duo diuidūt: ita vt dixerit duo pro pctōrib⁹. i. [pater ignoscе illis] z [hodie mecū eris in paradiso] duo p bonis. s. [mulier ecce filius tu⁹] et [ecce mater tua] duo p vniuerso mūdo: scilz [sitio] z [cōsummatū est] duo p se ipso. s. de me⁹ vt q̄d dereliq̄sti me] et [pater in manus tuas cōmendo spūm meū.] Primū verbū fuit in ipso actu crucifixiōis cū p suis crucifixoribus inimicis crudelissimis ip̃m ad crucē fabricātib⁹ orauit dicens. [Pater ignoscе illis: qz nesciūt quid faciūt] scz bonū mihi z malū sibi. Reuera ita est: qz q̄ alteri malū facit nescit quātā penā z culpā sibi inferat: quātāq; gratiā z coronā alteri acquirat. Uel [nesciūt quid faciūt] ignorāt em̄ q⁹ filius tuus suz quē crucifigūt. vnde Chri. Quia dñs dixerat ora te p persequētib⁹ vos: hoc etiā crucē ascēdēs fecit di. pater dimitte illis. Nō quia nō poss set ipse relaxare: sed vt nos p p̃sequētib⁹ ora re doceret: nō solū verbo sed ope. Dicit autē dimitte eis si penituerint. fauet em̄ penitētibus si vellēt post tantā nequitiā reat⁹ p fidē diluere. hec Chriso. Cū ꝫ dixerit [qz nesciunt quid faciunt] ptz p̃m Bedam q⁹ non pro eis orauit qui p inuidiā z superbiā eū quē filiuz dei itellexerūt negātes crucifixerūt: sz p eis qui zelū dei habētes: sed nō p̃m sciētiā nescierūt quid fecerūt. Erant em̄ ibi aliqui simplices z illiterati a sacerdotib⁹ iudeorū decepti q̄ p̃sequebātur x̄pm zelo legis: et p ijs oravit x̄ps. Alij aūt erāt literati q̄ ip̃m esse x̄pm ꝓbabil⁹ nouerāt seu cognoscere debuerāt: sz ex odio et inuidia excecati fuerūt z x̄pm vsq; ad mortē p̃secuti sunt: z p illis non orauit p̃m Bedā. Nō frustra orauit: sz eis q̄ post ei⁹ passionē crediderūt ipetrauit. vñ dr̄ in Act̄. Nō conuersi sunt vna die tria milia: z alia die. v. milia. Nec dubiū quin hoc p̃uenerit ex virtute hui⁹ oronis x̄pi. Ad quā etiā vocē multi de turba iudeorū astantiū cōpuncti sunt corde z penituerūt. vt dicitur in euāgelio nazareor̄: et ponitur in glo. Esa. sup illo verbo z p trāsgressoribus exorauit. O q̄ dulcis in oratiōe x̄pi ad crucifixorū malleationē erat melodia de cui⁹ cōsonātia cōuersi sunt tot milia. Nec mirū: qz ipse tantā mansuetudinē seruās in cōtumelijs: tantā patientiā ostēdēs in tormētis: sic mirā benignitatē exhibens crucifixoribus euidēti⁹ declarauit se filiū esse p̃fis quē orabat. Quid em̄ maius miraculū hac benigna pietate: hoc quippe verbū magne patiētie z mansuetudinis: magni amoris z indicibilis bonitatis magni dulcoris z venie fuit. In quo triplex act⁹ charitatis maxime apparuit. prio qz pro crucifixoribus affectuosissime orauit. scdo qz oroni lachrymas adiūxit. tertio qz cū valido clamore et lachrymarū effusiōe p ipsis p̃ces obtulit. vñ Ber. X̄ps flagellis cesus: spinis coronat⁹: clauis p̃fossus: crucifix⁹ opprobrijs: saturat⁹ olim dolorꝝ inemor ait. pater ignoscе illis. Hic multe miserie cordis: hic multe mie cordis. O q̄ firmata est sup ipsos mia tua z q̄ magna multitudo dulcedinis mie tue q̄m potabis dñe dr̄sidērātes te torrēte voluptatis tue. hec Bern̄. Nō ꝫ desperet ammodo quisq; penitēs p pctis pensando copiā gr̃e saluatoris. vñ Augu. Quid aūt cōuerso nō ignoscitur si fusus christi sanguis cognoscitur? Quis homicida desperet si in spem reddit⁹ est: a quo etiā x̄ps occisus est? Per hoc verbū primum docemur petentes nō cito exaudire iniurias q̄ remittere z vindictas nō expetere: ac etiā p inimicis intercedere et orare eosq; diligere. Ad verbū igit-

Ps. xxi

Bern̄.

Nu. xxi

S Uerba x̄pi i cruce.

Uerba vij. vel viij.

Primus verbū.

Chriso.

Pro nesciētib⁹ orat. Beda.

Act. ij.

Esa. liij

Charitatis act⁹ triplex prio verbo.

Bern̄.

Miserie cordie abūdantia.

Augu.

Documētū.

tante pietatis emolliat cor nostrū: sicut dicit
ps.xciiij in Psal. Hodie si vocē dñi audieritis nolite
obdurare corda vestra: vt dimittamus offen
sas debitoribus z iniuriatoribꝰ nostris: z non
solū dimittamꝰ offensas: sed etiā p ipsis ore
mus intuitu eiꝰ q̄ patrē exorauit p plecutori
Augu. bus suis z crucifixoribꝰ. vñ Augu. Uide cha
Ignosce ritatis affluentiā z mirabilē patientiā p ini
re debe micis facit oīonē remittit: nō expetit yltionē.
mus. Cur igit formica festucā: cinis puluis z faul
la vindictā expetis remissionē ptrahis cum
videas regē glorie: dñmq̄ virtutū remittentē
minas: cōtumelias z blasphemias z cōdonā
tē crucis molestias: z reales iniurias. vnde z
Ansel. Ansel. Ad locū deductꝰ supplicij myrrha po
tat z felle. Ita in cruce leuat z dicit: pr̄ dimit
te illis q̄ nesciunt quid faciūt. Qualis est hic
q̄ in oībus pressuris suis: nec semel os suum
aperuit: vt aut q̄rele: aut excusatiōis: aut cō
minationis: aut maledictiōis ꝙbū aduersus
maledictos canes illos pferret: sz nouissime
ꝙbū bñdictionis quale a seculo non est audi
tū sup inimicos suos effudit. Quid hoc viro
mansuetius? quid benigniꝰ aia mea vidisti?
Et iterū. In oibꝰ his considera illud dulcissi
mū pectus quā trāquillitatē seruauit pieta
tis. Nō suā attēdit iniriā: nō penā reputat:
nō sentit contumelias: sz ipsis potiꝰ a q̄bꝰ pa
tit ille cōpatit: a q̄bꝰ vulnerat ille medet: vitā
pcurat a q̄bus occidit. Cū qua mentis dulce
dine: cū qua spūs deuotione: in qua charita
tis plenitudine clamat: pr̄ ignosce illis. Ecce
ergo dñe tue maiestatis adoratoꝛ nō tui cor
poris iterfectoꝛ: tue mortis veneratoꝛ: nō tue
passionis derisoꝛ: tue misericordie contēptoꝛ interpellat pro
me tua dulcis humanitas: cōmendet me pr̄i
tuo tua ineffabilis pietas. Dic igitur dulcis
dñe pr̄ ignosce illi. hec Ansel. O clemētissime
dñe quanta est patientia tua: semp insidiati
sunt tibi z psecuti sunt te z tuos proditiose te
ceperunt z maliciose te crucifixerunt z mō pe
Oratio. tis vt ignoscat illis. Domine iesu pater mise
ricordiarū oro te vt sicut tu pepcisti tuis cru
cifixoribꝰ z rogasti p eis: facyt amore tui par
cā ego cunctis mihi mala facientibꝰ z tu dñe
parcere digneris oībꝰ iniquitatibus meis et
patri tuo in cōspectu glorie tue me miserum
cōmendare: sepe eīm dñe te offendo: z ꝙtū in
me est peccatis meis crucifigo: tñ dñe tu scis
quia in te credo z te dñm meū z deū verū cōfi
teor a quo veniā peccatoꝛū postulo impartiri
mihi misero z indigno. ¶ Secundū verbum
Uerbū fuit ad latronē penitentē z confitentē cū dixit
secundū [mecū eris in paradiso.] Nō intellige de ter
Paradi reno paradiso vel horto voluptatis. vñ Adā
sus. est expulsus: nec de paradiso angelico vel ce
lo empyreo: quia ad illū ante xp̄m nemo ascē
dit: sed de limbo sanctorum et sinu abrae ad
quem anima christi et latronis descendit: vel
[in paradiso]. i. in fruitionis gaudio z frui
tione btā quē habuerūt scti patres in limbo
cū ad eos descendit xp̄i aia z eadē die descen
dit illuc aia huius latronis facta particeps
beate fruitiōis. Uel [in paradiso]. i. in regē Paradi
q̄ est esse cuz xp̄o: vel [hodie eris mecū] q̄ sus vbi
est esse [in paradiso] q: vbi est xp̄s q̄ est pa- deus.
radisus ibi est z paradisus: sicut vbi cūq̄ est pa
pa ibi oꝛ esse romana curia. vnde Ansel. Cre Ansel.
do dñe credo certe q̄ vbi tu vis z vbi tu es ibi
est paradisus z esse tecū: hoc est esse in para
diso: q̄m venerabilis ille cōfessoꝛ z gloriosus
martyꝛ tecū fuit per totū illud hodie z postea
oī tpe. O q̄ beatū est ee tecū: o q̄ beati sunt
illi qui tecū sunt. Illi ꝺo qui sunt in paradiso
vere sunt in regē qui tecū sunt fide z dilectio
ne. hec Ansel. Hoc etiā dicēs magnā consola
tionē dedit penitētibꝰ z peccata sua confiten- Penitē
tibꝰ: nā reuera hodie z quotidie ita accidit: tium cō
q̄ qui deuote z pure confitet pctā sua statim solatio.
cum dño est in paradiso per gratiā: z postea
erit per gloriaz: vel est in paradiso. i. in qua
dam requie z securitate sue cōscientie: q: se
cura mens quasi iuge cōuiuiū. Ecce q̄ libe
ralis: immo q̄ prodigus hodie factꝰ est xp̄s:
q: latroni regnū: crucifixo celū: dānato para
disum p breui petitiōe est largitꝰ. Mia obtu
lit q̄ miseria distulit. Hoc verbū fm magni
amoris z gratie ac consolationis fuit in quo
xp̄s nobis exemplū perfecte spei z fiducie re Desspe
liquit vt nullus deventa pctōꝝ q̄tūcūq̄ enoꝛ randū
mis necdū in vita: immo nec in mortis arti- nō est.
culo desperare debeat: cū iste latro qui nihil
boni fecerat: sz suo testimonio mortis supplī
cio dignus erat veniā cōsecutꝰ fuerit. Et hoc
rōnabiliter: nā ipse solū de corde z lingua in
uare se potuit quoꝛuz virūq̄ deo pfectissime
obtulit: coꝛ quidē in pfecta cōtritione linguā
in pura z vera cōfessione: z ideo nō mirū sive
niā impetrauit. Sed exēplo istius latronis Teme-
nullus dz suā pniam differre vsq̄ ad mortē: re cōfitē
q: priuilegia paucoꝝ nō faciūt legē cōem: et dū non
pauci sunt qui in morte vere peniteāt. Nam est.
sicut mōstruosū esset q̄ lupꝰ caudā ouis habe Latro
ret: ita mōstruosū videret q̄ vita mala bono nis me
fine claudat. Euolauit iste latro ꝓpter fidei ritum.
meritū z crucis quodāmodo martyriū ac no-
bis conuersionis z penitētie reliquit exēplū.
vnde Hiero. Xp̄s de cruce latronē in paradi- Hiero.
sū intulit: z ne quis aliquādo ꝓuersionē serā
putaret fecit homicidij penā martyriū. vnde Ambro.
et Ambro. Pulcherrimū autē dat affectāde
cōuersionis exemplum q̄ tam cito latronis ve
nia relaxat et vberior est gratia q̄ precatio.
Semper eīm plus dominus tribuit q̄ rogat.
Ille eīm rogabat vt memoꝛ sui esset dñs cum
venisset in regnū suū: dñs autē ait. Amē dico
tibi hodie ꝛc. Uita est enim esse cū xp̄o: q: vbi
xp̄s ibi regnuz. Cito igitur ignoscit domin⁹:
quia ille cito conuertitur. vnde etiam Aug. Augu.

Latroni ꝓmissio paradisi.

Dixisti latroni: hodie mecū eris i paradiso: vt desit locus desperationis q̄ parcis latroni vt oñdas fructū pñe: fontē mie celeritatem indulgentie. Tu eñ saluas latronē seipsum accusantē: teipsum excusantē miam inuocantē ⁊ blasphemantē sociū increpantem. vnde

Chriso. et Chriso. O res miranda nō abrae data est

Fides latronis ꝓmissio paradisi: nō patribus: nō ꝓphetis sed primo latroni dr hodie mecū ⁊c. Credidit abrā deo nō sub tali cōditione posito sed de celo loquenti. Credidit esaias sed sedēti sup solū excelsum ⁊ eleuatū. Credidit ezechiel: sz ei sup quē cherubin contemplatus est. Credidit moyses: sed de medio ignis loquenti. Sed iste vidit saluatorē nō in regali throno: sed in pena sociatū latronib⁹. Uidet in cruce pendentē: ⁊ orat q̄si in celis sedentē. Uidet cōdēnatū: innocat regē. O admirāda latronis cōuersio. Judei crucifigunt q̄ nouerunt legē ⁊ ꝓphetas: ⁊ tu latro vnde talia philosopharis? hec Chriso. Sed clemens oculus tuus o dñe iesu respexit sup eū: vocasti ip̄m interna vocatione ad penitētiā. Quis nō debet in te sperare: te laudare: ⁊ bñdicere ⁊ amare: cum ita de facili pepcisti ei qui tā male cōsumpserat vitā suā. Respira ergo nunc in spē venie quecūq; peccatrix aia: si tñ patientis pro te dñi tui nō horres sequi vestigia. Sed ne ꝑcrastines vsq; ad horā mortis exēplo hui⁹ latronis penitere ⁊ iuenire locū dño. Et si eñ optimū sit ⁊ salubre cōsiliū: de mia dei querere refugium totū: tñ holem ex ea pendere stultissimū est solatiū: qr mia ⁊ veritas in eo obuiāt

Oratio. sibi. O pater clemētissime rogo te ego miser dignus infernali supplicio: vt sis memor mei in regno tuo. Ego eñ dñe latro sum pessim⁹ qui me ⁊ multos in aia occidi: sed tu dñe misericors dissime memento mei in bonum. Ecce adoro te quē latro adorabat: et oro sicut ille orabat. [Memento mei dñe dū veneris in regnū tuū.] Recognosce in me dñe hanc oronē sicut recognouisti eā in latrone: suscipe hanc a seruo sicut suscepisti eam a famulo tuo: memento mei de regno sicut fuisti memor illius de ligno. Dic igit dic queso dñe: dic seruo tuo loquere ad cor meū: dic aie mee [hodie mecū eris in paradiso] ⁊ ego cōfortatus desiderabili tua ꝓmissione fideliter ꝑmaneā in tua fide ⁊ dilectione. In splendore fidei ⁊ cōfessiōis tue tecū sim ꝑ tuā gratiā spūs vn⁹: et sic tecū ero in paradiso si videlicet in terra amoris tui delitias gustē quibus in paradiso reficis spūs beatorū: vere eñ gustare de tuo amore est tecū esse: ⁊ fac me ita viuere vt aliqñ cū tue pietati placuerit dicas aie mee: hodie mecū eris in celo. ¶ Tertiū verbū fuit cū vt matrē

U Tertiū verbū. ⁊ discipulū inter angustias positos aliqualiter cōsolaret: cōmēdauit matrē solatio destitutā ac mestā ⁊ q̄si morientē discipulo ⁊ discipulū matriū dicēs matri. [Mulier ecce fili⁹ tu⁹] hoc est qui loco filij tui: tibi, dz obsequit ⁊ affectione cōiūgi. q. d. ei vsq; modo fui obsequiū tibi ⁊ tui curā habui: sz decetero istū de relinquo tibi q̄ erit loco mei: ⁊ discipulo [ecce mater tua] hoc est cui reuerētiā ⁊ seruitiū debes vt filius matri: quasi diceret ei deputo te ad eius obsequiū et curā loco mei. Hoc verbuz tertiū verbū xp̄i fuit maxime solicitudinis ⁊ solicitudinis pietatis eo q̄ in tantis doloꝛib⁹ constitutus dinis. matris mestissime curā gessit ⁊ ei de ministro prouidit. In quo docuit nos cōpati parētib⁹ nostris afflictis: ⁊ in necessitatib⁹ subuenire: ac eis quādo indigēt curā ⁊ debitū obsequiū impēdere: ⁊ in quocūq; statu simus parētes quātū bono mō fieri pōt honorare: qō prius mādauit dicēs: honora patrē et matrem: hoc nunc suo exēplo docuit ⁊ fecit quod faciendū ammonuit. Pro se eñ mīi quē morīēs relinquebat alterū quodā mō filiuz ad ei⁹ curā et obsequiū, puidebat. In hoc aūt q̄ iohānī matrē cōmēdauit magna ostēdit dignitas iohānis ⁊ quāto eū honore honorauit. Et vt dicit Johis dignitas. Hiero. Pudicitia virginis nulli discipulorū recti⁹ q̄s virgini cōmendata est vt esset adiuuicē grata societas et floridꝰ aspect⁹: necnon Hiero. est venustus cōuersandi vernās alternatim pudicitiarū splēdor decorat⁹. [Et ex illa hora] q̄diu vixit maria [accepit eā iohānes in suā] sz matrē ꝑm quosdā: sed cōgruēti⁹ subaudit in suā curā ⁊ solicitudinē quā decetero specialiter de ea gerabat: q; q̄d ei necessarium erat ad ip̄i⁹ curā ptinebat. Tradit dñs Cōmutatio ni qua. matri iohānē ꝑ iesu: seruū ꝑ dño discipulū ꝑ magistro: holem ꝑ vero deo ⁊ filiū zebedei: pro filio dei nepotē pro filio suo qui erat totum suū gaudiū: ac vita sua ⁊ solaciū. Que mutatio ip̄am int⁹ cruciat: ac matri amariorib⁹ doloꝛib⁹ corpee passiōis extitit ⁊ cetera corda hūana sz sarea: sz ferrea scindit. ¶ Quis eñ sine singultu audiet eū hec verba dicentē nō dixit ei mater sed mulier: ne matris dolo Mulier rē ampli⁹ excitaret. vñ Chriso. Hic mouendo Chriso. q̄stionē sic dicit. O bone iesu q̄ matrē tuā dulcissimā q̄ ita diligenter te nutriuit: reuerēter tractauit: ⁊ dulciter lactauit adeo indulciter Cur nō alloqueris. ¶ Sed vt dictū est: nō vocauit eā matrem matrē: sz cōi nole ne ꝑ materni nois se expri vocauit mereꝛ ⁊ vehemētis amoris teneritudine aggrauareꝛ ꝟginis animꝰ ac videꝛ filij passiōnē ⁊ audiꝛ mīis nomē doleret āpli⁹: tūc eñ nō erat ip̄s ip̄az dulciter alloq̄ndi: nec mīis nomē exprimēdi: qr si xp̄s dulci⁹ sibi locutus fuisset forte cor ꝟginis crepuisset. Stās autē Status marie sub crucē. dñs in cruce facie ⁊ versus occidētē tenebat: sz maria ⁊ iohes ꝑplus ouētē ad xp̄i faciē ꝑspiciētes iugiter lachrymas fundebāt. vñ nō stetit btā ꝟgo sub cruce ad aq̄lonē: vt q̄dā fabulātur: sz cōtra faciē xp̄i filij ad occidētē aliquā tulū tñ declinās ad austrū. Mōstrat eñ locꝰ ⁊ a fidelib⁹ veneraꝛ ybi cū alijs mulieribus

ipsa stetit. Contẽplare tu dñm tuũ vt moneaAnsel. ris ad cõpatiẽdũ. vñ Ansel. At tu cũ matre ꝛ iohãne accede ad crucẽ ꝛ pfusũ pallore vultũ iesu comin⁹ intuere. Quid ḡ. Tu sine lachry-mis amãtissime dñe tue lachrymas videbis. Tu siccis manes oculis ꝛ ei⁹ aiam ptrãsibit gladi⁹ doloris. Tu sine singultu audies dicẽ tẽ mr̃i mulier ecce fili⁹ tuus: ꝛ iohãni ecce mr̃ tua. Et iterũ mulier inq̃t: ecce fili⁹ tu⁹. O cõ-mutatio ꝑ eterno ꝛ incõmutabili deo purũ et corruptibilẽ hoiem: ꝑ naturali et vnico filio seruũ accepit i filiũ. O dña q̃ p̃cor cogitat⁹ in te: succedebãt cũ tã inestimabilẽ ꝛmutationẽ ab ipo quẽ sup oia diligebas tibi fieri audie bas. Uere tuã aiam ptrãsiuit gladi⁹ doloris qm̃ tibi amarior extitit oib⁹ doloꝛib⁹ cuiusuis Marie martyrium. corporee passiõis. Quicq̃d ei crudelitatis in flictũ est corpib⁹ martyrũ leue fuit aut poti⁹ nihil cõpatiõe ipsius tue passionis q̃ nimirũ Augu. sua imẽsitate trãsfixit tua penetralia tui be-nignissimi cordis. Hec Ansel. vñ ꝛ Augu. Mr̃i dñs in cruce iã animus oculis ꝛ vultu ãnuẽs de iohãne ait. Mulier ecce fili⁹ tu⁹. Ecce iohã-nes q̃ est nepos tu⁹ decetero reputabit tibi fi lius: ꝛ curã habebit tui ꝛ erit solatiũ tibi fide lissimũ. Inde intuitus iohãnẽ dixit. Ecce mr̃ tua: ei seruias ꝛ curã illi⁹ habe eã tibi cõmẽ do suscipe matrẽ tuã: imo magis suscipe ma trẽ meã. Dũ hec pauca diceret illi duo dilecti Maria et iohannes virgines et martyres. lachrymas fũdere nõ cessabãt. Tacebãt am bo illi martyres ꝛ pre nimio doloꝛe loq̃ nõ po terãt. Isti duo ỹgines audiebãt xp̃m voce lo quẽtẽ tãta ꝛ ip̃m videbãt paulatim moriẽtẽ. Amare flebant q: amare dolebãt: nã gladi⁹ doloris xp̃i aias vtroꝛũq; transibat q̃ magis amabat seueriꝰ flebat i matre. ꝛ iterũ. Eru ctauit etiã os tuũ ỹbũ bonũ cũ diceres. Mu-lier ecce fili⁹ tu⁹. Cruciat te dñe iesu crux tua Cruciat memoria matris. ſz nõ min⁹ mr̃ tua: cruciat te doloꝛ tuus: ſz nõ min⁹ doloꝛ ei⁹. Nõ est mirũ si doles ꝛ cõdoles si pateris ꝛ cõpateris bone fili in desolatiõe matris: in sepatione matris: in cõmẽdatione matris. Nũq̃ em̃ te deseruit nõ i infantia nõ in adolescentia: nõ in iuẽtute: nõ in passiõe tua. Nũq̃ defuit tibi ei⁹ solatiũ ſz nec ei⁹ obse-Marie obsequia. quiũ. Lactat infantẽ audit⁹ sequit̃ p̃dicantẽ videt ꝛ comitat̃ patientẽ: cõtẽplat̃ opprobria: intuet̃ vulnera: audit tua ỹba. Tu ỹo bone iesu quãq̃ esset doloꝛ intolerabilis: plaga in sanabilis in agonia mortis ꝛ vltimo spũ cõsti tu⁹ nõ obliuiscer̃is mr̃em tuã: caput iclinas ꝛ eã in matrẽ iohãni cõmẽdas ꝛ eũ sibi in filiũ adoptas felix depositũ singulare ꝓuilegiũ in signe solatiũ. Urgebat te siq̃dẽ dñe iesu p̃ce-ptũ impleꝛis honoꝛa patrẽ tuũ ꝛ matrẽ tuã ser-uitiũ q̃ ipsa exhibuit tibi exẽplũ posteris re-Marie dolores. liquẽdũ. Cõsiderare libet bona mr̃ ꝛ genitrix ꝛ nutrix ꝛ filia desolata q̃s sit doloꝛ tu⁹: ãgu-stia tua. Uides em̃ crucifixũ vnigenitũ tuũ: mutas filiũ magistrũ in discipulũ: regẽ in mi-litẽ: dñm i seruũ olpotẽtẽ i deficiẽtẽ. Reuera viscera tua penetrat gladi⁹: cõfigit aiam tuã lancea: ꝛ clauus laniat mẽtẽ tuã: spinarũ acu-le⁹ lacerat cor tuũ: filij tui amar⁹ aspect⁹ deest tibi: pre amaritudine lachryme desunt ỹba: deest fortitudo: marcescit pulchritudo. Uulne-ra filij tui sũt vulnera tua: crux filij tui ẽ crux tua: mors ei⁹ mors tua. Nutrix qũo dimittis alũnũ: mr̃ filiũ: ancilla dñm: vna die orbaris pr̃e filio. hec Aug. Cõpatiebat itaq; fili⁹ mr̃i cõpatiẽti sibi cõmota sũt q̃ppe oia viscera ei⁹ sup mr̃e, sua. Sciebat em̃ ipse angustias ma-terni cordis nouerat doloꝛẽ aie ei⁹. Et vt dicit Damasce. q: doloꝛes q̃s ipsa in sua nõ sense- Dams. rat parturitione nũc geminabant sibi in ei⁹ passione: tõq; ꝛ ipse geminũ doloꝛẽ patiebat ſ. crucis ꝛ mr̃is. ¶ Ad cõformãdũ nos huic ar- Confor-ticulo cũ passiones materni doloris medite- matio. mur q̃tus fuerit doloꝛ pie mr̃is ꝛ talis mr̃is ꝑ filio tali quẽ videbat tã crudeliter tractari ꝛ tã miseraliter mori. Pensem⁹ ẽt q̃tus fue rit doloꝛ ꝓ passinus filij ad matrẽ sibi cõpatiẽ tẽ: q̃tus amoꝛ filij ad matrẽ tã cordialiter eã discipulo cõmẽdãtis. Pensem⁹ insup q̃liter in illa cõmẽdatione cor virgineũ anxiebat cũ ei ꝑ filio alien⁹ et ꝑ hoie deo hõ pur⁹ dabat. O q̃s miserabilis cõmutatio? Quis itaq; ista de nota meditatiõe pẽsans poterit se ꝙtinere a lachrymis? Quis nõ cõpatit mr̃i toti⁹ pieta-tis? Quis nõ miserat mr̃i mie? Si ḡ q̃ ad hãc articulũ volum⁹ nos xp̃o ꝓfotmare ꝓpatiamur doliti mr̃i sue: q: cõpassus ẽ ꝛ ipe. Jesu q̃ in i cruce mr̃ne cõpassioni cõpatiẽs ipam tuo di lecto discipulo ꝛ ei discipulũ cõmẽdare cura sti: cõmẽdo me tibi i illa fide ꝛ dilectiõe q̃ eos ad inuicẽ ꝛmẽdasti: ꝛ supplico tibi: vt ꝑ tãte dilectionis pignoꝛa facias me ad amoꝛẽ tuũ veraciter puenire ꝛ me eoꝝ cõmẽda custodie vt inter hui⁹ vite discrimia ab oi aduersitate ꝛ in oi sanctitate ac puritate ꝛ castitate mẽtis ꝛ corpis vitã meã custodiãt: ꝛ post huius vite exitũ ad te: te miserãte pducãt. ¶ Hic nota ꝙ Exẽplũ erat q̃dã religiosus q̃ tãtã habebat deuotio- ꝓpassio nẽ in isto ỹbo. ſ. [mulier ecce fili⁹ tu⁹] ꝙ fere nis. ꝑ. xx. ãnos cõtinuauit lachrymas in tãta abũ dãtia ꝙ multũ de illis bibebat. Uñ q̃n incipie bat cogitare totã passionẽ dñi ꝛ veniebat ad locũ istũ tot⁹ in lamẽta ꝛ lachrymas dissolue bat ꝛ dicebat mr̃i. O mr̃ mea ecce q̃l'r pẽdet i cruce fili⁹ tu⁹: vide qũo derelict⁹ est ꝛ morit fi lius tu⁹. Itẽ dicebat filio. Ecce mr̃ tua lachry-mosa ꝛ dolorosa: vide qũo stat dilectissima mr̃ tua derelicta. Tu ḡ charissime frequẽter ita cogita ꝛ loq̃re ad filiũ ꝑ mr̃e: ꝛ ad matrẽ ꝑ fi lio vt gratiã obtineas vtriusq;. In hac aũt re cõmẽdatiõe intelligim⁹ nõ solũ iohãnẽ: sed ꝛ totã eccl̃iã ꝛ quãlibet fidelẽ aiam in iohãne beate ỹgini cõmẽdatã ac ei⁹ seruitioꝛ obediẽ tie subditã ipsam q̃ eã toti pplo xp̃iano vsq; ad finẽ mũdi ꝑ cõcilio ꝛ auxilio relictã vt ipa

nos habeat in filios diligẽdo: nosq; bonũ nostrũ pcurãdo affectu mr̃no: nos habeam⁹ eã in matrẽ dilectissimã ipaz semp amãdo: post deũ sup oĩa honorãdo. vñ Hugo de sctõ victo re. Er hoc loco vbi dictũ est ecce mr̃ tua itelligit q̃ ẏgo btã nõ solũ iohãnt in matrẽ tradit immo toti eccl'ie vniuersisq; pctõrib⁹ in mr̃em assignat cũ dr: ecce mr̃ tua. O pctõr despate ece mr̃ tua: o ẏbũ dulce: o ẏbũ solatiosũ: o ẏbũ gaudiosum: ecce mr̃ tua. Jpsa em̃ est mr̃ deiz hois: mr̃ ret z iudicis: nõ decet vt inter filios discordiã esse pmittat. Si em̃ o pctõr maria ẽ mr̃ tua: ḡ z iesus est frater tu⁹ z pr̃ ei⁹ pr̃ tuus ḡ z regnũ z hereditas tua: ḡ gr̃a marie quẽ inuenit apud deũ est thesaurus tuus. Ergo dilige eã z venerare tãq; pñtẽ tibi vbiq; z ãpli⁹ noli morari: sz ab hac hora accipe illã in tuã vt ipa tãdẽ recipiat te i gloriã suã. hec Hugo.

Sicut ḡ necessaria fuit nobis passio dñi ad saluãdũ: ita necessaria fuit hec recõmẽdatio ad nostrũ auxiliũ z pciliũ. Et ꝓpterea secure currendũ est ad eã p q̃cũq; necessitate z vtilitate. Jpsa em̃ mr̃ mie nulli cõsueuit miam denegare. vñ Ber. Sileat miam tuã ẏgo beata si q̃s est q̃ inuocatã eã in suis necessitatibus meminerit defuisse. Hec q̃ppe mia nobis mi seris est multũ necessaria. vñ idẽ Ber̃. Nos q̃ppe i ceteris ẏtutib⁹ congaudem⁹ tibi: sz in mia tua pot⁹ nobisipsis. Laudamus ẏgnitatẽ: hũilitatẽ miramur: sz mia miseris sapit dulci⁹. hanc ãplectimur chari⁹: recordamur septus: crebrius inuocam⁹. Ne timeas ad eã accedere: q; mitis z dulcis est valde. vñ iterũ Ber. Revolue totã seriẽ euãgelij z si q̃d aspe rũ si q̃d durũ inueneris i maria deinceps eã suspectã habeas z ad eã accedere verearis. Nos igit̃ studeam⁹ vt exẽplo iohãnis ẏginẽ beatã in matrẽ habeam⁹ si ipsam volumus hr̃e adiutricẽ. Cũ ei sit triplex stat⁹ hois. s. in vita in morte z post mortẽ: ipsa in hoc triplici statu adiuuat filios suos q̃ eã habẽt i mr̃em. Vñ cantat ecclesia. Maria mr̃ gr̃e mr̃ mie ꝛc. Adiuuat ḡ in vita: sz in vita q̃dã sunt iusti et istis impetrat pleuerãtẽ gratiã: nõ dr: mr̃ gr̃e s. datrix z cõseruatrix: alij sunt peccatores et istis impetrat peccatorũ veniã z dei miam: nõ subdit̃ mr̃ mie. S: ds status. s. in morte est periculosus: q; hostes. i. demones ad morientes accedunt: z si qd̃ ius habẽt exquirũt: sz beata ẏgo alias in morte ꝓtegit: z hostes expellit: nõ subiũgit̃ tu nos ab hoste ꝓtege. Terti⁹ stat⁹ s. post mortẽ z ale egressum sit̃ est piculosus q; ibi sunt demones rugientes aiam deuorare volẽtes: sed beata ẏgo alias in morte suscipit z in celũ deducit: nõ subinferturz hora mortis suscipe. O dñe iesu magister bone recõmẽdationẽ quã fecisti inter nos z matrẽ tuã cõseruа ineternũ z da nobis gratiã vt ei valeam⁹ taliter deseruire q̃ digne mereamur ei⁹ filij nuncupari z ipsa dignet̃ mater et dña nostra

Hugo Maria mr̃ ecclesie toti⁹.

Ber̃. Ber̃.

Maria in triplici statu nos adiuuat.

dici [A sexta autem hora facte sunt tenebre] visibiles [vsq; ad horam nonam super vniuersam terram.] Quia enim agnus innocẽs et verus sol iustic̃ie eclipsim patiebatur. sol iste visibilis clarissimum mundi lumẽ factori suo compatiens lucis sue radios retraxit et occultauit non valens intueri pendentem dominum ac mortis eius vilitatem et acerbitatẽ. vnde Chrisostomus. Sol obscuratus est: non enim ferre poterat creatura iniuriã creatoris. Retraxit radios suos: celauit in eum iubar ne videret impiorũ facinora. hec Chrisosto. Hoc autem factum fuit triplici ratione. Primo vt natura insensibilis christo cõpatiens corda lapidea ad veram christi compassionem emolliret. Secundo vt eclipsatio luminis solaris subtractionem veri luminis in cordibus iudeorum et militum christũ crucifigentium ostenderet. Tertio ne corpus christi nudum in cruce z mortem eius exprobratissimaz ab impijs cum gaudio viderivel eos sua luce frui permitteret. Non fuit ista eclipsis eclipsis naturalis quod patet ex ratione dum rationis: quia nunq; potest fieri naturaliter per tres horas. Secundo ratione temporis: quia impossibile est fieri eclipsim nisi in coniunctione solis et lune: sed tunc luna erat plena z e regione ad solem. Tertio ratione generalitatis: eclipsis enim nunq; potest esse super vniuersam terrã sicut dicitur hic: quia apud athenas hoc visum fuit. vnde Diony. Apud heliopolim tunc presens vidit hoc fieri per interpositionem lune inter terram z solem sicut fit in eclipsi solis: quia vidit lunam ab oriente ascendentẽ versus meridiem z se supponentem soli z transacta eclipsi luna redũt ad orientem: ita q; in vespere fuit in oriente sole existente in occidente: z sic orbes totum sunt ad pristinum statum restituti. vnde patet etiam defectũz repugnationem solis non ex eadem parte sed ecõtraria ꝑm dyametrũ incepisse. Jtem ille tenebre palpabiles erãt robscurez nigre sicut tenebre egypti sub pharaone: tenebre autẽ ex eclipsi solis naturali ferruginee sunt z aeree z aliquantulũ clare. Patet ergo q; illa eclipsis nõ potuit naturalis esse sed miraculosa et soli xp̃o q̃ est causa omniũ passibilis. Et q; tribus horis protense sunt tenebre: ideo has tres horas representamus tenebris trium noctiũ vel potius in memoriã triduane sepulture tribus noctibus celebram⁹ quasi triduanas exequias xp̃i mortui: q; nec alibi monachi nouẽ lectiones faciũt nisi hic z p mortuis. Et tũc etiã primat⁹ tenebrarũ insinuatus est: q; in illis dieb⁹ tenebre ceperunt diem precedere. Vbi etiã horis. s. a sexta vsq; ad nonã magis obtenebrant̃ hoies confessionibus z ebrietatibus vacando. O quãti et q̃les etiã religiosi his horis tenebris voluptatũ effrenate se immergũt: q; ea que

X Tenebre facte

Chriso. Causa tenebrarum.

eclipsis naturalis.

Dion. eclipsim vidit.

xp̃s tunc passus est tāq̃ ingrati parū cogitāt vt attendūt. Tibi dñe Jesu morienti ꝙ passus est sol: pinde precor z obsecro vt me quē ratio nalē condere dignat⁹es sic facias tua pietate cōpati tibi morieti z ꝓ nobis impijs in crucis squalore pendēti vt in vita mea nō gaudeā in luce glorie tēporalis neq̃ diē hoim desiderē: sed toto mētis ardore desiderē diē tuū. Quar tum verbū fuit qñ circa horā nonā pre nimia doloris anguistia clamans voce magna dixit [Hely helylamazabathani.] Et qđ hebraice dixit euangelista exponit dicēs [hoc est deus meus] cui⁹ sum filī⁹ pernaturā inquantuz de⁹ [deus me⁹] cui⁹ sum filius per vnionis gratiā inq̃tū hō: z sic geminatio duplicē ostendit naturā in eo [vt qđ dereliquisti me]. i. penis z morti exposuisti. Hoc nō loquit deitas q̃ passa nō fuit: qz diuinitas i xp̃i passiōe semp ille sa mānsit. Sicut si sole suplacente in ligno secu ris lignū incideret sol impassibilis ꝑmaneret multo magis ꝫbi diuinitas ꝫ ꝫposita sit ꝫ carni vnita carne pati entie permanet ipassibilis z illesa. Sed loquit hoc humanitas q̃ videbat derelicta z dolorez sustinuit: qz illa morti tradita z passa fuit. q. d. Pater intantū mūdū dilexisti ꝙ me ꝓ eo tradidisti z dereliq̃sti in deis z morti. Subtraxit em ꝓtectionē: sed non soluit vnionē. Hoc etiā dixit vt magnitudinē sue pene ostēderet. Ita em grauiter dolebat ac si nō dei filī⁹ sz inimicus esset. Et iō penit⁹ videbat derelict⁹ a deo nullū refrigeriuz vel

Y Dereli ctus cur dicatur christus

iuuamē recipiēs ab eo. Derelictū ergo se cla mat: qz licet multi multa ꝓpter deū passi sint oibus tñ de⁹ aliq̃d cōsolationis z refrigerij mi nistrabat. xp̃m ꝫo totaľ doloꝝ subiecerat: vt doleret q̃tū dolere poterat. Uñ nō est intelligendū q̃ diuinitas humanitatē deseruerit vľ ab ea separata fuerit: deū em quē inuocabat inseparabiľ semp secū habebat: qz nūq̃ desinebat esse deus siue alia cōiuncta corpori siue separata: nā z tūc alia illa erat de⁹ z corpus mortuū erat de⁹: sz qz tradit⁹ erat ita calami tatibus q̃ videbat a deo derelictus quasi ꝑm hūc sensum diceret. Ut quid tā immanibus z intolerabilib⁹ me exposuisti doloꝝb⁹ z penis: ac si me dereliq̃ris. Uehemētissimo ei dolore in carne sua tenerrima tenebat z amarissimo dolore ꝓ cōpassione sue matris z aliox in aia torquebat. Et tñ ꝓ bono nostro ipsemet vo luit hec transire: z si sustinebat vt nos aliquā do exemplo suo taliter patiamur ac si deo de relicti videamur. Siue qñ dñs vult nos ꝓ: o bare vt nosmetipsi volum⁹ nobis etiā aliquas penas inferre: vt sic dño nr̄o conformemur in pena: vt ei possimus cōformari in gloria. Uel se derelictū a deo patre dicit: qz tūc fere inuti lis videbatur eius passio: de toto em genere hoim nō videbatur aliquis redimi: nisi latro qui fere solus in euz credebat excepta beata virgine q̃ tunc etiā credidisse nō ambigit in

Quartū verbum

huiusmodi em ipsa semp excipit. O dña mea q̃to dolore tenebaris qñ filiū tuū sic clamātē audiebas. Et attende ꝙ in isto clamore non erāt adhuc tenebre: z iō qđ de tenebris ē dictū est ꝓ anticipationē accipiendū. ¶ Hoc quartū ꝫbuz xp̃i fuit magne acerbitatis: qz clamādo ostēdit magnitudinē sui doloris q̃ tātus fuit ꝙ pre ei⁹ acerbitate se clamat a patre derelictū z in acerbitate passiōis oi solatio destitutū. Que q̃dē acerbitas passiōis ex ꝫ apparet ꝙ ipse patiebat exteri⁹ in toto corpore et ei⁹ parte sensuū z ex oi genere tormentoꝝ: int⁹ ꝫo ex materna cōpassiōe q̃ oēs xp̃i dolores corporales in seipsa ꝓ materni cordis cōpassionem plenissime trani formabat z ex discipuloꝝ lapsu z execratiōe q̃ oēs tūc a fide exciderāt nec nō ex p̃cioſi sanguinis tā multiplici depditione qz cōsiderauit ꝙ preciū sue redēptiōis i tot hoibus ingratis annihilari debuit hoc. em ꝫ Bern. maiorē dolorem ei intulit q̃ oēs pene q̃s extrinsec⁹ ptulit. Uñ bis geminat de⁹ me⁹ de⁹ me⁹ vt ex hoc ostendat imensitas sui doloris: tā in carne q̃ in aia q̃tū ad vires inferiores corpori affixas: qz in superiorib⁹ viribus aie fruebat ꝑfecte: licet in inferiorib⁹ torqueret acerbissime. Clamauit etiā voce magna pcīn iclinā do qđ fuerat tante mortis z miserie causa: qz ꝑm Ambro. quoꝝ suscepit naturā horū plorauit miseriā: z duritiā humani affect⁹ ad sui ex citaret cōpassionē. Sciendū tñ ꝙ hō rationabiliter debet moueri ad cōpatiendū xp̃o tripli ci ratione. Prio ex motu creature insensibilis q̃ tota xp̃o morienti cōpassa fuit. Secundo ex cōditione sue ꝓprie nature: natura em tot mēbra ꝓuidit corpori hūano quot sunt dies i anno vt dicūt phīci: ad designandum ꝙ non sit dies vel momentū in quo hō bñficiū redēptionis affectuose z cū gratiarū actiōe nō debeat recordari. Tertio ex diuine vocis iprecatione qz ipse sponsus amaritudinē sue passiōis iubet sine intervallo ipsimi nr̄is mentib⁹ dicēs pone me sicut signaculū sup cor tuū. Cui voci alia deuota obtēperans respōdet. Fasciculus myrrhe dilect⁹ me⁹ mihi inter vbera mea cōmorabit. De ꝫ clamore appropriate dici possunt ꝫba beati Aug. in sermone. Satagentis z soliciti ꝓ nobis in tribulatiōe positi ꝫba sūt ista: ꝫba quidē teneri tudinis z merois: ꝫba amaritudinis z doloris. Nā qui deuote consideraret ex q̃ anxio gemitu: ex q̃ alto singultu ex q̃ profundo luctu: ex q̃ amaro plāctu: hec vox in cruce prorumperit ab ore dñi Jesu null⁹ est si haberet pect⁹ ferreū quin molliret cōpūctiōe: si saxeū qñ scinderet cōpassiōe: si ligneū quin flecteret cōdilectiōe: si creū quin liquaret cōtēplatiōe. In hoc ꝫbo duplex natura in vna ꝓsona xp̃i clamauit ad duas personas i vna essentia deitatiō geminat ꝓsona sub eodez actu verbi deus me⁹ de⁹ me⁹ vt quid dereliquisti me. Clamabat ei in xp̃o affectio ratio-

Uerbuz acerbitatis.

Berñ.

Ambro. z Cōpatiē duz xp̃o triplici rōne.

Canti. viij. Cāti. j. Augu.

Duplex natura i christo

nalis nature ꝓpt zelū ardētissime ꝓpassiōis. Clamabat afflictio sensualis iacture ꝓpt tē lū acutissime passiōis. Clamat affectio rōnalis deꝰ meꝰ deꝰ meus vt q̄d dereliquisti me in tanto mētis suspirio ꝛ merore qui nō derelinquis clamātes ad te. Clamat afflictio sensualis deꝰ meus deꝰ meus vt q̄d dereliquisti me i tāto carnis supplicio ꝛ dolore q̄ nō derelinq̄s presumentes de te. Magnā em̄ patiebat exterius amaritudinē: sed longe plus cruciabat interiꝰ ꝓpter ingratitudinē. vñ Hugo inducit eū in cruce sic loquentē: Cerne hō q̄d ꝓ te patior: vide penas q̄bus afficior: vide clauos q̄bus cōfodior: ꝛ cū sit tantus dolor exterior intus tñ planctus est grauior taz ingratū dū te experior. Per hoc verbū quartū docemur ad deū in necessitatibꝰ clamare ꝛ in periculis ad orationē recurrere. vñ Aug. Insup addidisti deus meꝰ vt quid dereliquisti me vt ostēderes effectū oratiōis q̄ sicut scutū accipienda est ꝫ iacula tētationis in tpe tribulatiōis. Orauerat siquidē dñs Jesus in horto: orat ꝛ in patibulo: qz reuera oratio est subsidiū i periculo. ¶ Ascende igit̄ aia mea turrim ꝛ castrū orationis: ipsa ꝛ em̄ est vnguentū egrotorum: scutum infirmorū: odoramentū ciuiū supernorū. hec Aug. ¶ Ex hoc ꝙ articulo derelictiōis xpi a deo habetur documētum ꝙ in nr̄is tribulationibus debemꝰ ad deū recurrere: ꝛ eide solationē nr̄ā conqueri orando vt ipse tribulationē nr̄ā dignet respicere. Sicut xp̄s q̄ in angustia tribulatiōis posit̄ clamauit ad deū patrē dicēs [deus meus: deus meus vt quid derelinquisti me.] Q̄d ꝫ glo. nō solū fuit ꝫbū cōquestiōis sed ꝛ orōnis. Que q̄dē oratio hic subintelligit̄ et in psalmo illo ex quo xp̄s hoc assumpsit exprimit̄ vbi dr. Deꝰ deꝰ meꝰ respice in me quare me dereliquisti. Ubi hoc q̄ dr respice in me est oro ꝛ nō est in hebreo: ꝫ additū a septuaginta interpretibꝰ magis sensuz ꝙ ꝫba sequentibꝰ: q̄ ꝫo sequit quare me dereliquisti est cōquestio. In hoc ergo ꝫbo xp̄i fuit oro implicita: sed cōquestio explicita. De qua orone videt loq̄ ap̄s dicens de xpo. Qui in diebꝰ carnis sue preces cū clamore valido ꝛ lachrymis offerens exauditꝰ est ꝓ sua reuerentia: igitur ꝛ nos ꝓquerētes deo tribulatiōnē nr̄ā semp subintēdamus orones vt ipse in nos respiciat ꝛ adiuuet. Exprimit ergo hic dñs formā tentati ꝛ liberati q̄ dū est in tribulatiōe putat se quasi derelictū a deo cuz tamē ꝓpior sit dñs hoi in tribulatiōe posito iuxta illud ps. Cū ipso sum in tribulatiōe. Dereliquit quippe dñs amicos suos dū i tribulatiōibus eos exponit aditēpus vt misereat in eternuz. Dereliquit. i. ad modū derelinquētis se habet: q̄ ꝓtectionē suā subtrahit. Sicut enim deū penitere est ad modū penitētis se habere: ita hic deū aliquē derelinq̄re est ad modū derelinquētis se habere. ¶ Ad cōformādū se huic articulo meditet hō q̄ atrocibꝰ penis exposit̄ fuerat xp̄s q̄n sic clamauit ad patrē ꝛ recolligat oēs passiōes ꝛ tribulatiōes suas ꝛ cū queratur eas deo patri in vnione passionuz xp̄i clamans in toto corde simul cū xp̄o ꝫba hec: deꝰ meus deꝰ meꝰ respice in me vt q̄d me dereliquisti. ¶ Nec miret vel deficiat si tribulari permittit̄: q̄ sic suo capiti ꝓformat. Dñe iesu q̄ pendēs i cruce preces ad patrē cū clamore valido ꝛ lachrymis obtulisti: da mihi in oi tribulatiōe ꝛ āgustia mea ad te clamare nec tu me patiaris velut derelictū a tua mia reprobari: ꝫ exaudias de celo vocē meā ꝛ facias in tribulatiōe prouētū vt sentiēs me tua mia saluatū possiz cantare gloriā ꝛ laudē tuā dicēs. Uoce mea ad dñz clamaui: voce mea ad deū ꝛ itēdit mihi. [Quidā aūt illic stātes ꝛ audiētes] hoc ꝫbū dñi [dicebāt. Helyā vocat iste] hi ꝑm Hiero. romani milites ipsum custodiētes fuisse videntur: q̄ erant gentiles nō intelligētes hebreū ꝛ putātes ꝓpter sonū ꝛ quādā affinitatē vocabuli hely idē q̄ helyā sonare ꝛ helyā vocari. Uel fuerūt iudei dñm ibecillitatis i famātes ꝙ helye deprecaret auxiliū reputantes eū minorē fuisse helya. Uel forte ipsi iudei potuerūt hoc dicere non bñ intelligētes q̄ diceret ꝓpter tumultū obstrepentez circūquaq̄. ¶ Quintū verbum fuit cū [iesus sciens oia cōsūmata] q̄ lex ꝛ ꝓphete dixerāt de eo ꝛ q̄ erant scripta de xpo passuro: et que oportebat fieri antez ꝙ acciperet acetū ꝛ traderet spiritū vt hoc etiā consummaret q̄ in scriptura p̄dicta restabat ꝛ cōsummandū erat. s. in siti mea potauerūt me aceto [dixit. Sitio] acsi diceret. Hoc solū ex scripturis implēdū restat ꝓficere q̄ p̄dixit. Uñ cū dr [vt consummaret scriptura] ly vt nō ponit causatiue sed cōsecutiue: non em̄ iō xp̄s hoc fecit: q̄ scriptura hoc predixerat: nam tunc sequeret ꝙ nouū testamentū ꝓpter vetus ꝛ eiꝰ impletionez esset: cuz tñ econuerso sit; sed iō predictū est: q̄ per xp̄m cōsummanduz erat: ex hoc em̄ facto iplet̄ est scriptura prophetie: ꝛ sic i alijs suo mō intellige [dixit ergo. Sitio]. s. hominū salutē quia hanc desiderio cordiali sitiuit videlicet sitim sitiens. i. desiderans: vt nos sitirem⁹ fontem viuuz. Hoc quintū verbū fuit maxime cōsolatoriū oium totius ecclesie fideliū q̄n dixit sitio. s. salutē humanaz feruentissimo desiderio. In hoc em̄ ostendit eius ardēs desiderium de salute generis hnmani quivult oēs homines saluos fieri: nā vehemens desiderium exprimere cōsueuimus per sitim. vñ dicit ps. Sitiuit aia mea ad deum fontē viuū. vñ Bern. Sitio ait xp̄s non doleo. O dñe quid sitis. Fidez vestram: salutem vestram: gaudiū vestrū plus animarū vestrarū ꝙ corporis mei cruciatus me tenet: ꝛ si nō mei saltē vestri miseremini. Et iterum. O bone iesu coronam spineam sustines de tua cruce ꝛ vulneribus tuis taces ꝛ

Hugo i persona xp̄i nos alloquētis.

Documentuz. Augu.

Documentuz.

Hebre. v

Confor matio.

Dicētes

helyam vocat

Hiero.

A

Quintū verbuz.

Ut

Sitiz xp̄i

Uerbuz consolationis.

ps. xlj.

Bern.

sitis xp̄i

p̄ sola siti clamas dicēs sitio: q̄d g̃ sitis? Certe solā redēptionē hois ⁊ gaudiū humane salutis. Per hoc ꝟbū quintū docemur salutem nostrā desiderare: ⁊ vitā eternā appetere. vñ

Augu. Augu. Adiecisti etiā dñe iesu xp̄e sitio: q̄d sitis dñe iesu? vinū d̄ vite aut aquā d̄ flumine. Sitis tua salus mea: cibus tuus: redemptio mea. Siti igit̄ aia mea ⁊ desidera sicut desiderat cervus ad fontes aquarū illū videlicet q̄ sitiuit te: nōne tedet te aia mea intēperies aeris molestia carnis: cordis pugna cū vitijs varietas formē mutatio ⁊ icertitudo tpis expectatio ⁊ timor mortis. Cur igitur nō cupis dissoluiⁿ esse cū xp̄o. Cur te retardat vita mortalis ⁊ non ꝓuocat te vita vitalis: beatitudo fontalis: societas ⁊ leticia spūalis. Desidera igit̄ ⁊ cōsidera q̄ magna multitudo dulcedis tue: q̄ gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei vbi est lumē vite fons totī⁹ dulcedinis ⁊ beatitudo vtriusq; hois. hec Augu. In hoc ꝟbo dñi fuit magna cōpassio matris ⁊ sociarū eius ⁊ iohannis ⁊ maxima exultatio illis pessimis: nā ⁊ exponi possit q̄ sitiebat salutē: tñ ad literā estimare potes q̄ in ꝟitate multū sitiebat: qr̄ ꝓpter nimiū laborē ⁊ sanguinis emanationē totī⁹ desiccat⁹ int⁹ ⁊ arefact⁹ et adust⁹ erat: ⁊ ꝓpter hoc sitiebat supra modū: ⁊ talis sitis est maximū tormētū. Et cū illi maligni cogitare nō possent in q̄ ampliⁿ ei nocerēt ac ceperūt verādi materiā [⁊ dederūt ei in spongia] q̄ ꝓpter pozositatē de aceto multū imbiberet [arūdini imposita] vt sursum ad os p̄tingeret ac [ysopo circūposita] ⁊ circūligata vt p ysopū herbā amarā de spongia sugeret [acetū] seu vinū acetosum [cū felle mixtum seu myrrhatū] q̄le etiā sibi ꝓpinauerāt. Si g̃ bis potat⁹ fuit et ātebis et cā potationis ⁊ rō geminationis hui⁹. Dicūt em̄ q̄dā crucifixos citi⁹ mori si aceto potenⁿ: ⁊ iō potatus est iste ⁊ nō alij vt citius moreret: ⁊ hoc vel instinctu iudeorū q̄ captabāt maxime mortē xp̄i: vel ex tedio militū: vt citi⁹ a custodia ei⁹ absoluerenⁿ: qr̄ tedebat eos ibi morari. Cōpetit aūt mysterio gemina potatio ꝓpter gemi nā p̄sonā q̄ peccauerat gustato ligno vetito ex qua dānata erat g̃neris hūani ꝓpagatio.

Judeoꝝ puer sitas. In hoc etiā potu amaro amaritudinē sue p̄uerse volūtatis oīdērūt: qr̄ cū tū poterāt tātū ei nocuerūt. De quorū malicia sic dicit Chri.

Chrisо. Tu aūt mihi temeritatē eorū q̄ assistebāt cogita. Et si decē milia habuerim⁹ inimicorū ⁊ si insanabilia passi sum⁹ videtes eos interfici flectimur: hi vero neq; in his q̄ videbāt facti sunt māsueti: sz semebāt magis ⁊ insaniā intendebāt ⁊ spōgiā afferētes aceto potabant.

Remig. hec Chri. Uñ ꝑm Remi. ipsi iudei erāt acetū degenerātes a vino patriarcharūm ꝓphetaꝝ in acetū. i. in malicia ⁊ crudelitatē habentes fraudulēta corda q̄si spōgiā cauernosis atq; tortuosis latibulis. Ob hoc aūt signant fel cū aceto potre xerūt vt in oib⁹ sensib⁹ ipm amaritudine replerēt: ita em̄ velat⁹ fuerat oculis ꝟ ligni vetiti p̄cē visionē: ita maxillas eius pugnis attriuerāt ꝟ pomi vetiti masticationē: ita collū ei⁹ alapis ceciderant ꝟ cibi vetiti traiectionē: solū restabat os ⁊ nares affligere ⁊ iō nares xp̄i affligebāt tā cadauerū fetore q̄ aceti odore: os ꝟo affligebāt fellis amaritudie. At ipe acetū q̄dē accepit nō vt biberet: sz gustauit vt scriptura seu qō scriptū erat impleret. Et qr̄ hely hely clamauerat ceteri potū ei dātes dicebāt [Sine]. i. expecta [videamus] p̄ experimētū [an veniat hely as liberās eū.] Qr̄ ꝟo vocē dñi male intellexerant: nō em̄ helye: sed deo loq̄bat: iō frustra ⁊ nanimiter aduētū helye expectabāt. Ecce q̄lis cena dabat dño nr̄o: hora aūt illa cenādi: sz pre labore ⁊ dolore nō potūt aliud ꝓpter cena nisi potū: et filij diaboli dederūt ei ꝓpter cibo fel: ⁊ ꝓpter potu acetum. O nos miseri quid faciem⁹ q̄ aliter cenare ⁊ aliter potare volum⁹? ⁊ delitias q̄rim⁹. Certe si mille ānis hō viueret ⁊ q̄tidie i pane ⁊ aqua ieiunaret vnicā cenā illā sufficienter cōpēsare nō posset. Uerūm q̄ pōt cape capiat qr̄ dur⁹ est hic sermo ꝓpter carnalibus: ⁊ iō nō sapiūt: nō sentiūt: cū sapore q̄ dei sunt ⁊ cōsolationes internas amittūt. Qr̄ si acetū dño ꝓpinatū ad mentē reducerēt i cibo ⁊ potu quā tūcūq; vili saporē inuenirēt. vñ Bern. Nō est cib⁹ adeo arid⁹ q̄ nō efficiat sapid⁹ si illi⁹ aceti qō ꝓpinatū est cōdimēto fuerit tēperatus. Si g̃ cib⁹ ex defectu salis vel alia ex cā fuerit tibi insipid⁹ nō apponas ibi sal vel cōdimentū aliud: sz ꝓpter xp̄m fel ⁊ aceto potatū sensualitati resistas: cogitās q̄ ꝓ peccatis tuis in pane ⁊ aqua abstinere debes ⁊ q̄ multi paupēres sibi ista reputarēt ad delitias: ⁊ tunc vi debit tibi magna gr̄a aliq̄d adiecisse ad hec ipa. Ex hoc articulo potatiōis aceti trahunt plura documenta. Primū accipiendo ista mystice in bono sensu sicut iudei milites multa fecerūt mala itētione: q̄ tñ mysteriū boni nobis importāt. ⁊ ꝑm hoc docemur hic q̄ et nos vinū d̄uotiōis admixtū myrrha mortificationis carnis ⁊ felle amare cōpūctiōis xp̄o ꝓpinare debem⁹. Tale em̄ vinū myrrhatū ⁊ fellitū xp̄s a nobis sitit ⁊ oblatū libēter gustat: sz nō vult bibere ⁊ in se trahere: qr̄ ipse bonoꝝ nr̄oꝝ nō eget. Quid ei xp̄o de nr̄a deuotione mortificatiōe ⁊ cōpunctiōe accrescit? Sed talia ab eo gratanter gustata nobis relinq̄t q̄b⁹ oia illa quo operant in bonū imo ⁊ amara fiunt nobis dulcia merito sue passionis. Aliud documentū est accipiendo ista in malo sensu q̄ nos caueam⁹ ne vinū myrrhatū vel fellitū xp̄o bibendum offeram⁹: qr̄ sicut tunc iudei ita ⁊ hodie mali xp̄iani dāt deo bibendū amarū potū ⁊ xp̄o sitiēti salutē alarū offerunt amaritudinē petōrū. Quicūq; em̄ recte

Sensus oēs xp̄o passi.

Contra gulosos

Bern.

BB Documenta plura.

credunt sed male viuunt hi xpo dant bibere vinū cū myrrha z felle mixtū: qz vinū xpiane pfessionis vel deuotionis miscēt cū myrrha z felle scādalose cōuersationis mixtū male viuendo scandalisant ecclesiā q̄les sunt p̄cipue mali p̄lati sacerdotes z monachi z alie psone religiōis speciē ptendētes q̄ spāl'r se ad cultū dei deuouerūt. Qui p̄e ceteris xp̄ianis vinū deuotiōis: qō deū hoies letificat deo offerre deberēt: ꝫ p̄ suā scādalosam cōuersationem vinū suū myrrha z felle malorū exēplorū miscent. z hoc deo offerūt q̄b⁹ dñs exprobrat di. Hiere. ij Uinea mea electa ego te plātaui quo cōuersa es in amaritudinē. Alij sunt q̄ acetū in spōgia cū calamo dño offerūt q̄ extraneas z a veritate alienas sententias ex scriptura applicant xpo q̄si eas dicēti q̄les sunt q̄ singulares sensus a cōi ecclesie doctria extraneos ex scriptura trahere molīunt z sic in errores hoies mittūt. Hi em̄ spōgiā aceto implētes calamo scripturā imponūt z ori ei⁹ offerūt: z talis potus est xpo insipidus: nā [cū gustasset noluit bibere.] Ex quo etiā nobis dat documētū q̄ sicut xp̄s nō dedignat⁹ fuit p nobis acetū gustare: sed nō bibit: sic z nos suo exēplo discamus aridos p̄dictos hoies tā scādalosos invita q̄ supsticiosos i doctrina gustare q̄dē. i. pati z tolerare: sed nequaq̄ bibere z eorū vitā z exēpla nobis incorporare quēadmodum dñs nr̄ acetū non bibit: qz tales in corpus ei⁹ trāsici nō p̄nt. Itē est documētū p religiosis z penitentib⁹ q̄ si q̄n eis apponit cib⁹ vel pot⁹ penitentialis z minus sapidus recogitēt xp̄m Eccle. xviij. felle z aceto p nobis potatū. Post cōcupiscentias q̄ tuas nō abeas: sed eas viril'r frangas et tūc felle amaritudinis cū dilecto tuo potaberis. Conformatio. ¶ Ad cōformādū se huic articulo recogitet hō quāto desiderio saluator nr̄ salutem nostrā sitiuit p quā etiā acetū cū myrrha et felle accipere nō dedignat⁹ fuit ad oīendū q̄ nō salutē q̄ est vita eterna p̄sequi valeam⁹ nisi p̄us amaritudinē vite p̄nt̄is gustemus. Jesu q̄ nostrā salutē sitiēs aceto z vino myrrhato cum felle potari voluisti: saluame tua gratuita gr̄a in numero saluādorū z da mihi versa vice sitire te fontē vite z aque viue cor de diligēdo: ore laudādo: z p̄dicādo: z amorē ad te habitū op⁹ oīendendo fac me vinū deuotionis cū myrrha mortificationis carnis ac felle penitētialis p̄fectionis tibi digne offerre: z da mihi acerbitatē calicis tui nō horrere sed cū gaudio amplecti z bibere ad salutē: vt CC Sextū verbū. p amore tuo ale mee sitiēti amara dulcia videāt. Sextū ꝟbū fuit cū dixit. [Cōsūmatū ē] i. totū cōpletū est in ope etiā vsq̄ ad aceti potū q̄cq̄d de me lex z p̄phete p̄dixerāt: z q̄cq̄d de me scriptū erat z opus redēptiōis hūane z oē op⁹ meū q̄ō i mūdo facere debui: p̄sūmatū ē z pfectū ac ēt ois pena z ois pugna p̄sūmata ē z cōpleta: oisq̄ labor z dolor quē suscipeve nerā est finit⁹: tp̄s q̄z q̄ inter hoies esse debui ad honorē dei p̄tis z vtilitatē fideliū est cōplētū z obediētiā quā dedit mihi p̄ pfecte ꝓplere z q̄cq̄d oportebat fieri aliq̄ moderer factū est z nihil remanet nec q̄cq̄ iā restat q̄ō aliq̄ moriar adhuc fieri oporteat. Et hāc cōsūmationē etiā ipse p̄dixerat: cōsūmabunt incensoria q̄ scripta sunt per ꝓphetas de filio hois. Acetoso igit̄ et felleo poculo ꝓpinato intulit [cōsummatū est] tanq̄ si in gustu aceti z fellis tot⁹ amarissime passionis cōsūmata plenitudo p̄sisteret. Per ꝟ ei dilui⁹ p̄m⁹ ille male delectabilis gustus. Nā cū p gustū ligni suauis z vetiti tot⁹ nr̄e p̄ditionis cā extiterit p̄uaricator adā oportunū fuit z congruū p viā cōtrariā inuenire saluti nr̄e remediū. Et cū i singulis mēbris ipsius acutissimarū passionū militātes sagitte crebr̄escerēt q̄rū indignatio ebibebat spm̄ ei⁹ decebat vt cibi ꝟbiq̄ veniculū nequaq̄ maneret imune: vt verificare tur illō ꝓphete. Repleuit me amaritudine inebriauit me absinthio. ¶ Hoc ꝟbū sextum magne pfectionis fuit cū dixit [cōsūmatū ē] p hoc insinuās q̄ ois cōsūmauerat q̄ p salute hūana ip̄m xp̄m pati vl' agere oportebat. Et exēplariter. Nā sicut bon⁹ medic⁹ p̄mo p infirmo dietā tarat. Scōo sudorē p̄curat. Tertio si p̄dicta nō sufficiūt indicit minutionē p humorū correctiōe. Quarto ministrat potionē p male materie euacuatiōe: sic xp̄s vt nos a morbo pcti saluaret p nobis. Prio q̄dragin ta dieb⁹ ieiunauit. Scōo sudorē sāguineū p nobis exhalauit. Tertio p totū corp⁹ suū minutionē celebrauit q̄n p nobis totū sanguinē suū abūdātissime sine nūero z mēsura fudit: sic q̄ corp⁹ suū i cruce p̄dēs tāq̄ cremū exaruit. Quarto z vltio p̄dictis ātidotis nō cōtēpt⁹ potionē amarissimā sūpsit: q̄n p nr̄a egritudie fugāda felle z aceto se potari p̄mīsit: z iō rōnabl'r dixit [cōsūmatū est] innuēs p hoc q̄ ois ꝓpleuerat q̄ p nr̄a salute fienda erāt. Per ꝟ ꝟbū sextū docemur p̄niam inchoatā cō Doctrīsfūmare z vitā nostrā fine debito terminare: nasac ois opa nr̄a ad ꝟtutū pfectionē z debitā producere cōsūmationē. vñ Augu. Dixisti ēt dñe cōsūmatū est: ꝓsūmata etem̄ erāt vaticinia: pphetarū: figure hostiarū: acerbitas z diuersitas penarū: emēdatio culparū. Felix q̄ potest dicere cū iesu cōsūmatū est: cū iesu q̄ est alpha z o z sermonū cōsūmatio nō ē p̄mīū in inchoatione: sed in cōsummatione: nō dat denarius incipientib⁹: sed finientib⁹: z corona non curr̄etib⁹: sed q̄uenientib⁹. Inchoa igit̄ p̄niam z cōsumma vt ad crucem sicut xp̄s sicut latro curras ad p̄niam: nō descēdas de cruce vt salutē cōsequaris pseuerātia. hec Aug. Sciēdū aūt q̄ cōsūmare idē est q̄ simul summare. vñ Cōsumetunc aliq̄d cōsūmat q̄n ois sigillatim acta vel mare. passa simul summāt. i. i summa recolligunt. Sic fuit i ꝓpolito. Nā postq̄ xp̄s oēs penas

passiõis sue sigillatim ptulerit ꝛ nihil ãplius circa mortẽ patiẽdũ restaret: tũc demũ oia ꝓpessa: rememoriãs recolligit ea simul in vnaz summã ꝛ obtulit ea deo patri dicẽs [consũmatũ ẽ]. q.d. cõsummatũ est opus obediẽtie quã assumpsi: cõsummatũ est opus totiꝰ passiõis mee qõ tibi deo patri meo offero ꝓ salute generis hũani. vñ apl's. Cõsummatꝰ factꝰ est oĩbus obtẽperantibus sibi causa salutz eterne

Cõsummatio penosa.

Et aduerte q̃ hec ꝓsummatio nõ fuit sine notabili pena sicut q̃ ptransiuit multa pericula vl' grauia supplicia non sine magno horrore põt cogitare ea lz ex alia parte gaudeat ea in ꝓteritũ ptransiuisse: talẽ horrorẽ dolorosũ nõ dubiũ quin xp̃s habuerit in cõsummãdo oia ꝓpessa nec mirũ: qz talis cõsummatio ꝟtual'r vel etiã integral'r cõtinebat in se oẽs partes

Consummatũ ẽ.

passiõis quas simul i summa significabat cũ dicebat cõsummatũ est. Qõꝟbuz magne efficacie ẽ in piculis phibeꝯ ab exptis ꝛ spãliter ꝟ fluxuz valere ꝺt in imoderato fluxu sanguinis nari sãguinis bus si cũ eodẽ sanguine scribaꝯ idem ꝟbuz in fronte patientis. Et nõ mirũ si magne efficacie sit ꝟbũ istud in quo tota summa passionis xp̃i cõtineꝯ. Ex ꝟ articulo cõsummatiõis totiꝰ passiõis habeꝯ documẽtũ q̃ nos in fine cuiuslibet boni opis partes habẽtis debemꝰ faceꝯ sũmã vel epilogũ ꝛ sic i summa illuꝺ offerere deo ꝟbis gr̃a. Si q̃s ꝓ deo vadat romaz quenies ad terminũ oẽs passus ꝛ oia vestigia sua offerat deo ꝛ beato petro dicens cõsummatũ est. Simil'r si quis legat psalteriũ in fine oẽs psalmos versus ꝛ ꝟba totius psalterij in summa offerat deo: ꝛ sic de similibus. Ita etiã facimus i officio ecclesiastico qõ semp in fine cũ collecta cõcludiꝯ que ꝛ idcirco collecta dicit: qz in illa oꝝone tota vis illius officij quasi in summa est collectio. Eodẽ modo hocverbum

Documentuz.

Consummatiõis deo dicã de rõ. collecta.

cõsummatũ est fuit collecta totius passionis xp̃i circa mortẽ. Ad cõformandũ se huic articulo recolligat hõ breuiter in summa oẽs articulos passiõis prelibatos ꝛ agat ꝓ eis gr̃as xp̃o ꝛ deo patri dicens cõsũmatũ est: vel alias ꝓut ꝺuotio ministrabit. Jesu saluator noster ꝛ cõsummator glorioſi opis qõ accepisti a patre cõsummandũ qui incepisti opus tuũ cum multz laboribus: ꝛ consummasti cũ maximis doloribus ꝛ tandẽ consummationẽ totius passionis tue in summa deo patri obtulisti dicẽs [ꝓsummatũ est] bñdictũ sit dñe ex hoc nomẽ sanctũ tuũ: qz ad hoc cõsummasti vt nos simꝰ in bono ꝓsummati ꝛ inimici nostri oẽs cõsumpti: rogo te da mihi mãdata tua pficere: ꝛ in tuis virtutibꝰ proficere: ac oia per me te operante bñ acta ꝛ passa ad tuaz laudem cõsummare: cõsummata tibi ꝓ te deo patri offerre vt in hora mortis possim dicere: ecce dñe consummaui ꝛ perfeci opus qõ dediſti mihi vt faceꝝ. ꝛ nũc venio ad te magistrũ meum ꝛ dñm Jesum xp̃z: ꝛ tunc merear videre facie ad faciem ꝛ ois cõsummationis finem. ¶ Oratio.

Confortatio.

Omine iesu xp̃e qui hora diei sexta fuisti ante crucẽ vino myrrhato seu fellito potatus: ac denudatꝰ: et tuis vestibus spoliatꝰ in manibus quoq; ꝛ pedibꝰ clauis acutissimis ꝓforatus: ꝛ durissime cruci affixꝰ: i cruce aũt positꝰ: a multz blasphematꝰ ꝛ derisus ꝛ iterũ aceto seu vino aceto so potatꝰ: da mihi q̃ pctis meis crucem merui vt in te aspiciẽs totꝰ totaliter carne ꝛ spũ trãsfigar: oiq; iniuria ꝛ cõtumelia ac cõfusiõe cõtempta tecũ cruci affigar vt nec aliquid sentiã nisi te Jesum: te inquam crucifixum. Amen.

¶ De nona i passiõe dñi. Ca. lxiiij.



Hora nona cogitabis mẽte lugubri ꝛ deuota si piã habes aiam qual'r sic catur ipse fons vite ꝛ dulcedo cordiũ nostrorum Jesus dñs tuus amantissimus ꝛ oi gratiositate acceptissimꝰ venis iã ex sanguinis effusiõe exhaustis ꝛ viribꝰ deficiẽtibꝰ appropinquãs morti incipit oculos lãgueſcẽtes deprimere ꝛ facie pallescere. Et quõ incipit inclinare caput ꝟsus matrẽ suã q̃si dans ei aueꝝ vltimũ: aue inq̃ doloris ꝛ ois desolationis qõ nõ poterat ore ꝛ ꝟbo exprimere pre nimis passiõe ꝛ inestimabili dolore ꝛ q̃si cõmendans ei corpus suũ tã crudel'r fossũ ac laceratũ ꝛ dissipatũ vndiq;. Et etiã ꝟsus patrẽ suuz q̃si ostẽdẽs ex mõ moriẽdi q̃ moriebaꝯ ex obediẽtia pfis ꝛ nõ inolũtarie: ꝛ q̃si gratias agẽs eidẽ q̃ ipsum reuocabat ad se: docẽs nos sil'r gr̃as i aduersis agere ꝛ significãs se pvarias tribulatiões ad p̃mia seq̃ndũ et q̃si tradẽs ei suũ spiritũ. Etiã quasi declinare a crucis titulo se ostẽdẽs ꝛ vanã gloriã vitare nos docẽs: ac si diceret. Nolo ꝟ regnare nolo scribat aut noiet me regez pilatꝰ. Et etiã quasi me patri recõciliato nũciãs mihi pacẽ me saluteꝝ oscula mihi prebet: ꝛ aures meis precibꝰ que priꝰ nõ ꝓfecerũt ad exaudiendũ inclinat. ¶ Quo facto cõclusit: vltimũ verbũ. s. septimũ cũ clamore valido ꝛ lachrymis dicẽs. [Pater i manus tuas]. i. i potestate tua [cõmẽdo spiritũ meũ]. Per qõ voluit nobis declarare q̃ sanctoꝝ aie extũc in manꝰ dei ascẽdunt: nã priꝰ ab inferis oim aie tenebanꝯ donec venit qui captiuis redẽptionẽ p̃dicauit. vñ Cyrillus. Hec aũt vox edocet q̃ aie sanctorũ nõ deicepes in inferno claudunꝯ vt prius: sz apud deuz sunt huius rei facto xp̃o principio. Vñ et Anastasius. Cõmendat eñ patri ꝓ se vniuersos mortales in se vinificatos: nã iumus mẽbra eius ꝝ illud apli. O ẽs vnũ estis in xp̃o. Prius ꝙ dñs clamauerat. Hely hely ꝛ mõ clamat: pater in manus tuas. vnde q̃dã dicũt vt Hiero.

A

Wat. xvij. Mar. xv. lu. xxiij. Jo. xix Contemplatio xp̃i morientis

Uerbũ vij. ꝛ vl timum Animesctoꝝ celũ petũt nunc.

Cyrillꝰ

Anastasius.

Sal. iij

Hiero.

q̄ ab illo psal. De⁹ de⁹ me⁹ respice in me: vsq̄ ad istum ꝟsuz: in man⁹ tuas: vbi sunt psalmi decē z ꝟsus centū quinquaginta ;: xp̄s dixerit eos oēs primū videlicet z vltimū ꝟsum cū clamore: sz iter medios sub silētio. ¶ De isto clamore xp̄i sicut z de supiori videt loq̄ apl's cuz dicit. Qui in dieb⁹ carnis sue preces cum clamore valido z lachrymis offerēs exaudit⁹ est p sua reuerētia. Et ex hoc videt q̄ xp̄s taz in illis ꝟbis. Hely hely q̄ in istis pater in man⁹ tuas lachrymat⁹ fuerit. Alij ꝟo dicunt q̄ xp̄s totū psalmū de⁹ de⁹ me⁹ respice in me: z deinde psalmum. In te dñe vsq̄ ad ꝟsum in manus tuas cōclusiue decātauit. Cōmēdauit dñs Jesus pr'i'spiritū ñ q̄ egeret: sz vt nos istrueret. ¶ In hoc eñ septimo ꝟbo q̄ maxime deuotionis fuit exēplū multiplicis informationis nobis relict⁹ prout infra i documētis articuli patebit. Hoc aūt ꝟbo vltimo dicto [inclinato capite tradidit seu emisit spiritū] nō coactus z inuite: sed q̄n voluit z volūtarie sine coactione [expirauit]. i. spm̄ extra corpus sponte et ppria potestate misit nō alius extorsit. vnde Aug. quis ita dormit q̄n voluerit sicut Jesus mortu⁹ est q̄n voluit. Quis ita vestē ponit q̄n voluerit sicut ise carne exuit q̄n voluit. Quis ita q̄n voluerit obit quō cū voluit obijt: quāta sperāda vel timēda est ptās iudicātis si tāta apparuit morētis. hec Aug. Hic ḡ apparet q̄ xp̄s tradidit spm̄ clamādo orādo z lachrymādo. In primis duob⁹. s. i tradēdo spm̄ z clamādo diuinitas apparuit z deitatis sue potētiaz xp̄s declarauit. Tradere eī vel emittere spm̄ ppria virtute diuine potestatis indiciuz est z nemini nisi deo ꝙuenit. Et p hoc q̄ moriēs clamauit apertissime se deuz verū ostēdit. Nam homes alij morientes nō clamare sz vix spirare vel tenuiter loq̄ possūt. In alijs aūt duob⁹. s. i oīone z lachrymatiōe humanitas apparuit z miseratiōis affectū xp̄s manifestauit. Q̄n igitur mathe⁹ dicit [iesus autē emissa voce magna emisit spiritū] z. Marc⁹ [iesus aūt emissa voce magna expirauit] quid hac voce magna dixerit: Lucas apte designat dicēs [z clamans voce magna iesus ait. Pater i manus tuas cōmēdo spm̄ meū: hec inq̄t dicēs expirauit] Johānes ꝟo tacēs de hac voce scribit [cū ergo accepisset iesus acetū dixit: cōsummatū est: z inclinato capite tradidit spiritū] emissa tñ ꝑ⁹ voce p̄dicta. Fuit aūt vt ꝛ ita magnus z validus clamor iste q̄ vsq̄ in infernū audit⁹ fuit: celū terrāq̄ tremere fecit. Uox ergo illa nō fuit naturalis: sed miraculosa: q̄t hō magno z lōgo cruciatu afflictus: z ex tali afflictiōe morti sic ꝑimus nō posset sic clamare ꝟtute nature: ideo sequit q̄ vox illa esset formata dei ꝟtute. ¶ Hic nota q̄ eadez hora qua primus adā peccauit: scōs expirauit. Primus enim post meridiem peccauit: quia mox vt peccauit vocē dñi ambulantē ad aurā post meridiē audiuit: z tūc circa horā nonā secūd⁹ adā expirauit. Uñ qua hora prim⁹ adā peccādo mortē huic mūdo induxit: eadē hora scōs adā mortē moriēdo destruxit: z q̄ hora illi paradisus est ꝯclusus: eadē hora iste paradisuz aperuit: q̄t ꝛz Bedā. ordo poscebat vt eodē tē poris articulo q̄ ade peccandi obcluserat ianuaz paradisi: pāderet eā latrōi penitēti. Et ꝛz glo. cū sol a feruore tepefact⁹ est passionē cōsummat ostēdens se mori ꝑpter pctā quib⁹ a diuina luce et dilectiōe in hāc noctē cecidim⁹. Itē hac hora motu⁹ est: q̄t p̄ euz nouē ordines angelor̄ reparant. ¶ Notādū etiā q̄ sicut ꝛ in glo. thobie dño i cruce passo diabolus quo ꝑcurāte crucifixus erat aduenit querēs si q̄d pcti i ipo inueniret. Et dicit magister in hist⁹ rijs q̄ stabat supra brachiū crucis donec xp̄s exp̄irauit et tūc videns se ꝓfusū. recessit z venies ad tartara inuenit ibi ſ alam ſ xp̄i portas: z seras ꝓfringētē: z iustor̄ alas inde educētē. Et tūc mor̄ remotū est diuine visiōis impedimētū qō figurauit gladi⁹ flāmeus z ꝟsatilis positus ante paradisum. ¶ Sciēdū aūt q̄ inter oēs penas passiōis xp̄i ista pena mortis fuit acerbissima: q̄t inter oia terribilia terribilissi mū est mor̄: z ḧ est fm Damas. ꝑp̄ naturalē inclinationē ale ad corpus. Et fuit specialis ratio i xp̄o de tali aia z de tali corpore cuius q̄ diuinitas vnita fuit i vnitate suppositi. vñ oportuit q̄ illa sepatio eēt maxime penalis. Ex isto articulo expiratiōis seu mortis xp̄i habem⁹ plura documēta. ¶ Primū est q̄ nos debemus cōmori xp̄o moriendo: videlicet mūdo ꝛ ꝑctis si cū xp̄o i ecna vita viuere voluerim⁹. vñ apl's. Si cōmortui sum⁹ cū xp̄o z cōuiuem⁹. ij. tim. ij Et de talib⁹ idez apl's ait. Mortui eñ estis. s. mūdanis z caducis z vita vr̄a abscōdita est cū xp̄o in deo. ¶ Secundū est q̄ xp̄s in angustia mortis alta voce clamans ad patrē: z commēdans ei spm̄ suū relict⁹ nobis exēpluz intime deuotionis docēs nos in hoc ipe bonus magister q̄d nos in articulo tētatiōis z special'r in agone mortis positi facere debeam⁹. Semp ei debem⁹ auxiliū nostrū in deū ponere z eū inuocare: ac spūs nr̄os ei cōmendare: quor̄ corpa quotidie tēdunt ad mortē ꝛpenitus ignoram⁹ diē z horam. Et specialiter in hora z articulo mortis debemus hoc facere: q̄t maxime tunc est necesse z ꝑpter hostis: ꝛportunitatē maioꝛ rem: z ꝑpter nr̄e virtutis debilitationē. Reliquit etiā nobis exēplum pfecte fiducie paterne defensionis: p hoc eñ q̄ in manus patris celestis hō spiritū suū cōmēdat: ſecur⁹ esse debet q̄ diuina virtute ab incursu malignorum spūum defensat. ¶ Tertiuz documētū specialiter pro religiosis qui moriūtur mūdo in religionis ingressu est q̄ ipsi debēt spiritū. i. volūtatē z sensum suuz tradere in man⁹ spūalis patris. s. prelati sic q̄ āplius nō resumāt vsq̄ ad diem resurrectionis: exemplo xp̄i qui spi-

Hebre. v Lachry⁹me xp̄i in cruce

Uerbuz deuotionis.

B Emissio spūs xp̄i

Augu.

Tradet spirituz

Clamor xp̄isti validus

Hora mortis xp̄isti.

Beda.

C diabol⁹ sup bracchiū xp̄i

Gladius ꝟsatilis

mors penarum

Dama.

documēta plura

In articulo mortis faciēda.

Religiosi ingredientes

ritū suū quē moriēs in manꝰ patris cōmēda uerat vlteriꝰ nō nisi i resurrectiōe sua resum psit. Cōmēdans eñ spñ deo pr̄i exēplū pfecte obediētie ꝛ subiectionis reliqt qua q̄libet subditꝰ suo p̄lato spñ suū gubernādū et diri gēdū cōmittit. Uñ q̄libet subditꝰ voto obediē tie supiozi astrictꝰ hūiliter hꝫ dicere suo p̄la to: pater i manꝰ tuas cōmēdo spñ meū. Illi ḡ religiosi q̄ nūq̄ deposuerūt spñ suū vel an te resurrectionē resumūt: puta q̄ fm volūta tē suā facere ꝛ sensuz suū seq̄ volūt mēdaces sunt ꝛ resurrectionē p̄ueniūt: ꝛ iō ātixp̄i sunt.

Psalmo rū. x. ds xps ela- git le- ctio.

¶ Quartū documētū est q̄ valde utile ꝛ salu- bre est legere illos decē psalmos ds xps ora- uit in cruce: qz nulli dubiū q̄n deuotiōis affe ctū legēti eos pferāt salutarē. Et ōz q̄ spāl'r valeant ad expiationē negligētiarū in horis canonicis negligēter dictis. ¶ Quintū docu mētū est q̄ q̄stūcūq̄ aliq̄ sint iusti ꝛ scti: nūq̄ tñ se putēt securos de diabolo cū ipse nec xp̄z in cruce dimiserit q̄n eū obseruaret. Quid ḡ p̄sumere poterit hō miser et fragilis. Certe

Augu. de nullo nisi solū dr̄e de morte xp̄i. vñ Aug. Tota spes mea est i morte dñi mei. Moꝛs eiꝰ ē me-

Spes nostra i morte xp̄i. ritū meū ꝛ refugiū meū salꝰ vita ꝛ resurrectio mea. Nō possum terreri multitudine pctōꝝ meoꝝ si moꝛs dñi in mētē venerit: quia pctā mea illā vincere non possunt. ¶ Sextū docu

Diligen dus xps mētū est q̄ nos multū tenemur amare xp̄m q̄ p nob aiam suā posuit: ꝛ caput suū ad nos

Augu. in morte inclinauit. vñ Aug. Saluatoꝛ nr̄ ca put suū iclinauit i morte: vt oscula daret dile ctis suis. Et nos totiēs dñm osculamur quo-

Moꝛien ti ēs in eiꝰ amoꝛe cōp̄ūgimur. ¶ Septimū do cumētū ē q̄ q̄libet xp̄ianꝰ moꝛiēs dz illa q̄nq̄

ti seruā da. v. supradicta suare q̄stū poterit q̄ xps moꝛiēs seruauit. Jp̄e eñ oꝛauit: clamauit: plozauit: aiam patri cōmēdauit ꝛ spñ tradidit. Sic et nos in extremis positi debemꝰ oꝛare: clama re saltē coꝛde plozare p̄ pctis p̄ veraz pniam animā deo cōmēdare: ꝛ spñ tradere volūta rie: scz moꝛiēdo: ꝛ volūtatē nr̄az diuine volū-

Confoꝛ matio. tati tradēdo. Ad cōfoꝛmandū se huic articu lo recogitet hō quāto amoꝛe saluatoꝛ noster moꝛtē pertulit: vt nos viuificaret ꝛ q̄ cōditio nē moꝛtis subūt qui vitā vniuersis creaturis tribuit ꝛ moꝛtuꝰ est q̄ moꝛtuos suscitauit ꝛ re uoluat in mēte sua documēta p̄missa. Jesu qui i cruce moꝛiēs animā tuā patri cōmēda sti: da mihi i hac vita tibi spūaliter sic cōmoꝛi: quatenus tu in hoꝛa moꝛtis mee digneris animā meā miserā hr̄e cōmēdatā. Ego autē dñe in illas manꝰ tuas extēsas ꝛ pforatas et sacro sanguine respersas cōmendo spiritū ꝛ coꝛpus meū ꝛ supplico charitati tue vt in no uissima hoꝛa possim cū memoꝛia integra: fide pura: et spe firma animā meā in manꝰ tuas misericoꝛdissimas cōmēdare quas p̄ me sal uādo expādisti in cruce: ꝛ audire mereaꝛ verbū illud dulcissimū: hodie mecū eris in para diso. [Et] tunc hac voce [velū tēpli] qđ erat foꝛis ante faciēꝛ introitū tēpli p̄hibēs aspe-

Ueli scis sio. ctū sctōꝝ q̄ erāt intra tēplū [scissuz est in duo a summo vsq̄ deoꝛsum] nō illud qđ erat itra tēplū inter sctā ꝛ sctā sctōꝝ. vñ Oꝛigeñ. Duo aūt vela fuisse intelligunt. Unū qđ velabat sctā sctōꝝ: alterū exteriꝰ siue tabernaculi si-

Origeñ. Uela duo. ue tēpli. In passiōe ḡ dñi saluatoꝛis velū qđ erat a foꝛis cōscissum est a suꝛsum vsq̄ deoꝛ sum: vt ab initio mūdi vsq̄ ad finē cōscisso ve lamine mysteria publicent q̄ vsq̄ ad xp̄i ad uentū rationabiliꝛ fuerāt occultata. Cū autē venerit qđ pfectū est: tūc auferet etiā scōz ve lū vt videamꝰ ēt q̄ intꝰ sunt occultata: scz verā archā testamēti: ꝛ sicut ipsa se hꝫ natura vi-

Dete ctio cru cis ꝛ ce teroꝝ. deamꝰ cherubin ꝛ alia. hec Oꝛig. Per hoc er go signū figurabat reuelata esse mysteria ꝛ secreta sacramētoꝝ legis q̄ antevelata erāt: vt vniuersis p̄derent ꝛ ad gētes trāsirēt ꝛ im pletū esse veritatē q̄ in figuris latebat ꝛ celū aptū qđ ante clausum erat. Uñ ꝛ nos i passio ne dñi ꝛ cruces ꝛ reliquias ꝛ cetera sacra de tegimꝰ in eccl'is ꝛ patefacimus. Et in euāge

Chriso. Ueli sci si preci sitas. lio nazareoꝝ legit supliminare tēpli infini- te magnitudinis fracū esse: auditasq̄ voces in aere ꝛ virtutes angelicas p̄sides quondā tēpli: tūc pariter clamasse trāseamꝰ ex his se dibus. Ut aūt dicit Chriso. hoc velū scissum erat p̄cio sissimū de purpura ꝛ bysso: ꝛ cocco: ꝛ auro: ꝛ serico: ꝛ iacincto cōtextū: quod in die- bus celeberrimis suspēdebatur. Hac quoq̄ voce [terra mota est] quasi nō valens ferre dñm suū pendētē et non potens sustinere xp̄i mortē. Capax eñ huius mortui esse nō pote

Terra mota. Petre sciſſe. rat: ꝛ in signum q̄ indei de ea abiciēdi ꝛ de- struēdi erāt [ꝛ petre scisse sunt] in signū con uersionis gentiliū: ꝛ in signū q̄ coꝛda quātū cūq̄ dura deberēt cōpati chriſto moriēti. Di citur aūt q̄ adhuc apparent ibi scissure ꝛ de- ponūt ibi peregrini cruces suas. [Et monu

Monu menta apta sunt] ad denotādū q̄ moꝛtis clau stra erāt reserata: ꝛ q̄ resurrectio xp̄i ꝛ alioꝝ cū ipso resurgentiū erat p̄pinqua: ꝛ in signū resurrectionis q̄ expectāt futura. [Et multi

aperta Moꝛtuo rū resu scitatio sanctoꝝ surrexerunt a moꝛtuis] nō tūc quā- do monumēta apta sunt. s. hoꝛa moꝛtis xp̄i: sed quādo resurrexit: quia cū eo surrexerūt tanq̄ testes sue resurrectionis: ꝛ ideo nō an- te: sz cū eo debebāt resurgere: vt ipsum ostē- derent resurrexisse: ꝛ hoc est qđ subdit [ꝛ ex- euntes de monumētis post resurrectionē eiꝰ i. xp̄i [venerūt in sanctā ciuitatē] scz hierl'm [ꝛ apparuerūt multis] ad declarationē do-

Hiero. minice resurrectionis. vñ dicit Hiero. q̄ cum monumēta apta sunt: nō ante resurrexerūt q̄z resurgeret dñs vt esset primogenitꝰ resur-

Apoc. j. co. xv rectionis ex moꝛtuis. In Apoc. xp̄s dr̄ primo genitꝰ moꝛtuoꝝ: sed in epl'a ad Corinth̄. pri- mitie dormiētiū. Hec aūt magnitudo signoꝝ significat vt crucifixū dñm suū celū ꝛ terra et

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

ota q̄ in eis sunt ꝛmõstrarēt. Uoce q̄ppe xp̄i mouētur elemēta et simul cū eo vult dissolui atq; finiri ois creatura. vnde Leo papa. Pē dente siquidē in patibulo creatore vniuersa creatura ꝓgemuit. Debebat hoc testimoniū suo mūdus actori: vt in eiꝰ occasu vellēt vniuersa finiri. hec Leo. Ecce quāta nūc appetei⁹ maiestas: cuiꝰ ante apparuit tāta ifirmitas. vñ Ansel. Et tā quidez infirma eius aia attēde z miraberis. Qualis est hic: q̄ celū et terra cōpatiunt ei: cuiꝰ z mors mortuos viuificat. vñ z Aug. Quāq; aūt tu iudicerꝭ vt malefic⁹ crucifigarꝭ: vt flagitiosus z impiꝰ q̄uis videaris a deo derelictꝰ nō desunt miracula: nō deest virtutū abūdantia. vnde etiā Chri. Intēde q̄ta signa fecit: hoc quidē e celo: hoc aūt in terra: hoc aūt in ipso tēplo: simul q̄dē angustiā suā demōstrās. Etenim ire dei magne erāt. q̄ fiebāt nō simplr signa ꝭ et furoris signa vniuersa erant tenebre scisse petre: velū mediū scissuz: terre cōcussio: z multe angustie supabūdātia erat. hec Chriso. O q̄tū pia mater eiꝰ tunc dolebat q̄n hec fieri videbat. vñ Aug. Cogitare libet quāt⁹ dolor tunc fuerit mr̄i cū sic dolebāt q̄ insensibilia erāt. Non lingua loq̄: nec mens cogitare valebit: q̄to dolore tenebaf tūc aia marie. hec Aug. ¶ Mystice hec signa predicta habēt fieri in resurrectione z cōuersiōe pctōus. Dei q̄ppe templū est fidelis aia cuiꝰ velū scindit q̄n velamē ypocrisis z cuiuslibet peccati dissipat. Sicut em̄ velū impediebat ne videri possent sctā tēplı: sic peccatū impedit ne videant sctā paradisi: q̄ō tñ q̄tū ad sufficiētiā fuit amotum ꝑ mortē xp̄i. Uelū em̄ templi scissuz fuit in signū q̄ ꝑ mortē xp̄i ablatū est impedimētum q̄ nos secreta gaudij paradisi ꝓhibuit cōtēplari sicut velū operiebat secreta tēplı. Terra mouet in peccati recogitatione z per timorem cōpunctionis interne: z q̄n per cōpassionē mortis xp̄i terrenū desideriū in amorē cōmutat celestiū. Terra em̄ tremuit pre horrore ignominiose mortis xp̄o inflicte, ad designādū q̄ corda terrena xp̄o cōpatiēti debent cōpatiri ei⁹ strictū iudiciū formidare. Q̄ō aūt tremuit i resurrectiōe hoc designat quoddā spāle tripudiū quo ois creatura ꝺz cōgaudere xp̄o resurgēti sicut etiā compassa fuit xp̄o morienti. Uñ primꝰ tremor designat metū z terrorē. Sc̄os aūt gaudiū et exultationē. Petre scindunt in cōtritione z per dolorē cōtritiōis in corde: z q̄n duritia cordis per pietatē emollitur cōpassiōis. [Petre em̄ scisse sunt] ad designandū q̄ corda lapidea z dura: per dolorē cōtritionis z intime cōpassionis scindi debēt. [Monumēta aperiunt] in cōfessionez p̄ pudorē ꝓfessionis in ore: z quādo fetor qui intus latet foras ꝓ os ꝓdit. [Mortui resurgūt] in spirituali viuificatione: z per laborē satisfactionis in opere: z q̄n ad boni operis exercitiū excitat somnus pigritie z apparēt in sctā ciuitate in aie illuminatiōe. In hora mortis tue dñe [velum templi scissuz est] rogo te aufer velamē ignorantie de corde meo vt videā voluntatē tuā z opere perficiā. [Terra ꝑtremuit] da mihi obsecro qui sum terra z cinis corā te stare cū casto timore z reuerētia filiali: z meā salutē cū timore z tremore opari. [Petre scisse sunt] da mihi vt lapideū cor tuo scidat timore z inhiās ardēter a terrore supne bñdictionis accipiat et tibi germinet fructū vite. [Monumēta apta sunt z mlta resurrexerūt corpa sctōꝝ.] Da q̄so dñe aie mee a sepultura resurgere pctōꝝ. [Uisis aūt his q̄ fiebant. s. tot z tā mirificis signis in passione xp̄i interque etiā fuit ꝙ voce magna clamās sic cito z spōte expirauit [cēturio] q̄ crucifixorib⁹ prerat [z] milites [q̄ cū ipso] cōstituti [erant] ad custodiēdū iesuz in cruce q̄uis expirasset [timuerūt valde] z diuine virtuti tot et tāta miracula ascribēdo [glorificauerūt deū] fidei cōfessiōe ac potestatē z veritatē diuinitatis i xp̄o cōfessi sunt] dicentes. [Uere hic hō iustus erat: vere filiꝰ dei erat iste] aliter em̄ tāta glia i eiꝰ morte nō appareret. Matheꝰ dicit [vere filiꝰ dei erat iste] Marcus [vere hic hō filius dei erat. Lucas [vere hic hō iustus erat.] Ibi resultat veritas deitatis: q̄ vere filiꝰ dei: ibi veritas humanitatis: q̄ vere hic homo: ibi veritas innocētie sue z sanctitatis: q̄ vere iustꝰ erat. Et hec tria necessaria erant ad redēptionē: scz hō q̄ deberet: deꝰ q̄ valeret: iustꝰ cui cōgrueret. Et ex istis aggrauat scelus iudeorū: quia occiditur deꝰ a seruis: hō a bestijs caninis: iustꝰ ab iniustis. Multū q̄dē istos ad fidē diuinitatis xp̄i disposuit ꝙ cū clamore magno sic potēter z dñatiue spm̄ dimisit. Uidebant em̄ ꝙ clamor ille supnaturalis z miraculosus fuit: q̄ ꝓpter defectū sanguinis z effluxum spirituū talis clamor fieri nō potuit ab hoie sic ꝓpinquo mortı: z ideo cōcluserūt ꝙ esset factꝰ virtute diuina supnaturali: z p cōsequēs ꝙ ipse esset filiꝰ dei. Q̄ō etiā ex hoc ꝓpenderunt: q̄ q̄n voluit: tunc spm̄ dimisit. vt em̄ dicit Hiero. Nullꝰ hz ptatē dimittēdi spm̄ nisi ille q̄ aiaꝫ ꝓditor ē. Et ꝑm Augu. cū post illā vocē cōtinuo tradidit spm̄: hoc maxie q̄ aderāt sunt mirati: longa em̄ morte crucia bātur i ligno suspēsi. De isto cēturione sic dicit Ber. Erat ille cēturio incircūcisus: sed nō aure q̄ ad vnā expirātis vocē sub tot ifirmitatū indicijs dñm maiestatis agnouit. Ideo nō desperit q̄ vidit: q̄ credidit q̄ nōdum vidit. Nō aūt credidit ex eo q̄ vidit: ꝭ ex eo q̄ audiuit: q̄ fides ex auditu: auditꝰ aūt ꝑ verbū xp̄i. z ꝑm Chri. cēturio vt q̄dā dicūt: nō solū cōfessor fuit: sed etiā corroboratꝰ: in fide martyriū suscepit. Per hꝰ ꝙ cēturio gētilis cōfessus fuit xp̄m tā clare signi

Leo papa.

Maiestas xp̄i in morte.

Ansel.

Augu.

Chriso.

Augu. Marie dolor.

Mystice.

S Timor crucifigētū.

Testimonia i christo.

Hiero. Animaz in ptāte habuit sol⁹ xp̄s. Augu. Berñ. Cēturio

Centio martyr.

ficata fuit gloriosa cõfessio gẽtiliũ in eorũ cõ-
uersione ꝛ duricia iudeorũ in infidelitate. vñ
Gentiliũ Hiero. Nouissimi aũt nũc primi efficiunt: qz
cõfessio. gentilis populus cõfitet et plebs iudaica ce-
Hiero. cata negat: vt fiat eis error nouissimus peior
priore. vñ ꝛ Beda. Quãta ꝝ cecitas iudeorũ q̃
Beda. tot ꝑ dñm ⁊ tutib⁹ factis tantis in morte eius
H apparentibus signis credere respuerũt ꝛ in-
Judeoꝝ censibiliores gẽtib⁹ deũ glorificare vel timere
cecitas. contẽpserũt: vñ merito ꝑ centurionẽ fides ec-
cle ste designat: q̃ velo mysteriorũ celestiũ per
mortẽ dñi reserato cõtinuo iesum ꝛ vere iustũ
hoiem ꝛ vere dei filiũ synagoga tacente cõfir
mat. vñ etiã Ambro. O duriora saxis pectora
Ambro. iudeorũ. Judex arguit: credit minister: prodi
tor sceler suũ morte cõdẽnat: elemẽta fugiũt.
terra cõcutit: monumenta reserant: iudeorũ
tñ immobilis duritia manet orbe cõcusso. hec
Ambro. Considera ꝝ tu hõ redẽpte ꝙs ꝛ quã
Contem tus ꝛ qualis est qui ꝑ te pendet in cruce: cui⁹
platio. transitũ ꝛ celũ luget ꝛ terra: ꝛ lapides duri q̃si
cõpassione scindunt: cuius mors mortuos vi
uificat: ꝛ quẽ ois creatura dñm suũ confitet.
O cor humanũ omniũ lapidũ duricia durius
si ad tanti rememorationẽ ꝓaculi: nec terro-
re concuteris nec cõpassione afficeris: nec cõ
punctione scinderis: nec pietate molliris. vñ
Hiero. Hiero. Omnis creatura xp̃o morienti cõpati
tur: sol obscurat: terra mouetur: petre scindũ
tur: velũ templi diuiditur: sepulchra aperiũ
tur: sed solus miser hõ nõ cõpatit: pro quo so
lo xp̃s patitur. vñ Berñ. Ascendit xp̃s in altũ
Berñ. vt ab oibus videretur: alta voce clamauit: vt
ab oibus audiret: clamou fletum admiscuit:
vt hõ compateret. Qui ad hanc vocẽ nõ con-
cutit: terra grauior ẽ: petra durior: sepulchro
fetidior. hec Ber. [Erãt aũt ibi] ad associan
Mulie dũ: ad cõsiderandũ: ad cõpatiendũ cũ matre
res stan dñi: iohãnes ꝛ magdalena ꝛ due sorores dñe
tes. s. maria cleophe ꝛ maria salome: ꝛ ꝓter istas
q̃ ꝑncipales erãt etiã plures alie [mulieres
a lõge stãtes] ꝛ videtes q̃ fiebãt [q̃ secute eũ
a galilea fuerãt] ex deuotione quã ad audiẽ
dũ ⁊ bũ ei⁹ habebãt [ministrãtes] eis necessa
ria vite de substãtia sua vt meterẽt eorũ cor-
poralia cui⁹ ille metebãt spũalia. Cõsuetudi
Predicã nis em̃ iudaice fuit vt mulieres de substãtia
tuz nu- sua victũ ꝛ vestitũ ꝑdicatorib⁹ ꝛ ꝑceptoribus
ritio. suis ministrarent: ꝛ in alijs: vt in ꝑparatione
cibi ꝛ i lotiõe vestiũ fuirẽt: qđ ꝛ dñs accepit vt
exemplũ daret ap̃lis eorũ ꝙsulẽs infirmitati
ꝛ vt euãgelio magis vacarẽt nec tũc hoc scan
dalũ erat. Paulus aũt superogauit q̃ cũ ha-
Pauli beret ptãtẽ circũ ducendi mulieres sicut alij:
supero- nõ tñ vsus est ea ꝑpter pseudo apostolos vt
gatio. eos a ꝑdicatione reprimeret ꝛ ꝑpter suspitio
nẽ remouẽdã ma rie inter gẽtes vbi talis con
suetudo nõ erat: et iõ scãdalũ facere poterat
Ministrabãt aũt dño carnalia ꝑ spiritualib⁹
non q̃ indigeret dñs creaturis: sed vt osten-
deret typum magistrorũ q̃ victu atq; vestitu
ex discipulis deberent esse contẽti. vbi Chri.
Hẽ autẽ mulieres considerabãt que gerebã
tur que maxime erant cõpassibiles: et q̃ seq̃-
bãtur ministrãtes vsq; ad pericula affuerũt
maximã fortitudinẽ ostendentes: quia dũ di
scipuli fugerũt ipse affuerunt. hec Chrisо. O Marie
qualiter tunc alia matris intimi doloris gla- dolor.
dio penetrata erat cũ sic penosum filiũ defi-
cere languere: lachrymari: clamare ꝛ mori: ꝛ
se in mũdo derelinqui in tãto dolore ꝛ anxie-
tate videbat: ꝛ qualiter clamauit: si tñ loqui
poterat et dixit. O fili mi dulcissime q̃d faciã
ego mestissima. Cui me miserã cõmẽdatã di
mittis? Fili mi memẽto meoꝝ ois familie tue
quã ita desolatã relinq̃s. Memẽto etiã hoiꝝ
q̃ seruierũt tibi: fili mi ꝛ ego in manꝰ tuas et
patris tui cõmẽdo meipsam ꝛ totã ecclesiam
nostrã. O pater sancte deꝰ omnipotẽs in ma
nus tuas cõmendo filiũ meũ: imo dñm meũ
ꝛ filiũ tuũ. Jam em̃ deficioꝝ ante filiũ meũ in
eius cõspectu mori ꝛsidero. Talia dicẽs esti
mo q̃ ꝑpter angustiarũ multitudinẽ vel ab-
sorpta erat: ꝛ quasi insensibilis vel semimor-
tua facta: ꝛ q̃ se sustinere nõ valẽs corruit in
faciẽ suã sup terrã. Nullus em̃ cogitare aut
dicere posset quãta mestitia patientẽ ꝛ mortẽ
tẽ suspirauerit et doluerit vnde ipsa sustine-
bat intꝰ qõ filꝰ tulit fortis: q̃d tũc iohãnes spe
cialiter ab eo dilectꝰ: q̃d magdalena fidelis
ꝛ dilecta discipla: q̃d ve sorores dñe faciebãt:
ꝛ q̃d facere poterãt? Replete erãt amaritu-
dine cõplete doloribꝰ: inebriate absintio ꝛ in- J
tollerabiliter flebãt. O charissime cogita et Plãgen
ꝙsidera quãto dolore ꝛ eiulatu oẽs amici eiꝰ tes pe
plorabant: q; etiã hi q̃ sibi nihil attinebãt: ꝛ ctora.
cũ eo nihil habere videbãtur multũ dolebãt
sicut cẽturio ꝛ alij milites q̃ Jesum crucifixe
rant ꝛ eũ q̃sq; expirasset custodiebãt [ꝛ ois
turba eoꝝ qui ad] videndũ [spectaculũ] cõue
nerãt ꝛ [simul aderãt ꝛ videbãt q̃ fiebãt q̃ pe
ctora sua] in signũ penitẽtie ꝛ lucꝰ [pcutien-
tes] cũ silẽtio [reuertebãtur] dolẽtes de xp̃i
psecutione ꝑm Bedã. q̃ pcutiebãt pectora: q; Beda.
penitẽtie ꝛ lucꝰ indiciũ põt dupliciter intelli
gi: siue em̃ eũ cui⁹ vitã dilexerãt iniuste occi-
sum dolebãt: siue cui⁹ mortẽ se ipetrasse me-
minerãt hũc in mortẽ ap̃lꝰ glorificatũ treme
bãt: primũ ptinet ad bonos: scõm ad malos.
Cõdolẽs ergo ploꝛa ꝛ tu cũ mulieribꝰ ꝛ alijs
si piã animã habes et viscera pietatis. vnde
Ansel. Stupet celũ: terra miratur. Quid tu? Ansel.
Nõ mirũ si sole cõtristato: tu cõtristaꝛ. si ter
ra cõtremiscẽte. tu cõtremiscis: si scissis sa
xis: cor tuũ scindit. si flentib⁹ iurta crucẽ mu
lieribꝰ: tu plachrymaꝛ. hec Ansel. Ecce igit
pẽdet dñs in cruce mortꝰ: recedit multitudo
tota: remanet mestissima mater cũ iohe ꝛ ma
gdalena cũ duabꝰ suis sororib⁹. Sz quid tũc Marie
mr̃ faciebat: leuabat manꝰ pre cordis desidegestus.

rio tangere cupiēs dilectū suū: vt vel sic dolori ꝛ amori meli⁹ cōsulere potuisset. Cūq; aliō solatiū nō haberet sanguinē fumātē ꝛ exvulneribus filij ad terrā vsq; stillantē nimia cū auiditate deosculabat: intantū ꝙ facies ei⁹ de cruore filij occisi sanguinolenta redderet.

Augu. Marie iuxta crucem stantis gestus.

vñ Augu. inter cetera sic ait. Iuxta crucē stabat maria considerans vultu benigno xp̄m pendentē in crucis stipite seuo. Pedibusq; nitens in altū manus leuabat ꝰplectēs crucē: ruens in oscula ei⁹. Ex qua pte sanguinis vnda crucē rigabat illic se ꝓtebat vt eā cōplecti valeret: ex quo sursum man⁹ extēdere nō valebat. Uolebat ꝰplecti xp̄m in altū pendentē sed man⁹ inde frustra reuerse in se redibant. Cōplexe se leuās a terra sursum erigebat ad xp̄m: ꝛ qz tangere illū nequibat male collidebatur ad terrā. Mortis pallor ei⁹ perfuderat vultum: tamen genis ꝛ ore xp̄i cruore rubea erāt. Cadētes guttas sanguinis ore sacro lingebat: terrā deosculās quā cruoris vnda rigabat: o q̄ male tūc illi erat. hec Augu. Tandē ponunt se oēs ad sedendum iuxta crucē cōtēplantur dilectum suum: expectant a deo auxiliū qūo ipsum deponere valeant ꝛ sepelire. Cōmorantibus igit ꝛ sedentibus eis ꝓpe crucē ꝛ aspicientibus sine intermissione dñm iesum sic pendentē in cruce inter latrones: sic nudū: sic deturpatū: sic afflictū: sic mortuum ꝛ sic ab oib⁹ derelictū. Ecce armati multi veniebant a ciuitate versus eos q̄ licētia pilati ꝯhabita mittebant a iudeis vt ipsis crucifixis crura frangerent: vt citius morerent: ꝛ aliter mortui tollerent de patibulis ꝛ sepelient: ne in magno die sabbati q̄ a vespera sexte ferie incipiebat: ꝛ ꝓpter ip̄m sabbatū ꝛ festum azimorū valde solennis erat corpa eorū in cruce pēdētia remanerēt: festum horrore diuturni cruciat⁹ fedarēt. Prima q̄dē dies pasche qua crucifixus est dñs solēnis erat apud iudeos. Scōa tn̄ dies ꝓ tūc fuit solēnior rōne sabbati apud eos qz die sabbati q̄ infra octauas occurrebat duplex festū erat: iō hoc faciebāt quia in lege ꝓceptū erat vt cadauera suspensoꝝ ꝓpter delicta vsq; mane nō essent suspēsa ne inde pollueret terra. vñ Theo. sic em̄ iubebātur in lege nō occidere solem in hois supplicio. sed ꝙm Chri. iudei hoc quidē in paruis diligentes sunt: sed in magnis cōtēpserūt: ꝛ cū tantā fuissent operati audaciā de die diligenter ratiocinantur colantes culicē ꝛ glutiētes camelū. Appropinquant ergo ipsi armati cū furore ꝛ strepitu magno ꝛ videntes latrones adhuc viuere frāgūt eis crura ꝛ occidūt ac ꝺ ponūt ꝛ in aliquā foueā ꝓiciendo ne obeant sepeliūt. Duo milites fregerūt crura vnius latronis ꝛ duo alteri⁹: ꝛ sic simul venerūt ad iesum q̄ erat medius. Redeūtib⁹ aūt illis versus dñm [vt viderūt eū iā mortuū] eo ꝙ acerbiora supplicia q̄ latrones ꝓtulerat: vt quia forte ante alios suspēsus fuit: vel qz potestatem ponēdi animā habuit [non fregerūt ei⁹ crura] qz hoc nō fiebat nisi ad hoc ꝙ enadere nō possent depositi de patibulis] vt impleret] consecutiue scriptura (qua dicit in Exodo.) [Os nō cōminuetis ex eo] scz ex paschali agno q̄ verū agnū dei: scz xp̄m ꝓfigurabat q̄ mortu⁹ iā coct⁹ ad esum fidelū erat. Ideo enim ordinatione diuina cōstitutū est vt ossa agni paschalis nō frangerētur: qz veri agni ossa in cruce fracta nō sunt: vt sic figura ꝛ veritas responderēt. [Sed] vt certificarent de morte ei⁹ [vn⁹ milituꝫ] lōgin⁹ noie tūc impi⁹ ꝛ superb⁹: post ꝙ cōuersus ꝛ martyr fact⁹ postrigens [lanceā] de longe sacrū [lat⁹ dñi] iesu dextrū vulnere grādi [aperuit: vt ꝓplerēt scriptura] qua ꝓ zachariā dr [videbūt i quez transfixerūt:] In qua ꝓphetia ꝙm Aug. ꝓmissus est xp̄s in ea qua crucifixus est carne vēturus. ¶ Et nota ꝙ iste miles fecit hoc ad cōplacētiā iudeoꝝ de morte xp̄i certificari volentiū. In quo etiā patet nimia ipsoꝝ crudelitas: qz nō satiati penis quas xp̄o viuēte inflixerāt etiā mortuū vulnerare conati sunt. Sicꝛ hodie xp̄m semel crucifixū conatur rursus vulnerare q̄ sine timore peccare p̄sumit vel ꝺ peccato se tactare. vñ Theo. Ut iudeis ꝓplaceāt lanceāt xp̄m circa corpus exanimē contumelias inferētes. vnde ꝛ Chriso. Aperuerūt eius costam lancea ꝛ mortuo corpore de reliquo conuiciātes ꝛ in mortuū cōuiciari corp⁹ militē multo deterius fuit q̄ crucifigi. Qui aūt eū lāceauit cū fere caligassent oculi ei⁹ pre senectute ꝛ casu: vel pot⁹ nutu diuino sicut ꝛ lanceauit lz nesciēs sanguine xp̄i per lanceā defluente oculos tangeret ꝛ continuo illuminatus in christū clare; vidit: ꝛ protinus illuminatus in christū credidit. Uñ ꝛ militie cedēs instruct⁹ ab apostolis i cesarea capadocie. xxviij. annis monasticā vitā duxit: ꝛ in omni sanctitate prmanens verbo ꝛ exēplo multos ad xp̄m conuertit. De eo quoq; dicit Isido. Lancea longin⁹ latus saluatoris aperuit: ꝛ nō tm̄ veniā inuenit: sed episcopatus honorē ꝛ martyrij coronā promeruit. Nō suffecit iudeis ꝛ alijs ꝙ xp̄m occiderunt: sed etiā post mortē diuersimode deriserūt. Istud olim fuit in absalon preostē ij. Reg. xviij. sum quē legimus in arbore suspensum ꝛ veniēs ioab tres lāceas in corde eius fixit: ꝛ armigeri ioab gladijs ip̄m crudeliter inuaserūt. Sic ꝛ xp̄s in cruce lancea militis ꝛ insup trib⁹ lāceis. i. trib⁹ doloribꝰ est cōfixus: quoꝝ p̄mū habuit ex ꝓpriarū penarū magnitudine. Scōz ex dilecte matris sue amaritudine. Tertiū ꝓpter pctōres quib⁹ suā passionē pre sciuit nō ꝓdesse: ꝛ isup sup ꝯ iudei inuaserūt eū gladijs linguarū suarū acutissimis. Hoc mō oēs volūtarij pctōres xp̄m inuadūt q̄ spōte peccādo iterato ip̄m crucifigūt. Plus peccant qui offendunt xp̄m regnātem in diuinis

die festo passus domin⁹.

Theo.

Chriso.

℟ Fractio crurum latronū

Lancee tres.

Lancee dolores

tate ꝙ qui crucifixerũt eũ cõuersantẽ in hũa nitate. Sz ꝓtumelia a iudeis illata in signũ prodijt: qz de corpe extincto sanguis verus et aqua pura miraculose manauit. vñ sequit. [Et cõtinuo exiuit sanguis z aq̃] ex q̃b⁹ hñt efficaciã ecclesie sacramenta. Hoc aũt factũ est ad ostendedũ ꝙ p passionẽ xp̃i plenã cõse q̃mur ablutionem. s. a pctis z maculis: a pec catis q̃dẽ p sanguinẽ q̃ est preciũ nostre redẽ ptionis. ꝑm illud petri. Nõ corruptibilib⁹ au ro z argẽto redẽpti estis: sed pcioso sangui ne. A maculis ꝥo p aquã q̃ lauacrum est nr̃e regñatiõis. ꝑm illud Ezech. Effundã super vos aquã mũdã z mũdabimini ab oib⁹ inq̃: namẽtis vestris. Uel põt referri sanguis ad preciũ et nostrã redẽptionẽ vt redimamur: a penis: aqua ad lauacrũ z pctõꝝ ablutionẽ: vt purgemur a pctis. Sanguine em̃ agni dom⁹ seruanꝫ a pcussiõe angeli: z aqua maris rubri extinguũtur inimici. Effusus est inq̃ ille ad redẽptionẽ: ista ad redẽpti ablutionẽ. Ille vt redimeret captiuũ: ista vt ablueret imũ dũ. Sz hic scõs sensus satz intelligiꝫ in pcio: qz vbi est plena a pctis ablutio: ibi sequit̃ z a penis redẽptio: z vbi ẽ a maculis ablutio ibi ꝓcedit z a pctis purgatio. Hoc etiã factũ ꝓpe tit figure: qz sicut de latere xp̃i dormiẽtz i. cru ce fluxit sanguis z aq̃ q̃b⁹ cõsecrat̃ eccl'ia: ita de latere Ade dormiẽtis in paradiso mulier q̃ ipsam eccl'iã figurabat est formata. Et fa ctum est hoc miraculose: qz de corpe mortui i quo statiz p mortis frigiditatẽ sanguis coa gulat̃ z in tabẽ cõuertit̃: nõ solet sanguis exi re: nec de aliq̃ aqua pura manare. Ille aut̃ sanguis erat ver⁹ z pur⁹: z aqua vera: z pura: et nõ vt q̃dã dixerũt humor aquatic⁹ seu fle gma. Cõsidera nũc ꝙta fuit malicia iudeoꝝ qui adhuc nõ fuerũt saturati penis z oppro briꝭ xp̃o in vita ei⁹ illatis: q̃uetiã eũ pseq̃rẽ tur mortuũ. Et ꝙuis etiã istud vuln⁹ lateris non senserit cũ corpus mortuũ fuerit: tamen per hoc cõtumelie z cõuitia sibi inferebanꝫ: quia oẽs cõtumelie z crudelitates illate moꝝ tuoꝝ corporib⁹ reputãtur: ac si viuis inferrẽ tur. Ex hoc articulo lanceationis lateris ha bentur tria documẽta. Primũ est ꝙ nos cum mortui fuerimus cũ xp̃o. s. mũdo z pctis: tũc debeam⁹ z lãceari cũ xp̃o cuspide videlz cha ritatis: sicut aia illa se lanceatã gloriabat̃ q̃ dicebat vulnerata charitate ego sum. Hac ẽt amoris lãcea coꝛ sup pfozari. Augu. petijt di cẽs. Rogo te dñe per illa salutifera vulnera vulnera tua q̃ passus es ꝓ salute nr̃a in cru ce ex q̃b⁹ emanauit ille ꝓciosus sanguis quo sum⁹ redẽpti: vulnera hãc animã meã pecca tricẽ: ꝓ qua etiã mori dignat⁹ es: vulnera eã igneo z potẽtissimo telo tue potẽtissime cha ritatis. Confige coꝛ meũ iaculo tui amoris vt dicat tibi anima mea charitate tua vulnera ta sum: ita vt ex ipso vulnere amoris tui yber rime fluant lachryme die ac nocte. Percute obsecro dñe hãc durissimã mẽtẽ meã valida cuspide pie dilectiõis: vt altius ad intima pe netret virtute potẽti. hec Augu. Scõm docu mẽtũ est ꝑm Chrisо. ꝙ nos ꝓcipere debemus sacramẽta ecclesie ea intẽtione ac devotione: ac si nobis de latere christi pfluerent. Uuln⁹ em̃ lateris xp̃i fuit ostiũ sacramẽtoꝝ: qz sicut de latere primi ade formata est eua: ita de latere secũdi ade formata est eccl'ia. vñ ꝑm Au gu. Uigilãti ꝥo euãgelista vsus est: vt nõ di ceret lat⁹ ei⁹ pcussit aut vulneravit: aut quid aliud: sz aperuit vt innuat ꝙ ibi quodãmõ ostiũ vite apertũ est: qz inde sacramẽta eccle sie manauerũt sine quib⁹ adverã vitã nõ in trat̃. ¶ Et nota ꝙ hoc qõ oꝛ sacramenta ma nasse de latere xp̃i spãliter intelligẽdũ est de duob⁹ preciputis sacramẽtis sine quibus non intrat̃ ad vitã: videlz de sacramẽto redẽptio nis z sacramento ablutionis. Quoꝝ primũ ptinet ad sacramẽtũ eucharistie: z significat̃ ꝙ sanguinẽ immo est ipse idẽ sanguis quem q̃tidie sumim⁹: z q̃ fluxit de latere xp̃i. Scõm ꝥo ptinet ad sacr̃m baptismatis qõ significa tur ꝙ aquã. vñ Aug. Ille inq̃t sanguis in re missionẽ fusus est pctõꝝ: aq̃ illa salutare tẽ perat poculũ: hec lauacrũ ꝓstat et potũ. Hoc prenũciabat ꝙ noe in latere arche ostiuz fa cere iussus est quo intrarent alia: alia que non erãt diluuio peritura quib⁹ prefigurabat ec clesia. De istis etiã sanguine z aqua dicit idẽ Augu. ꝙ credibile est ꝙ latro ille cui ꝑmisit dñs paradisum aspsus fuit aqua z sanguine de xp̃i latere exiliẽtib⁹: z tali sanctissimo baptis mate saluat⁹ sit cũ sine baptismate nemo sal uetur vel martyrio. Tertiũ documentũ est ꝙ nos oẽm volũtatẽ nr̃ã cõformare debem⁹ volũtati diuine: z ꝙ volũtas dei in oib⁹ z sup oia sit nobis accepta: eo ꝙ coꝛ xp̃i vulneratũ est amoris vulnere ꝑpter nos quatin⁹ nos p amorẽ reciprocũ intrare possim⁹ ꝓ ostiũ late ris ad coꝛ ei⁹: z tibi oẽz amorẽ nr̃m ad suũ di uinũ amorẽ counire: vt sicut ferrũ cãdens cũ igne invnũ redigat̃ amorẽ. Hõ em̃ oia: de side ria sua dz fundare et ordinare in deum amo re xp̃i: qz pedib⁹ p quos affect⁹ accipiunt̃ est crucifix⁹: z in oib⁹ bonis opib⁹ se exercere: ac cũcta mala opa deuitare amore xp̃i: qz man bus p quas opa accipiunt̃ crucifix⁹ est: hoc ẽm ꝥo volũtatẽ suã cõformare volũtati diuine ꝓ illo amoris vulnere qõ i cruce ꝓ hoie accepit cũ invincibilis amoris sagitta coꝛ suũ melli fluũ pforauit. Per istud vuln⁹ quasi p ostiũ amoris Aug. intrauerat cũ dicebat. Lõgius inq̃t aperuit mihi lat⁹ xp̃i lãcea: z ego intra ui: ibi reqesco secur⁹. Clani z lãcea clamant mihi ꝙ vere recõciliat⁹ sum xp̃o si eũ amaue ro. Ad cõformandũ se huic articulo rememo ret hõ ꝙ superexcellẽtissimũ amorẽ xp̃s i aptio ne lateris sui nobis ostenderit in quo nobis

Efficacia sacramẽtoꝝ. ſ. Pet. ſ.

Ezech. xxxvj.

Miraculũ aque et sãguinis defluẽtis.

Documenta tria.

Oꝛo bti Augu.

Chriſ

Augu.

Aperu

ſignan

ter di

ctum.

Sacra

mẽta ſ

luti ne

ceſſaria

Augu.

Beñ. v

Augu.

Latro

nis ba

ptiſmꝰ.

Augu.

W

Confoꝛ

matio.

aditū patulū ad cor eius dedit. Festinet ergo ho intrare ad cor xpi: ac recolligat oēz amorem suū z cognat amori diuino reuoluendo i mēte sua documēta pmissa. Recogitet etiā hō quāta charitate xps ex latere suo nobis profuderit sacramēta quib⁹ intrem⁹ ad vitā eternā: vel als sicut dns meditāti vel oranti deuotionē ministrabit. Jesu q̄ lat⁹ corpis tui mortui lācea apiri: z exinde sanguinē z aquā exire voluisti: vulnera q̄so cor meū lācea charitatis: vt tuis dign⁹ efficiar sacramētis q̄ de eodē sacratissimo latere pfluxerūt. In aptura lateris tui dñe apuisti electis tuis ianuā vite. Hec porta tua dñe iusti intrabūt in eā. Noli dñe q̄so imiq̄tatū mearuz recordari: vt ppter eas mihi claudas aditū istū quē petōrib⁹ z penitētib⁹ paradisi. Et lz istud vuln⁹ lateris nō senserit xps: qz mortu⁹: btā tn virgo mater ei⁹ bene sensit: cui⁹ felissimā aiaz crudelis illa lācea tūc trāsfixit. Tūc ipa deficiēs z quasi mortua cecidit inter brachia magdalene in terrā. Uides q̄tēs hodie mortua est. Totēs certe q̄tēs videbat ō filiū fieri nouitatē. Uñ nūc pfecte vificata est i ea symeonis pphetia q̄ sibi dixerat. Tuā inq̄t ipi⁹ aiam gladi⁹ pertransibit. Ex hac cordis xpi scissiōe a cui⁹ arcano tāq̄ a fonte pcū nre salutis copiose est effusum: merito etiā ad cōpatiēdū z amādū vulnerat cor nrm: qz hic maxie apparuit q̄ copiosa apud euz redēptio fuerit. vñ Ber. Ad cum ulū postremo pietatis tradidit in mortē aiam suā: z de ppio latere ptulit pcū satisfactiōis quo placaret patrē: per qō illū plane ad se versiculū traxit. Apud dñm mia z copiosa apud eū redēptio. Prorsus copiosa: qz nō gutta: sed vnda sanguinis largiter p quinq̄ partes corpis emanauit. vñ Ansel. Adhuc aūt attenti⁹ eundē intuere q̄ grādi z tenerrima cōpassiōe dign⁹ appareat. Ui de nudū z verberib⁹ laceratū: in medio latronū cruci ignominiose ferreis clauis affixuz: acetor felle potatū: z post mortē lācea in latere vulneratū: z copiosos sanguinis riuos ex quinq̄ vulneribus manuū: pedūq̄: z lateris effundentē. Fletū deducite oculi mei z liquesce aia mea igne cōpassionis sup contritione amabilis viri hui⁹: quē in tanta māsuetudine tātis vides affectū doloribus. hec Ansel.

Quinq̄ aūt vulnera sibi infligi pmisit vt humani generz quinq̄ sensus a diabolo captos vulnerū redimeret. Xps q̄ppe hodie p nobis sāguinē suū fudit pīssime: plenissime: z acerbissime.

morā passi: mox reuersi sunt in hierusalē: vide hic discipuloꝝ diligētiā ꝛ fidei feruorē ad reuelandū resurrectionē: q̄ tarda. s. vespertina hora aut mēsa seu fatigatione itineris nō detētie remoto iudeoꝝ timore ad ānūciādū apl̄is resurrectionē dñicā: ꝛ q̄ de ea ivia cōparerēt cucurrerunt impigri. Nec mirū si eadē die ꝛ hora surrexerūt. erat enī dies boni nūcij: ꝛ ideo timere poterāt si differrētvsq̄ i mane illud q̄ timebāt illi q̄ dicebāt: ℔ dies boni nūcij est si tacuerim⁹ ꝛ noluerim⁹ nūcia revsq̄ mane sceler̄ arguemur. Predicatio ei nō est differēda ꝛ ea q̄ sunt ad salutē cōez nō sūt tacēda sz reuelāda. Exēplo plati moti ad diligetiā p̄dicatiōis dñi accēdi. [Et inuenerūt] in mōte syon subt⁹ cenaculū [cōgregatos] ꝛ inclusos ꝓpter metū iudeoꝝ ꝛ ꝓpt dñice resurrectiōis gaudiū q̄ pri⁹ dispsi fuerāt ꝓpter metū iudeoꝝ ꝛ ꝓpter passiōis metū [vndecim] ꝛ q̄ cū ipis erāt dc̄. lxxij. discipulis loquētes mutuo ꝛ [dicētes] ipsis duobus [q̄ resurrexit dñs vere ꝛ appuit symoni. Et ipi] duo ad maiorē certitudinē faciēdā dc̄ resurrectione ecōuerso [narrabāt illis q̄ gesta erāt in via] ꝛ apparitionē factā eis [ꝛ quō cognouerūt eū i fractiōe panis.] Sz q̄dā ex eis nec istis duob⁹ nec alijs credebāt ex q̄b⁹ vn⁹ thomas erat. Cōsidera mō quāta ibi leticia fuerit dū isti ꝛ illi vicissim sua gaudia nūciarēt. Et dū ℔ loq̄rent adinicē eximit thomas inde. Quo egresso dū adhuc alij colloq̄rētur de his q̄ audierāt ꝛ viderāt: ꝛ [cū sero iā esset die illa] p̄dicta sc̄z [vna sabbatoꝝ]. i. prima post sabbatū q̄ est dñica hoc ē eadē die resurrectiōis dñice [ꝛ fores]. i. ostia q̄ fores dicuntur: q̄ de domo ducūt foras [essent clause ꝓpter metū iudeoꝝ] q̄d etiā diuina reuelatione est factū: vt. s. iesus itrās ad discipulos ianuis clausis manifestaret eis virtutē sue potestatis ꝛ gl'iosi sui corp̄is: venit dñs iesus ad discipulos a desiderio eoꝝ vocat⁹ indutus albissimis vestimētis gl'iose resurrectiōis sue ꝛ nouitatis. ꝛ intrās ad eos ianuis clausis [stetit in medio eoꝝ] vt videret ab oibus: q̄ congregati erāt in nōie ei⁹. ℞m Bedā. ideo sero appuit: q̄ tūc maxie timidi erāt. ꝛ ℞m Theo. p̄stolabat: vt oēs cōuenirēt: ostijs ꝛo clausis vt se corp⁹ gl'iosum cui aliud nō resistit habere ostēderet. Ipse etiā ad cōgregatos venit ꝛ spirit⁹ ad cōgregatos descēdit: q̄ xp̄s ꝛ spūs sanct⁹ nō nisi in charitate cōgregatis assunt. [Stetit in medio] vt oēs eū certitudinaliter agnoscerēt: et oēs cōsolationē sue p̄ntie reciperēt. ¶Et nota q̄ sicut dicit Salust⁹ medi⁹ loc⁹ est dignitatis ꝛ debet honorabilioribus ꝓpter q̄d xp̄s stetit i medio discip̄lorū sicut soliter sydera vt eos illumiaret sicut flos inter lilia vt eos decoraret sicut princeps iter milites vt eos roboraret sicut magr̄ inter discipulos: vt eos informaret sicut pater iter filios: vt eos cōcordaret: sicut cor iter mēbra vt eos vivificaret: ꝛ sicut cōis amic⁹ vt oib⁹ eis se cōicaret. Unde q̄n sumus plures aliquē diligentes si supuenerit statuim⁹ eū i medio vt singuli possim⁹ ei⁹ frui p̄ntia. Est aūt ibi altare in loco vbi dñs ꝛ tūc stetisse. Cōsiderādum est hic q̄ de se colloquētib⁹ dñs in medio stetisse ꝛ: vt intelligam⁹: q̄ eū nobiscū habitātē habebimus si quotiēs in vnū cōgregamur ea q̄ ad eius laudē ꝛ nostrā salutē pertinēt agim⁹ iuxta q̄d ait vbi fuerint duo vel tres cōgregati in nōie meo: ibi sum in medio eoꝝ. ¶Q̄n aūt iesus saluator ad discip̄los venit ip̄i erāt in timore: sero factū erat in vnū erāt cōgregati ꝛ fores erāt clause. In quib⁹ quatuor insinuant nobis valde necessaria vt saluatorem quē expectam⁹ suscipe mereamur. Primū est timor q̄ domū ꝓscientie mūdat. ℔ illud Eccli. Timor dñi expellit peccā: nā q̄ sine timore est nō poterit iustificari. Scōm est cōtemp⁹ vane gl'ie: q̄d significat in hoc q̄ sero factū erat ad eū cum dñs venit cui lux mūdane gl'ie occubuit: ꝛ q̄ vere eā contēnit. Tertiū est vnitas: q̄ erāt in charitate cōgregati. nō ei visitat saluator hoies discordes. vñ apl's. Pacē habete ꝛ de⁹ pacis erit vobiscū. ¶Quartū est stabilitas qua aliquis in domo cōscientie manet nō curiose exterius euagādo vnde fores sensuū claudēde sunt: ꝛ sic saluator est expectandus: ꝓ istos ꝛo discipulos in vnū forib⁹ claus-

B Janue clausis cōgruenit.

Beda. Theo.

Medi⁹ locus.

Wath. xviij. C

Jesum suscipere volēti q̄tuor necessaria.

ij. Cor. xiij.

Pax cuz sis congregatos significatur religiosi cū fo-
Discipu- rib⁹ quinqz sensuū clausi quib⁹ dñs sepe ap-
lis dñi paret eosqz sua visitatione cōsolat⁊ letificat.
Qualis [Et dixit eis pax vobis] non pax ipis: qz ex
sit. ponēdi erāt multz tribulatiōib⁹: sz pax pecto
ris ⁊ pax eternitatis. pria in presenti. scda in
futuro. De vtraqz dr in ioh̄ane. Pacē scz pe-
ctoris relinquo vobis in pñti: pacez meā: scz
eternitatz que est spāliter pax mea do vobis
Papa i. cito dabo. dicit g̊ [pax vobis] scz recōcilia-
pax vo- tionis quā ad deū factā nūciauit ac charita-
bis i pn tis ⁊ vnitatis quā eis seruādā precepit. itēqz
cipio di- eternitatis ⁊ immortalitatis quā eis futurā
cit. pmittit: pacē offert qui ꝓpter pacē venerat:
Cōican- vnde pōtifex ꝓcip⁹ spōsus eccl'ie in psona
di cōsue xp̄i sicut spālis vicar⁹ eius dicit. Pax vobis
tudo. cū in missa prio se vertit ad pp'm: qz hec fuit
prima vox xp̄i ad discipulos post resurrectio
nē: istar ꝫo alioꝝ sacerdotū dicit postea: dñs
vobiscū vt se vnū ex nobis ostendat. Cū autē
eccl'ia p̄mitiua quotidie ⁊ gñaliter ⁊ post tm̄
diebus dñicis: post ꝫo tm̄ in trib⁹ solēnitatib⁹
cōicaret corpori ⁊ sanguini dñi nunc eccl'ia p
osculū pacis quo designat vnitas eccl'iastica
cōicat in missa spūaliter ⁊ si nō sacramētal'r.
Et pulchre resurgēs a mortuis dñs p̄mo pa-
cē discipulis cōmēdauit: vt illos ad sui visio-
nem peruēturos esse demonstraret qui pacē
⁊ cōcordiā corde ⁊ corpore seruāt. Ex quo pz
q̄ illi sunt pacifici qui vere sunt xp̄i disciꝑi.
Chriso. ām Chriso. Discipulis dixit pax vobis: quia
Pacifici preliū inexpugnabile ad iudeos habebant:
sunt di- mulierib⁹ aūt gaudiū euāgelizat: qz in trist-
scipuli. tijs gen⁹ illud erat alternatiz: igit̄ virtꝰ q̄dā
ꝓpter preliū pacē mulierib⁹ propter tristitiā
euāgelizat gaudiū: ⁊ ne discipuli eū aliū vel
fantasma putarent subiūxit [ego sum]. s. in
psona ꝓpria nō res fantastica seu illusio dia
bolica [nolite timere vel dubitare: quidā ꝫo
ex ipsis [cōturbati] pre stupore ⁊ admiratio
ne [⁊ conterriti] pre timore seu q̄dā naturali
horrore q̄ viui solent mortuos horrere [exist-
mabāt se spm̄ quē i passiōe emiserat] nō car-
nē [videre] nōdū em̄ credebāt: vel tertia die
verā carnez potuisse de sepulchro resurgere
vel resuscitatā clausis ianuis ad eos posse i
trare: diuina aūt ꝓuidētia pmissi sunt dubi-
tare ad maiorem certificationē fidei de dñica
resurrectiōe. [Et dixit eis. Quid]. i. qua de
cā [turbati estis ⁊ cogitatiōes ascēdūt] quasi
ab infimo tāqz false ⁊ fantastice nō desup de
celo descēdētes tāqz ꝫer bone [in corda vr̄a]
infirma ⁊ dubitātia: ⁊ qz ad illud corꝑ⁹ qō vi-
D dere poterat fides intuētiū dubitabat⁊ veri-
Dubita tatē carnis ꝓbaret exhibuit eis manus ⁊ pe-
re cur des ꝓ des ⁊ lat⁹ ad videndū ⁊ palpādū declarās q
missi. ipe q̄ crucifixus mortu⁹ ⁊ lanceat⁹ fuit in illo
eodez corpe surrexit. [Uidete inquit manus
meas ⁊ pedes: qz ego ipse sum]. q. d. p hmōi
cicatrices potestis ꝓcipere: qz ego suz q̄ pas-
sus fui ⁊ resurrexi. Per cicatrices em̄ rema-
nētes oñdit q ꝓ erat idē corꝑ⁹ nūero. Resurre-
ctio ei ꝫa ē eiusdē i nūero iterat resurrectio.
Palpate ⁊ vide qz spūs carnē ⁊ ossa nō hz sicut
me videtz habere. q. d. Per hoc potestis ēt co
gnoscere me habere corꝑ⁹ verū non fantasti
cū. Ad dubitantiū em̄ corda sanāda vulnerū
seruata sunt vestigia: ⁊ ideo vulnerū cicatri-
ces oſtēdit: vt dubietatis ⁊ infidelitatis eorū
vuln⁹ sanaret. Oſtēdit g̊ man⁹ vt incitaret ad
pugnādū. q. d. Uidete man⁹ quib⁹ ꝓ vobis fi-
del'r pugnaui has vobis: ideo oñdo vt ⁊ vos
pugnetz: qz sine pugna victores nō eritis. Ui
riliter g̊ agite: qz vincēti dabo sedere mecū in
throno meo. Oſtēdit etiā lat⁹ vt ꝓuocaret ad
amandū. q. d. Uidete lat⁹ aptū cor vulneratū
vt videatis q̄tū dilexeriz vos vt ⁊ vos me di
ligatis. Oñdit⁊ pedes vt stabiliret ad pseue
rādū vt ab inceptiōe bone vite nō desistam⁹.
Unde pseuerātia vel stabilitas est qñ homo
nec minis: nec amore: nec timore: nec commo
do: nec incōmodo a bona vita vel a p̄ceptis
vel a voto qō vouit retrahit. Sunt aūt q̄nqz
principales diaboli impugnātes nos contra
quos debem⁹ esse fortes. Prim⁹ est amor cul-
pe ⁊ iniustarū rerū: vel amor carnis vel amor
honoris q̄ in quorūdā cordib⁹ est ita fortis q̄
p eo celestē gloriā deserūt. Secūd⁹ est timor
diffidentie q̄ etiā multos ipugnat quasi dñs
nolit eos iuuare q̄ possunt, in bono pseuera-
re. vel q̄ nō possint sustinere durā pniam: cū
tñ deberēt sustinere durioꝛē gehēne penam.
Tert⁹ est dolor delectatiōis carnis vel mūdi
dimittēde vel iā dimisse. O miser quid facis
morbū eligis ꝓ sanitate: mortē ꝓ vita: tristi-
tiā ꝓ leticia: penam sempiternā ꝓ gloria.
Quart⁹ est pudor opationis bone qñ q̄s cogi
tat q̄ homines deridēt eū si hūili veste incedit si
ieiunat orat peregrinat ⁊ sīlia facit. Quint⁹
est spes venie qñ q̄s dicit deus est misericors
nō de facili nos dānat⁊ xp̄iani sum⁹. horum
spes cōfundit: qz spes est certa expectatio fu
ture beatitudinis ex meritis ꝓuenientis: sz isti
q̄ carēt meritis nō ꝓprie sperāt sed p̄sumūt.
Hoc aūt q̄ se palpabilē p̄buit factū est mira-
culose: qz corꝑ⁹ dñi incorruptibile ⁊ imortale
a corruptibilib⁹ ⁊ mortalib⁹ natural'r palpa
ri est ipossibile: miro g̊ ⁊ ineffabili mō. ꝫ Gre
go. Corꝑ⁹ suū palpabile p̄buit vt reformaret
nos ad fidē: ⁊ corruptibilē demōstrauit vt in-
uitaret ad p̄miū siue ⁊ palpabile exhibuit et
incorruptibile vt ostēderet se eiusdē esse natu
re cui⁹ fuerat añ passionē. i. carnē hr̄e ⁊ alte
ri⁹ gl'ie. i. eādē carnē incorruptibilē eē. Et qz i
dñi resurrectiōe nr̄a gñalis resurrectio ē ꝑfi
gurata ostēdit p hoc nr̄a corꝑa post resurre-
ctionē ita eē incorruptibilia ⁊ subtilia p affe
ctū spūalis potētie vt possint esse palpabilia
alꝫsīl'ib⁹ corꝑibus per veritatē nature. Caro
em̄ nr̄a absqz corruptione vel fragilitate mor-

E
Demo-
nes. v. p̄
cipue tē
tantes.
Amor.
Timor.
Dolor.
Pudor.
Spes.
F
Palpa-
tio gl'io-
si corpis
miracu-
losa est.
Grego.
Palpa-
bilia q̄
buserāt
corꝑa
gl'iosa.

tis in veritate substantie est resurrectura. vñ
Beda. Beda. Parū fuit oculis se vidētiū ꝑbere: si nō ꝑberet etiā manib⁹ ꝓtrectandū q̄ dū palpāda discipulis ossa carnēq; ꝓmonstrat apte statū vere resurrectiōis q̄ et in se facta ē ⁊ in nobis
Grego. est futura sīgt. vñ ⁊ Grego. Nō em̄ in illa resurrectionis gloria corpus nostrū erit impalpabile: ⁊ ventis aereq; subtilius vt ent̄ius dixit: sz subtile q̄dē ꝑ effectū spūalis potētie: palpabile aūt ꝑ veritatē nature. Sed vt dicit
Augu. Augu. Claritas qua iusti fulgebunt sicut sol
Claritas fulgida nō defuit sz occulta fuit i corpore xp̄i in regno p̄fis sui in xp̄i corpe cum resurrexit ab oculis discipulorū potius abscōdita fuisse q̄ defuisse credenda est: nō em̄ eā ferret hūanus atq; infirmus aspect⁹ qñ ille a suis ita deberet attēdi vt posset cognosci. Et cū q̄dā eor adhuc dubitarēt perūt ab eis si aliq̄d mādu
candū haberēt vt ꝑ comestionē meli⁹ resurrectionē astrueret. [At illi obtulerunt ei partē
Oblata dño ad comedēdum. piscis assi] cui⁹ forte iā aliā ptē comederant [⁊ fauū mellis] fuerūt aūt ei hec duo cōpetēter oblata: ipse em̄ erat piscis assus ꝑ nature humane passionē: sed fauus mellis ꝑ nature diuine dulcedinē. In fauo q̄ppe mellis vtraq; natura sue ꝓpone exprimit: fauus em̄ est mel in cera: hoc est diuinitas seu diuinitatis dulcedo in hūanitate. Hec āt duo dño oblata significāt duo q̄nos debem⁹ dño offerre. s. piscē assū ꝑ carnis mortificationē: ⁊ fauū mellis ꝑ mētis deuotionē: vt i cibo suo dñs pisci assoꝑiungi voluit fauū mellis: q⁹ ipse vt piscis latere dignat⁹ est in aq̄s hūani gñis ⁊ tūdi mūdi fluctib⁹ ac capi laq̄o nr̄e mort̄ ⁊ assari igne ⁊ tribulatiōe sue passionis: ⁊ decoq̄ in ara crucis. Et q̄ piscis ass⁹ fuit i passiōe: fau⁹ mellis ⁊ melle dulcior nobis extitit in resurrectione. Piscē g̃ assum ⁊ fauū mellis ei offerūt q̄ fidē passionis ⁊ resurrectiōis eius tenent. vel ꝑm
Theo. Theo. Per piscē assum sīgt vitā actiuā cōsumētē nr̄am hūiditatē labor̄ prunis: cōtēplationē v̄o sīgt ꝑ fauū mellis ꝓpter dulcedinē eloquior̄ dei: ⁊ māducauit cor̄ā eis: ꝑ q̄ oñdit se hr̄e corpus viuū ala vegetatiua alatū. Manducauit q̄dē nō q̄ tūc cibo carnali fustētari indigeret: sed vt in veritate carnis se resurrexisse monstraret: q⁹ comedere ꝓprie ad
Beda. corp⁹ nō ad spm̄ ꝑtinet. vñ Beda. Ad insinuā dā resurrectionis sue veritatē: nō solū tangi a discipulis sed etiā conuesci cū illis dignat⁹ nō q̄dē q̄si post resurrectionē cibo indigens: nec q̄si nos in resurrectiōe quā expectam⁹ cibis egere significās: sed vt eo mō naturā corporis resurgētes astrueret ne illud non corp⁹ sed spm̄ arbitrarent⁹ sibi nō solide: sed imaginabl⁹ apparere. ¶ Scōm sensuz g̃ literalē
Certificatio de resurrectione ꝑ tria. certificauit eos de sua resurrectione ꝑ tria. Prio ꝑ visum dicēs. [videte man⁹ ⁊ pedes q⁹ ego ipe sum.] Scōo ꝑ tactū di. [Palpate ⁊ videte: q⁹ spūs carnē ⁊ ossa nō hz.] Tertio per gustū cū dicit. [Habetis hic aliq̄d quod mā-

ducet.] Mystice v̄o christū resurrexisse videt q̄ resurrectiōis ei⁹ gloriā meditant. Iꝑm tāgūt ⁊ palpāt q̄ sibi charitate copulant: piscē assum offerūt q̄ passiōnē ignē tribulatiōis ꝛ coctā hñt ꝑ noīe xp̄i: sz illi offerūt fauū q̄ membris ei⁹ exhibēt opa pietatis [⁊ cū māducasset cor̄ā eis dedit eis cibos reliq̄as]. s. ad maiorē ꝓbationē q⁹ vere resīduū māducasset et ad insinuādū q⁹ suā passionem eis imitādā esse ostēdit q̄ amara est in dolore corpis: sed dulcissima in gl'ia remunerationis: illos g̃ in suo corpore ad eternā requiē suscipit q̄ cū hic tribulatiōes ꝑ deo sentiūt ab amore interne dulcedinis nō recedūt: q̄ hic ꝑ veritate quasi piscis afflictiōib⁹ assant illic quasi fauo vera dulcedine eterne btitudinis satiabunt. Deide certificat eos de resurrectiōe ꝑ auditum di. [hec sunt verba]. i. res ꝑ vocē. Uerbū em̄ Uerbū ꝛ
qñq; dicit vox qua ꝑferim⁹: qñq; res quā per vocē significam⁹ [q̄ locut⁹ sum ad vos]. s. supra di. Ecce ascēdim⁹ hierosolymā ꝛc. [cum adhuc esse z vobiscū] scz i carne mortali ante passionis instātiā [qm̄ necesse est impleri] ꝑ rerū exhibitionē [oīa que scripta sunt in lege moysi ⁊ ꝓphetis ⁊ psalmis de me.] In his em̄ trib⁹ vetus testamentū cōprehendit ꝑ hoc q⁹ loquebat sensibiliter ⁊ etiā rationabiliter reducēs ad memoriā q̄ eis dixerat ante mortē suā ostēdit se habere corpus animatū anima sensitiua ⁊ intellectiua et eadē q̄ pri⁹: tunc post predicta [aperuit illis] per gratiā internā [sensuz] ⁊ intellectū: qui scz pri⁹ erat clausus [vt intelligerēt scripturas] ⁊ ex illis cognoscerent resurrectionē suam: sicut ꝑ precedentia ꝓbauit veritatē sue resurrectionis quātū ad humanitatē: sic ꝑ istud illā ꝓbat q̄tū ad deitatem: q⁹ illuminare mētes ignorantiū intellectū sacre scripture: et subito est ipsi⁹ deitatis ꝓpriū. Sicut ante passionē declarauit se verū deū ⁊ hoiem: ita etiā post resurrectionē suā ⁊ [dixit eis] instruēdo ꝑ doctrinā [qm̄ sic scriptū est]. q. d. Bene debetis credere: qm̄ sic scriptū est sicut euenit: ⁊ sic cōtingit sicut scriptū est. vñ subdit [⁊ sic oportebat xp̄z pati scz p. lignū crucis [⁊ resurgere a mortuis tertia die] q⁹ vt dicit Beda ꝑdidisset xp̄s fructū passiōis si nō esset veritas resurrectiōis. Oportebat aut̄ nō quidē ꝑ se: sed pro nobis: vt per suā indebitā passionē a debita pena nos liberaret: ⁊ per suā sanctā resurrectionē nos secū regnaturos oñderet: q⁹ sicut ait ap̄l's. Mort⁹ est ꝓpter pcā nr̄a ⁊ resurrexit ꝓpter iustificationē nostram aperuit eis scripturas. tūc em̄ agnus qui occisus est iudicatus est. esse dign⁹ accipere librū: et per spm̄ deitatis solvere. vñ. signacula ei⁹: hoc est q̄ cūq; scripta sunt de sacramentis incarnatio
Beda. Oportebat xp̄z pati vt nos liberemur a pena.
nis: baptismatis: predicatiōis: ⁊ operatiōis ipsius ac passiōis: resurrectiōis: ⁊ ascēsionis eius. Ex hoc ptz q⁹ sacre scripture nō possunt a deo.
Scptu = rarū intellectio depēdet

sufficienter intelligi: nisi ille aperiat q̄ habet clauē dauid: q̄ aperit ⁊ nemo claudit: ⁊ cur p nobis vt dictū est mori ⁊ resurgere voluit: manifestat cū subdit [⁊ predicari i noie eius penitētiā]. s. ex parte hoīs [⁊ remissionē peccatorū]. s. ex parte dei: cuius solius est peccata remittere hoībus [in oēs gentes] nō in vna tm̄ gente iudeorū: vel in vna parte terrarū: qr nō est acceptio psonarū apud deū. Cōmendata igit̄ sui corpis veritate cōmēdat vt iā dictū est vnitatē ecclesie. qr vt dicit Theo. Non tacebat amplius bipartitū esse humanū gen⁹ ⁊ iudeos ⁊ gentiles. A penitentia ergo sicut et xp̄i: sic ⁊ precursoris ⁊ apostolorū incepit predicatio: ⁊ ne aliquis p̄pter magnitudinē peccatorū desperaret de venia subiunctū est incipientibus ab hierosolyma. Hierusalē em̄ est in medio terre habitabilis: et ideo cōuenienter ab illa incepit predicatio euāgelij: ⁊ p xp̄i discipulos circūquaq̄ p orbem dispersos in omnē terrā exire sonus predicationis eorum. vñ dicit Theo. q̄ ideo vt oēs in vnū vnirent mandauit incipere sermonē a hierusalē ⁊ ad gentes terminari nullus ergo pre magnitudine peccatorū suorū remissionē se posse p̄sequi desperet: qñ ipsis hierosolimitis cognoscit indultū q̄ cruentis manibus ⁊ mendacibus vocibus ipsum sanguinē p quē genus humanū redēptū est effuderūt. vñ p̄m Bedā. Incipiūt ab hierosolyma non solū qr credita sunt illis eloquia dei ⁊ eorū adoptio filiorū ⁊ gloria: verūetiā vt gentes varijs erroribus implicate hoc maxime iudicio diuine pietatis ad spem venie p̄uocent q̄ eis q̄ filiū dei crucifixerunt venia cōcedit. vñ Chrī. Insup ne dicerēt aliq̄ q̄ omissis notis iuerunt se ostētaturos ad extraneos: ideo primo apud ipsos occisores pādunt resurrectiōis insignia: in eadē ciuitate in qua rupit temerarius ausus. Ubi enim crucifixores credere vident resurrectio plurimū demōstrat. Et qr añ passionē eis dixerat: iterū videbo vos ⁊ gaudebit cor vestrū ℔ nūc ope oñdit impletū. vñ sequit. [Gauisi sunt g discipuli viso dño] .i. agnito: et qui añ erant tristes ⁊ sic expauefacti letāt cor̄a eo p̄solari: q̄s em̄ sine magno gaudio videret tm̄ pietatis spectaculū. Ostendit manus clauis pforatas quibus operatus est salutē in medio terre pedes q̄b⁹ p̄dicando discurrit: ⁊ in itinere lassatus fuit latus: ex quo sacramēta redemptionis p̄fluere fecit: in q̄b⁹ oīb⁹ ad dubitantiū cor̄da sananda vulnerū sunt seruata vestigia: ⁊ iō in talib⁹ signis pietatis [gauisi sunt discipuli viso dño] qr iste visus nō potuit esse sine maxima leticia et gaudio. Et sic duplex eorū tristicia est amota. s. de morte xp̄i ⁊ metu iudeorū: erāt ei p̄turbati de ipsius xp̄i morte ⁊ de iudeor⁹ p̄secutiōe eis imminēte: poterat q̄ eos p suā p̄sentiā custodire ⁊ de sua resurrectione certificare. [Dixit g eis iterū pax vobis] geminat pacē p̄pter duo p̄cepta charitatis: scz dei ⁊ primi. geminā em̄ pacē seruāt q̄ hāc geminā dilectionē h̄nt: siue iō repetit: qr ipse est q̄ vtraq̄ vnū fecit. Iterat etiā pacē vt mōstret p suū sanguinē esse pacificata q̄ in celis et q̄ in terra sunt. q. d. Pacē relinq̄. i. reliq̄as pacis. s. pectoris i p̄senti. do vobis pacē mea. s. eternitatis in futuro. do. i. dabo vobis et hāc pacē itero: vt ostēdā vos deo recōciliatos hominē angelis hoīem h̄o: vt hō deū diligat: ⁊ hō hoīem p̄pter deū. ⁊ p̄m Chrīso. Simul q̄z demōstrat crucis efficaciā p quā soluit oia trista: ⁊ cōtulit oia bona ⁊ h̄ est pax. Deide subiungit. [Sicut misit me p̄r] ad veritatē fidei docēdā i iudea [⁊ ego mitto]. i. mittā vos ad hāc veritatē publicādā p totū mūdū. Meos vicarios vos cōstituo: mea vice vobis mādo meū officiū vob̄ cōmēdo ad docēdū: ad p̄dicādū: ad baptizādū: ad meū ⁊ p̄ris nomē glorificādū [vos mitto] mediū ⁊ mediatorē se ostēdit cū ait. ille me ⁊ ego vos. misit de⁹ p̄r filiū suū qñ eū incarnari cōstituit. misit filiꝰ apl̄os qñ eos ad p̄dicādū incarnationē eādē p orbē vniuersū direxit: ⁊ sicut p̄r amās filiū misit eū in mūdū ad p̄suras ⁊ passionē tolerādas p salute fideliū. Ita ⁊ filiꝰ amās apl̄os misit eos ad malā ⁊ passiōes tolerādas p suo noīe nō ad mūdi gaudiū. vñ Grego. Itaq̄ ōr sicut misit me p̄r et ego mitto vos. i. ea charitate vos diligo cum inter scādala p̄secutor̄ mitto qua me pat̄ diligit quē venire ad tolerādas passiōes fecit: ⁊ qr executio huiꝰ officij nō pōt cōuenienter fieri sine gratia spiritus sancti: ideo [cū hec dixisset insufflauit in eos ⁊ dixit. Accipite spm̄ sctm̄] insufflando spm̄ dedit vt scirēt esse ostenderet qui in facie primi hoīs spiraculū spirauerat: vel certe vt ostenderet spm̄ sanctū a se p̄cedere sicut p̄cedit a patre: ⁊ nō patris soli⁹ sed suū esse. Flat⁹ em̄ p̄cedit a flāte: nō tm̄ est intelligēdū q̄ hmōi flat⁹ xp̄i fuerit spūssanctus sz signū ei⁹. vñ Aug. Flat⁹ ille corporeus substātia spūssancti nō fuit: sz demonstratio p cōgruā significationē: nō tm̄ a patre: sz etiā a filio p̄cedere spiritūsctm̄. hec Aug. vñ cōsuetudo ecclesiastica obtinuit: vt in eor̄ facie qui p gratiā spūssancti regenerādi sunt a sacerdotib⁹ insufflet̄ur: ⁊ quia per spm̄sanctū remissio peccator̄ tribuit̄: qui est fructus ⁊ effectus spūssancti recte post eundē spm̄ datū discipulis ōr. [Quorūz remiseritis pctā remittunt eis: ⁊ quor̄ retinueritis retēta sunt.] Ubi dedit eis potestatē ligādi ⁊ solūadi ministerio nō auctoritate eos quor̄ peccata ip̄i remiserint vel retinuerint. i. retinēda iudicauerint: vel nō remiserint. hoc tm̄ intelligēdū est qñ iudiciū eccl'ie diuino iudicio cōformat. vñ Augu. Ut euidētius ostēderet dominꝰ a spiritusancto quē donauit fidelib⁹ suis dimitti peccata non meritis hoīm continuo subiecit si cui dimiseritis peccata dimit-

Ecclesie vnitas. Theo.

Hierusalē situs.

Beda. Cur ab hierosolyma cepta p̄dicatio. Chrīso.

Gaudij cause.

Pacem cur geminat.

Chrīso.

Missio apl̄or.

Grego.

Spūsācti cur i sufflādo dedit.

Augu.

Remitē di ptās.

tūtur ei: hoc est spūs dimittit non vos: spūs aūt deus est: deus aūt dimittit nō vos deꝰ ergo habitās in tēplo sancto suo. i. sanctis fidelibꝰ in eccl'ia sua p eos dimittit pctā: qz vna tēpla sunt. hec Aug. Licet ḡ solus deus principaliter pctā dimittat: tñ ministri eccl'ie per virtutē clauiū ad hoc ministraliter operantur: dimittunt aūt pctā in eccl'esie vnitate et charitate cōstitutis: sz nō alijs. vñ Aug. Eccl'esie charitas q̄ p spūmsanctū diffundit i cordibus nr̄is participū suoꝝ pctā dimittit eoꝝ aūt q̄ nō sunt pticipes tenet. Hec Aug. Ptās ergo cōficiēdi corpꝰ xp̄i data fuit discipulis i cena: qñ dñs dixit. Hoc facite i meā cōmemorationē: sz clauiū potestas sup corpus xp̄i mysticū q̄ promissa fuit petro: z in petro ceteris post iterū expresse alijs hec eis collata fuit. ¶Et no. hic dñm apl'os ordinasse episcopos vñ Aug. Nemo tūc dubitat dñz apl'os episcopos ordinasse cū insufflās eis dixit: accipite spūm sanctū: quoꝝ remiseritis pctā remittūt eis: z q̄ꝝ retinueritis retēta erūt. Uides quō oia ista sunt plena iocunditate z letitia z hic nūc esse magnū pascha. o qualis domuncula in qua fiunt ista et q̄ gloriosum habitare in ea. Ex hoc facto apparitiōis dñi tria spiritualiter z mystice accipiunt q̄ i aia fideli apparitionē z presentiā verbi eterni mētaliter flagitante exigunt. Primuz est aie ab oi ope exteriori vacatio qō notat per diē sabbatoꝝ: per sabbatū em̄ requies significat quo iudei ab oi opere vacabāt. ¶Scōm est virtū ab oi specie extranea custoditio qō notatur per fores clausas: fores em̄ aie sunt sensus corpis z vires aie. ¶Tertiū est virtū oim ad intima re collectio qō notat p discipulorꝝ congregationē: vires em̄ aie sunt quasi q̄dā discipl'i sub magisterio verbi eterni. Sz dñs nō venit ad animā nisi de sero ꝓpter qō vr cum esset sero per sero intelligit pfectio boni opis: nō enim initio boni opis dñs apparet: sz sero post q̄ sol diuine gratie cursum suū in pfectione operis pegit: tūc deꝰ hoi se ostendit. ¶Jesus aūt veniēs in animā operat ibi q̄ꝝ. Primo statim medio discipulorū omniū videlz virtū i. in initio aie quem inhabitat: z ipsam essentiam anime que mediū est omniū potētiarū p gratiā pficit z fecūdat cōferēdo sibi esse diuinū. Scdo annūciat discipl'is pacē: ecce q̄b loquit pacē: q; discipulis. Esto z tu discipl' disciplinę xp̄i capax z audies. Tertio ostēdit eis manus z latus conferendo: scz eis z diuinas operationes que per manus et affectiones: que per latus vbi cor latet designantur. Quarto facit gaudere discipulos excitādo: videlz in eis gaudiū internuz: qz gauisi sunt discipuli viso dño. Quinto insufflat dādo eis spūm vuificatiōis ad nouā vitā: vt viuant tā sibi q̄ alijs ad salutē. Sed dñs cū discipulis tūc parū stetit: qz multū sero fuit: tamē forte etiā ipsi cogerūt eum aliquātulū plus stare rogantes ne sic cito recederet: nec hoc dño displicebat. tenet em̄ vult prout supra dictum est. Tandē benedicens discessit ab eis. Cuiꝝ ab eis euanuisset redijt thomas q̄ ante dñi aduētum exierat [dixerūtq̄] ait leto [alij ad eū] nūciātes ei bonū nūciū [vidimꝰ dñz] sic em̄ ante passionē appellauerūt eū. Qui dixit se nō creditur̄ū nisi videret: z etiā tāgeret cicatrices vulnerū: vt si visus deciperet saltē tactus nūciaret veritatē. Uolebat certificari duplici sensu. s. visu z tactu. Jsti em̄ duo sensus sunt qui minus decipi possunt: tanta q̄ppe viderat mortis supplicia q̄ resurrectiōis z vite nō poterat accipe argumēta: nisi nō solum visu: sed tactu peiperet ea. vnde Chrisꝰ. Alijs em̄ grossior existens eā q̄ z per sensum grossissimū. s. tactu querebat fidē z neq; oculis credebat. Remāserūt aūt discipuli famelici z sitibūdi de dño suo: de quo tātā copiam habere cōsueuerāt: z eū sepe suspirijs z desiderijs reuocabāt. Uidisti quotiēs hodie pascha habuisti: nā oēs p̄dicte apparitiōes in die resurrectionis fuerūt de quibꝰ tñ quinq; in euāgelio scripte sunt: et has q̄nq; repētat sacerdos in missa q̄nq̄es se vertēs ad pp'm: z quasi p apparitiōe repētās eis vultū: sz tertia ꝛsio est cū filētio q̄ significat tertiā ex his apparitionē factā petro: qz nescit vbi vel qñ facta fuerit hec apparitio. Per hoc etiā eas repētat q; q̄nq̄es dñs vobiscū dicit: sed forte audisti: nō tñ sensisti: qz nec forte in passione cōpassionē habuisti. credo em̄ q; si in passiōe cōpati scires: z mentē vnitam z non sparsam ad secularia aut superflua vel curiosa habere in qualibet vice sentires pascha: z hoc tibi cōtingere posset qualibet die dñica si mente itegra feria sexta z sabbato te i passiōe dñi preparares. qz ꝫm Apl'm. Si fuerimus socij passionū: erimus z cōsolationū. Tūc ꝟo dñs iesus redijt ad sanctos patres qui cotā eo nō otiose sed vigilāter laudibus insistebāt iocūdātes. Stabāt em̄ in canticis z laudibus oēs sancti patres et angeli coram dño reuerēter alacriter z deuote: ac tanq̄ gloriosi iubilant cōtinue. cōspice igitur eos z tu cū letitia: eis cōgratulare ac disce deū venerari z laudare z sibi gratias agere z sua beneficia recognoscere ac toto conatu ad illā gloriā tēdere non cesses vbi semp in cōspectu dei tui cū tā nobili multitudine in laudibꝰ det pseueres. Oro.

O Alme fili dei patris q̄ foribus clausis apparuisti discipl'is in vnū cōgregatis: obstrue quesso claustra sensuū meorū interioꝝ z exterioꝝ cōtra pericula tentationū sancto timore reuerētie tue mortifica in eis oia mala cū vinculo tue charitatis delicate: z illumina eos cū lumine religiōis diuine vt merear tua leta vi-

Augu.

Ptās cō secrādi data in cena.

Ptās clauiū i die pasche.

Apl'i facti epi.

Z

Aie deū videre volenti necessaria.

Jesus operat in aia q̄nq̄.

Thom aduēt⁹

Christe

M Appa tiōes q̄ q̄ scrip pte.

q̄. Co.

stone consolari: pacēq; pectoris in presenti et eternitatis in futuro te donāte valeā inueni reybi cum angelis ac oibus sanctis z electis tuis te laudare merear sine fine. Amen.

¶ Quō dñs apparuit discipl'is inclusis thoma psente. Capi. lxxviij.

A Joh. xx.



Adueniēte autez octauo die resurrectiōis ter rū apparuit dñs iesus discipulis suis: nā qz nō malicia ꝛ ignorantia thomas dubitauit: noluit pr magr tā dilectū discipulū in infidelitate relinq're: ꝛ ad fidē er reformādā interū dignat' est appere: igit cū in pdicto mōte syō [iterū eēnt discipl'i int' z thomas cū eis] pastor bon' z de pusillo grege solicit' [venit ianuis clausis z stetit i medio eor] vt posset videri ab oib' [z

Pax col egū dū ilat' in medio it.

dixit ill': pax vobis] stetit i medio z dixit: pax vobis nūq̄ pōt esse pax in collegio: nisi plat' sit in medio: ita q; nō plus ad vnā partē iclinet q̄ ad aliā: colūna nūq̄ sustinet edificiū si sit ad ptē ppe parietē z nō i medio oia elemēta pter terrā mouent: qz nō sunt in medio: terra aūt imobilis est: qz i cētro est z i medio: se-

B Pacis cōmēda cio.

pe dñs pacē discipulis nūciat z cōmēdat ac pr suadet hr̄e: qz sine pace ipossibile est deo placere. i eis em q̄ pacē z cōcordiā diligūt habitat de': qz fact' est i pace loc' ei'. pacē veniēs attulit: z hinc abiens pacē reliq̄t: qz tota pfectio xp̄iane vite z religiōis i pace z dilectione cōsistit: cū magna g̃ diligētia debem' eā inq̄rere z studiose obseruare. vñ Grego. nazāzenus. Phi. iij. ij. Cor. xiij. Eph. ij.

Grego. nazāze-nus.

pudeat g̃ nos pacis mun' deserere quā nobis hinc discedēs xp̄s reliq̄t. Pax z res z nomē dulce quā z dei esse accepim'. Iuxta illō. pax dei: z ei' esse deū. iuxta illud. de' pacis: z ipam eē deū. iuxta illud. ipe est pax nr̄a. Pax bonū cōmēdatū ab oib' z obseruatū a paucis: q̄ aūt cā est fortassis ābitio dñij aut facultatū: aut luxur: aut odiū: aut cōtēpt': aut aliq̄d hmōi ex his q̄ dei ignaros videm' incurrere. [Deinde dicit thome] quasi rīdens petitioni eius suppositē [infer digitū tuū huc z vide

Uidere.

man' meas] nō q; in digito sit visus: ꝛ quasi diceret. Tāge hoc z experire. Unde videre in hoc loco p sentire z intelligere ponit' qō gen' locutiōis adeo vsitatū est vt p oēs sensus currere videat: sicut cū dicim' audi z vide q̄ modulate cantat. Olfac z vide q̄ suaue redolet. Palpa z vide q̄ lene sit. Gusta et vide q̄ dulce sit. Uñ in exō. dr. Cūctus pp'l's videbat voces. i. sentiebat.

Uisus. Augu.

Uisus g̃ pter sui certitudinē p oī sensu accipit'. vñ ꝛ Aug. Noīe visus gñal'r alij quatuor sensus cōsueuerūt notari imo etiā aliq̄n p itellectu accipit'. vt cū alicui dicit' vides tu hoc. i. intelligis: vel simpl'r dicit' pōt q; iesus adꝛba thome rīdet: in quo etiā suā dēitatē declarat inq̄tū absens corpaliter eꝛ ꝛba sciebat. Thomas em duplici sensu. s. visu z tactu certificari volēs dixerat [nisi videro in manib' ei' fixurā clauoꝝ z mittā digitū meū i locū clauoꝝ z manū meā i lat' ei' nō credā.] Iesus ꝛo q̄si rīdens dicit ei. [Infer digitū tuū huc]. s. in locū clauoꝝ [z vide manus] pforatas z clauoꝝ fixuras. Deinde subiūgit [z affer manū tuā z mitte in lat' meū] lācea pforatū et cognosce me illū esse q̄ pepēdit i cruce. Magnū certe fuit vuln' illud sacratissimi lateris in q̄ nō digitū. sed manū C mittere debebat. Mystice p digitū significat Uulnē discretio: p manū op' nr̄m monet: g̃ digitū et ris in la manū in locū clauoꝝ z lancee mitte: vt q̄cq̄d tere xp̄i in nobis est discretiōis z opis in seruitiū xp̄i magnificem'. Deinde subdit [z noli esse incredul'] hoc est ad credendū rard' [sz fidelis] q̄ est fide firm': qz in pctō infidelitatis me iterū crucifigis cām mee iterās passiōis hoc dixit iesus: qz thomas dixerat discipulis resurrectionē xp̄i nūciātib' se aliter nō crediturū. Sicut g̃ thomas pre ceteris dubitauit: ita pre ceteris palpare z videre monet. vbi Chrys. Tu ꝛo cū videris decredētem discipulū excogitas dñatoris clemētiā q̄r ēt p vna aia ostēdit se ip̄z vulnera hñtēz acceditvt saluet vnū. nō ei ei stati appet: sz post dies. viij. vt i medio a discipl'is admonit' accēdat ad mai' desideriū z fideliꝛ fieret i futurū. Tūc thomas cicatrices dñi tetigit: z ñ solū corde credēdo: sz ēt ore pfitēdo: qz virūq̄ ad salutē req̄rit: exclamās dī. [Dñs me' et de' me'].

Dñs et deus.

s. tu es [dñs me'] fm hūanitatē in q̄ me sanguie tuo redemisti z cōparasti [z de' me'] fz diuinitatē: qua me creasti z de limo formasti iā nihil dubito certus sum cōfirmo resurrectionē: pdico imortalitatē: tu es dñs meus et magr me' ego ser' tu' z fil' ā cille tue: tu es deniq̄ de' me' q̄ me creasti z p me carnē suscepisti quāvt me redimeres morti te tradidistiꝛvt me tecū fr̄ suscitares: nūc a morte resurrexisti: h̄ est fides mea ita sentio z ita credo. O felix thoma q̄z felicē habuit leticiā man' tua: magna quippe licētia z magna gratia est mittere manū in lat' illud dulcissimū: in lat' illud saluberrimū: in lat' inq̄ vnde ab ira saluamur: vnde a culpa sanamur: vnde in gr̄a generamur: vñ in gloria sublimamur. Ipse g̃ thomas qui ꝛ didymus

Didymus

ppter dubiū cor in credēdo: qz didym' grece gemin' est latine: bñ etiā ꝛ abyssus: qz altitudinē diuinitat' certa fide penetrauit: q̄tā aūt remunerationē fides habebat manifestat cū subdit [dicit ei iesus] beatificādo D cōfessionē ipsius [qz vidisti me thoma]. i. qz Fidei expert' es etiā p tactū [ideo credidisti: beati meritū. qui nō viderūt z crediderūt] in hoc versiculo non solum fides thome cōmendatur: sed etiā nostra salus futura pdicit: ac si diceret dñs:

tu quidē beatus es: qz em̄ me vidisti credidisti: sed z illi beati erūt q̄ nō vidētes me corpe
Augu. crediturī sunt mēte. vbi fm Augu. Preteritis ipis vsus est ꝓbis ꝓpter certitudinē tāq̄ ille
Preteritū ꝓ futuro. q̄ qđ erat futurū in sua nouerat ꝓdestinatiōe tā factū: qz apud eū pñtia oia futura ꝓterita sunt: sz aliđ thomas vidit z palpauit corpe z aliud credidit corde: qz fides saltē q̄ ad actū nō pōt esse de visis z apparentib⁹. nā fides est argumentū. i. oñsio nō apparentiū. arguere em̄ dicebant antiqui oñdere. hoiem nāq̄ seu humanitatē vidit z tetigit: z deū seu deitatē q̄ in presenti videri nō pōt credidit: dicēdo em̄ dñs meus: humanā naturā cui datū est totū creature dñim: dicendo ꝙ deus meus diuinā q̄ oia cōdidit cōfessus est: z vnū eundē deū et
Theo. dñm. vñ Theo. Qui pri⁹ infidelis fuerat post lateris tactū se optimū theologū oñdit: nam duplicē naturā vnicāq̄ hypostasim xpi ediſſerunt. Nos ergo cōsolando subiunxit: beati
Grego. q̄ nō viderūt z crediderunt]. vñ Greg. Letificat aūt valde qđ sequit: beati q̄ nō viderūt z
Fides vera. crediderūt. in qua sentētia nos spāl̄r signati sumus: q̄ eū quē carne nō vidimus mente tenemus si fidē nostrā operibus sequimur: ille em̄ vere credit: q̄ exercet operando qđ credit. hec Grego. De his aūt q̄ fidē nominetenus retinent paulus dicit: cōfitent̄ se nosse deū: factis aūt negāt. z iacobus. Fides sine opibus
Titū. ſ. Jaco. ij. mortua est. cū ergo (vt dicit Chriſo.) aliqs sic isto tpe dixerit vtinā in tēporib⁹ illis fuissem z vidissem xpm̄ miracula facientē: tunc excogitet: beati q̄ nō viderūt z crediderūt: potuit aūt esse q̄ post ꝓfessionē qua dixit dñs meus et deus meus: dñs iesus insufflans dixerit.
Joh. vl. Accipite spm̄ sanctū quorū remiseritis pcta ꝛc. licet hoc nō dicat euangelista: quia multa fecit iesus que non sunt scripta in libro hoc. vnde ipse qui virtutē suā nō alligauit sacramentis: potuit sine signo sensibili dare spm̄ sanctū: z conferre ei potestatē z ordinē episcopalem. Nam credendū est q̄ eum sicut alios
Unum saluādū curauit dñs. episcopū ordinauit. Attēde hic q̄ xps thome apparuit quando in errore fuit. In quo magna xpi pietas ostendit̄ qui ꝓpter vnū solum venit. vñ Chriſo. Considera dñatoris clementiā qualiter etiā pro vna aia ostendit seipm̄
Chriſo. vulnera habentē: z accedit vt saluet vnū. Hoc
E Thome dubitatio. aūt de thome dubitatione dispensatorie permissum est: vt euidētioribus argumētis resurrectio dñi ꝓbaret̄: ideo em̄ dubitatum est ab
Grego. illo ne dubitet̄ a nobis. vñ fm Grego. Nō casu sed diuine pietatis dispensatione gestū est vt ille electus discipulus tunc deesset: q̄ audita resurrectiōe dubitaret: dubitās palparet: z palpans crederet: vt a nostris cordib⁹ oēm dubitationē expelleret: z dū in magistro suo vulnera palparet carnis: in nobis vulnera sanaret infidelitatis: pl⁹ em̄ i nobis increditas thome q̄ aliorū credulitas ad fidez ꝓfuit: qz dū ille ad fidē palpādo reducit̄: mēs nr̄a oī dubitatiōe postposita in fide solidat̄: z nō solū nr̄am fidē roborauit: sz ēt hereticoz errorē dicētiū iesuz vez corp⁹ nō habuisse exclusit. vñ Leo papa. Suffecit thome ad fidē ꝓpriā vidisse qđ viderat: sz nobis opat⁹ est vt tāgeret qđ videbat. vñ Gre. De ipi⁹ thome z alioz ēt discipl'oz dubitatiōe sic ōt q̄ resurrectionē dñicā discipuli tarde crediderūt: nō tā illorū infirmitas q̄ nr̄a (vt ita dicā) firmitas fuit: ipa nāq̄ resurrectio illis dubitātib⁹ per multa argumēta mōstrata est: quā dū nos legētes, agnoscim⁹: qđ aliud q̄ de eoz dubitatiōe solidamur: min⁹ ei mihi maria magdalena pstitit q̄ citius credidit q̄ thomas q̄ diu dubitauit. ille etei vulnerū cicatrices tetigit: z de nr̄o pectore dubietatis vuln⁹ ꝑputauit. ℔ Greg. Dispēsatiōis aūt gr̄a nō ex curādi ipotētia dñs q̄ mortē regna destruxit: signa mortis delere noluit: sz plurib⁹ de causis vestigia passiōis. ſ. cicatrices vulnerū in corpe: lz incorruptibili reseruauit. Prio ad astruēdā z ꝓbandā resurrectionē ac reformādā z corroborandā discipl'oz fidē de sua resurrectiōe dubiā: vt credāt q̄ ipse q̄ crucifix⁹ fuit in eodē corpe nūero resurrexit. in eo em̄ q̄ vulnera ostēdebat mānifestabat q̄ idē resurrexerat q̄ i cruce pepēdit. vñ Lucas. Videte man⁹ meas z pedes meos qz ipe ego suz. Scōo ad cōmēdādā
Lu. xxiij. ei⁹ circa nos dilectionē: vt q̄ mīi corditer simus aduti ostēsis sue mortē idicijs insinuet nosq̄ ad dilectionē repēdēdā magz ꝓuocet. vñ i apoc. Qui dilexit nos z lauit nos a pctis
Apoc. ſ. nr̄is i sanguie suo. Tertio ad ostēdēdā nr̄az redēptionē: qz illa vulnera fuerūt nr̄e redēptiōis signū. vñ i Esa. Ipe vulnerat⁹ ē ꝓpter iniq̄tates nr̄as: iōq̄ mias dñi cātare nō cessant: sz dicāt q̄ redēpti sūt a dño qm̄ bon⁹: qm̄ in sc̄lm mia ei⁹. Quarto ꝓpter nr̄am edificationē z instructionē. si em̄ in corpe xpi gl'oso ēt manebāt signa sue passiōis: z nos q̄si ꝓpatiēdo eadē vl'nera ꝓtinue i mēte portare: z ꝓ
Phil. ij. eis gr̄as agere debem⁹. vñ apl's. Hoc sentite i vobis qđ z i xpo iesu. Quito ꝓpter nr̄i recordationē z memoriā apud se sp retinēdā. Nequaq̄ em̄ nr̄i oblīuiscit ꝓ q̄b⁹ sic crudel'r plagat⁹ dignoscit. vñ in Esaia, Ego tui nō oblīuiscar ecce i manib⁹ meis descripsi te. Sexto
esa. xlix ꝓpter dei pr̄is recōsiliationē: vt de⁹ pr̄ ignoscat hūano gñi ꝓ q̄ fili⁹ sic voluit plagari. vñ
ſ. Jo. ij. apl's. Aduocatū habem⁹ apud patrē iesum xpm̄ iustū: z ipe est ꝓpciatio ꝓ pctis nr̄is: nā pr̄i ꝓ nobis supplicat obedīētiā repūtās z q̄
Aduocat⁹ noster iesus. le gen⁹ mortē ꝓtulerit sp oñdēs qđē q̄dā modus iterueniēdi ꝓ nobis. vñ Ber. Securū accessuz habes o hō ad deū vbi habes filiū ātepr̄ez: matrē añ filiū: fili⁹ ostēdit pr̄i latꝰ z vul-
Berñ. nera: mr̄ oñdit filio pect⁹ z vbera: nec vlla poterit ibi esse repulsa vbi tot charitatis occurrūt insignia. Septimo ad impioz cōfusionē:

Augu. vt ostensis eis in iudicio vulneribꝰ: denũciet ꝙ iuste dãnari debeãt. vñ ꝑm Augu. Conuincẽs eos de pctõ sue mortis dicet. Ecce hoiem quẽ crucifixistis: videtis vulnera q̃ inflixistis agnoscitis latꝰ qõ pugnastis: qñ pvos ꝛ propter vos apti ẽ: nec itrare voluistis. Octauo ad electorũ exultationẽ dñi i deo suo insignia amoris ꝓcipui quẽ ad eos habuit videbunt.

Beda. Nã ꝑm Bedã. Magnũ gaudiũ erit sanctis videre vulnera in carne xpi fulgida p q̃ victor triumphauit de morte: saluauit electos. veniẽs ꝙ dñs ad iudiciũ in eadẽ forma oibꝰ appare bit. s. iustis ꝛ iniustis: vt iusti videtes ꝙta et q̃lia ꝑ eis sustinuit: in eꝰ amore ãplius exardescãt: ꝛ in laude ac gr̃arũactione ꝑficiãt: iniusti vo deteri⁹ puniant: cõfundant ꝛ pereãt: quãto magis tãtis bñficijs ingrati extiterũt ꝛ largitoꝛ bñficia dei idigniꝰ cõtẽpserũt. Nono vt triũphũ seu titulũ triũphalẽ: signũ victorie sue oi carni oñdat ꝛ in ꝑpetuũ circũferat que eũ victorẽ diaboli p infinita secula demõstrẽt ꝙ gr̃a.

Trophea christi. Miles ꝑ totius gẽtis salute fortiter egit ꝛ multis vulneribꝰ pfossus est: hostẽ tñ interfecit: eiusq̃ spolia diripuit: ꝛ victoriã sue genti reportauit: ait illi medicꝰ: vis sanari sine oi cicatrice: vel cũ cicatricibꝰ sine oi deformitate: puto qõ in signũ sue victorie ꝛ ꝑ exẽplo aliandi alios ad idẽ reseruaret sibi cicatrices: ille eñ cicatrices sunt in xpo nõ in deformitatẽ: sed in magnã pulchritudinẽ. vnde dicit Chri. q̃ cicatrices sunt in xpo sup radio solis lucidiores. vñ ẽt ꝑm Aug. In illo regno

Cicatrices pulchre. Chrisо. Augu. apparebũt in corpib⁹ beatorũ martyrũ cicatrices vulnerũ q̃ ꝑ xpi nomẽ ptulerũt: sicut stella in celo: sicut lapis ꝑciosus in annulo: sicut flos in stipite: ꝛ sicut rubeus color in rosa: nõ eñ deformitas in eis sed dignitas erit: ꝛ q̃dẽ q̃uis i corpe: nõ corpis ꝫ ꝛtutis pulchritudo fulgebit: nec tõ tñ si martyrib⁹ aliqua ãputata: ꝛ ablata sunt mẽbra sine ipsis mẽbris erũt in resurrectione mortuorũ: sed vbi mẽbra vt ꝑciderẽt ꝓcussa sunt vel secta ibi cicatrices: sed tñ eisdẽ mẽbris redditis nõ ꝑditis apparebũt: cõsipice nũc dñm: cõsidera solitã ipsius benignitatẽ: hũilitatẽ ꝛ amorẽ feruentẽ qũo vez mõstrat thome ꝛ alijs discipulis vulnera vt tollat oẽm obscuritatẽ de cordib⁹ eorũ ad ipsorũ ꝛ nr̃am vtilitatẽ. Stat igit cũ eis ꝑ aliquã mozulã loquẽs de regno dei consolatoria stant ꝛ ipsi cum eo in leticia magna audientes illa verba excelsa et aspicientes faciẽ eiꝰ plenã gaudio ac decore ꝛ gratia. Attende bñ eos familiariter circũcirca stantes. Sta ꝛ tu reuerenter ꝛ verecunde: sed gaudenter a longe: tamen si forte mia motus faciat te vocari licet immeritum. Tandem dicit eis ꝙ in galileam vadant et ꝙ ibi eis apparebit sicut promiserit: et benedictione data discessit ab eis. Ipsi vo remãserũt vt prius de ipso famelici ꝛ sitibundi: sed plurimũ cõfortati. ¶ Oratio.

O Omine iesu xpe qui thome dubitãti loca clauoꝝ ꝛ lancee ostẽdisti: ꝛ eũ per digiti et manꝰ immissionẽ ab erroꝛe renocasti: da mihi vt tuoꝝ vulnerũ ꝛ passionis semp habens memoriã digitũ ꝛ manũ: hoc est quicq̃d discretionis ꝛ opis in me fuerit totũ in seruitiũ tuũ mittã ꝛ exp̃ dã: ꝛ cũ thoma confitear: quia tu es dñs meꝰ qui me sanguine tuo cõparasti: et deus meꝰ qui me creasti: vt qõ de credẽtiũ salute futura ei ꝓdixisti in me merear experiri: ꝛ te largiente beatus apud te inueniri. Amen.

¶ Quõ dñs apparuit septẽ discipulis ad mare tyberiadis. c. lxxix.



A Jo. xxi. Postea facto interuallo tẽporis: manifestauit se iteruz iesus ad mare tyberiadis. i. se visibilẽ prebuit: ꝛ hoc etiam modo dicitur apparere qõ idem est ꝙ manifestari. Nã ꝑm Amb. illud apparet in cuiꝰ ptãte est videre ꝛ nõ videri. Piscabãtur simul septẽ discipuli nocte: quadãvt cibũ haberẽt. s. petrꝰ et nathanael: q̃ vt credit frater philippi erat: ꝛ filij zebedei. s. iacobꝰ ꝛ iohãnes ꝛ alij duo quoꝝ nomina nõ exprimunt quia ꝑm quosdã erant minores: vel ꝑm quosdam videtur fuisse philippus ꝛ andreas. Et piscabãtur in naui aliena eis accõmodata: vel locata seu alio modo licite accepta: quia a principio sue cõuersiõis reliquerãt nauẽ ꝛ rhetia. Piscabãtur aũt licite. quia ꝑm Aug. non fuerũt phibiti ex arte sua licitaꝝ cõcessa piscari victũ necessariũ querere: seruata sui apostolatus integritate: si quando vnde viuerent postolis aliud non haberent. Propter quod ꝛ paulus Scenescenefactoriã artez didicit: vt cum necessitas factoria vel ecclesie vtilitas occurreret de laboꝛe suo Pauli viueret. Et ꝑm Grego. negociũ quod ante cõ ars. uersionẽ sine peccato exstitit: hoc etiã post cõ Grego. uersionẽ repetere culpa non fuit: quod autẽ ad peccatũ implicat: ad hoc necesse ẽ vt post conuersionẽ animus nõ recurrat. Unde post conuersionẽ suã ad piscationẽ petrus redijt. Mattheus vero ad theolonenm nõ resedit. Et per totam noctem illam hi septem discipuli inuanum laboꝛauerũt: et nihil de piscibus ceperunt: quia diuinũ auxiliũ deerat cuius carẽtia noꝝ dici potest. Hoc ideo factum est: vt captio sequens manifeste miraculosa appareret. [Mane aũt facto] per quod intelligitur gloria resurrectionis dñs iesus apparuit eis: stans in littoꝛe maris. Nõ apparuit supra aquã: sed in terra solida ad ostendendum ꝙ amplius non erat cum eis in fluctibus vite corruptibilis: sed magis transierat ad statum vite immortalis. [Non tamẽ

Chrisо. cognouerãt discipuli q ihesus esset.] ſm Chri. Non statim ostendit ihesus seipsum vt per miraculũ quod facturus erat agnoscerẽt eum. Attende hic q̃ acta sunt: qz iocũdissima sunt. Querebat ab eis quasi pisces emere volens: si pulmentariũ haberent. i. aliquid quod de-

Pulmẽtarium. coqui et comedi posset. Pulmentariũ põt dici illud qõ pani dulcorandũ adiungitur: et quo panis vt magis comestibilis sit cõdit. Pulmẽtariũ autẽ hic vocat pisces ad edendũ dulces

Chrisо. z delectabiles. vt dicit Chrisosto. Interim humanꝰ loquitur: vt quid debes emere ab eis mystice a nobis pulmentum petit dñs vt reficiatur quod est obedientia mãdatorũ dei ad quam oẽs obligantur. vnde supra dixerat. Meus cibus est: vt faciã voluntatẽ eius qui misit me. z [responderũt ei nõ] credebant eñ eũ esse mercatorẽ pisces emere volentẽ. Cum aũt ad mandatũ eius mississent in dexteram

B nauigij rhete impleuerũt illud [z nõ valebãt trahere pre piscium multitudine] qz enim obedientes fuerũt ex obedientia fructũ cõsecuti

Piscatores septẽ sunt. Per septẽ piscatores qui hic enumerãt vniuersitas predicatorũ ecclesie designatur qui sine xpi virtute nihil prendunt: z nihil proficere possunt: qz sine instructiõe eius interiori frustra laborat lingua predicatoris. Sed mane qñ venit lux illuminãs corda ipoz xpo principaliter operante: capiũt copiosam multitudinẽ piscium: per quã signatur multitudo credentiũ per predicationẽ apostolorum z similiter multitudo penitẽtiũ: per predicatores alios ad bonũ quorũcũq; dicitur q pisces fugiunt rhetia fetida z corrupta: nec libenter intrant ea: z ppter hoc illi qui piscanꝰ cũ talibus rhetib⁹ pancos vel nullos pisces capiũt sequunꝰ rñ rhetia odorifera z munda: z iõ cũ talibus capiunꝰ melius. Rhete xpi est verbũ

Rhete christi. dei: pisces sunt oẽs peccatores: dextra spũalia: sinistra tẽporalia. Iste ergo q̃ predicat propter lucrũ tpale vel vanã gloriã piscat ad sinistrã z rhetia fetida hz z ideo parũ pficit: sz qui in doctrina et predicatione querit salutẽ audiẽtiũ: ille piscat ad dexterã: z rhetia odorifera hz: et ideo multũ pficit nec mirũ: quia vt dicit in prouerbijs vias que a dextris sunt nouit dñs. peruerse aũt sunt q̃ a sinistris sũt. Johãnes itaq; cõsiderato miraculo facto qz vidit impletũ sicut põdi rerat: recognouit eũ z dixit petro: quẽ pre alijs diligebat: et etiã qz inter alios prior erat [dñs est] cui. s. z pisces

C obediunt: dñs eñ est nomẽ ptãtis: z ptãtem in miraculo piscium est hic manifestatus. Jo-

Jo. pspicacitas. hãnes q̃ tanq; virgo ceteris purior erat: z pspicacior in cognoscẽdo citius alijs cognouit xpm qz puritas mentis z corporis maxime disponit hoiem ad cognitionẽ diuinoz hz Bed.

Beda. Cognouit pmꝰ dñm: siue miraculo istius piscationis: siue sono pcognite vocis: siue pme re-

Pe. can. miscens piscationis, vbi Petrus cantor. Per petrũ actiua z laboriosa vita: z johãnẽ contẽplatiua et quieta significat. Contemplatiua actiue deũ quẽ considerat ostendit. Si in die in actione fuisti: saltẽ in nocte dicat tibi contẽplatiua dñs est: ne ita distraharis operibus q ipm aliquãdo nõ consideres. Hec petrus [Tũc petrꝰ auditoqz dñs est: tunica succinxit se] vt cũ maiore reuerentia accederet ad eum [erat enim nudꝰ]. i. paz vestitꝰ: vt aptior esset ad piscationis opus. vñ Beda. dicit petrus nudꝰ fuisse ad cõparationẽ ceteroꝝ vestimentoꝝ quibus vti solebat. Sic nos solemus dicere cũ aliquẽ simplici vestimento videmus indutum: quare nudꝰ incedis? vbi z Theo. Precinxit autem se lintheo amictu quẽ phenices et thirij piscatores circunuoluunt sibi cũ nudi sunt: siue etiã ceteris indumentis apponunt [et] ex deuotione ac feruore dilectiõis [misit se in mare] vt citius ad eũ veniret memor dominj quẽ feruenter diligebat [alij vero discipuli] trahẽtes rhete piscium cũ matura festinatione [nauigio venerunt] qz ita feruidi sicut petrus nõ erant: petrus quidẽ moras nauis expectare non potuit: sed amoris immẽsitate cogente in mare se precipitauit: vt velocius et magis festinus ad dominũ venire potuisset. Ubiq; petrus feruentioris fidei et maioris dilectiõis inuenit. vbi Beda. Eodẽ autem ardore quoz multa alia fecerat: venit ad iesum nõ tamen intelligendum est petrũ super fluctus venisse: sed aut natãdo aut pedibus ppijs: qz erant ppe terrã. z ſm Chri. optime ponit hic cõditio johãnis z petri: quia johãnes perspicatior erat intellectu: petrus feruentior affectu. Propterea johãnes quidẽ primꝰ cognouit iesum. Petrus ño pmus iuit ad eũ. Mystice p mare significat tribulatio põsentis seculi. Uñ illi q̃ desiderãt ad xpm puenire mittunt se in mare: qz nõ refugiũt tribulationes huius mũdi: scientes q p multas tribulationes oportet intrare in regnũ dei: ñ inter tribulationes securꝰ z illesus xpi seruꝰ euadit: sicut petrus illesus puenit: p nauigiũ ño significat ecclesia. vñ alij discipuli veniũt nauigando. i. ptecti societate ecclesie. ſm illõ ps. ptege eos in tabernaculo tuo. [Et cũ descẽdissent in terrã: inuenerũt prunas i litore positas]. i. ordinatas ad calefaciendũ [z piscẽ illis suppositũ z panẽ] iuxta positũ. Ecce aliud miraculũ: nã nõ ex materia subiecta sicut alꝰ multiplicauit panes: sz de nihilo z de nouo fecit ñtute diuina carbones accensos z piscẽ z panẽ ad maiorẽ discipulorũ in fide resurrectiõis xpi cõfirmationẽ. De bethsaida ad vnã leucã cõtra orientẽ est locus vbi stetit ihesus in litore: cuius adhuc vestigia ibidẽ oñdunt in lapide: z inde non ad tactus lapidis medietatẽ locus vbi viderunt prunas z piscẽ suppositũ z panẽ: z iussit iesus afferre de piscibus quos prẽdiderũt nutu ipsius: ascẽdit aũt

Miraculum.

D Bethsaida de locus vbi stetit dñs.

symon petrus ꝛ traxit rhete in terrā plenum magnis piscibus.cliij.dicit Jsido. ꝙ oia genera piscīū ad istū numerū reducunt: ꝛ qz apostoli debebant esse piscatores olim holm: ideo tot ꝛ nō plures pisces piscati sunt: et cū tanti essent nō est scissum rhete numerū ꝛ magnitudinē piscīū exprimit ad declarationē miraculi ex tanta captione eorū: ꝛ iterū ex rhetis integritate: qz nō est scissum: ꝛ vocans dñs discipulos ad prandendū ꝛ simul cū eis comedēs ad declarationē sue resurrectionis ꝛ ad ostendendū nō esse fantasma qđ factū est eis fecit conuiuiū ꝛ festū magnū cū ipsis in litore maris: ꝛ nemo discūbentiū audebat eū interrogare quis esset nō ꝓpter austeritatē ꝛ formidinē: sed ꝓpter reuerētie auctoritatē ꝛ cognitionis certitudinē: scientes discreta cognitione: qz dñs est cui cum metu ꝛ reuerentia oportet intendere: ꝛ ideo frustra fecissent de hoc q̄stionē: qz nō oportebat facere eā: vbi enim est veritas exhibita a parte: ibi nulla est opus interrogatione. vbi Chriso. Et nullus audebat eū interrogare: sed cū silētio ꝛ formidine multa ꝛ reuerētia sedebāt: attendētes in eū. Nā sciuerāt quidē qm̄ dñs est: formā autem alteratiōē videtes ꝛ multa admiratiōe plenā: valde erāt stupefacti. vñ ꝛ Augu. Nemo audebat dubitare ꝙ ipse esset: tanta em̄ erat euidētia veritatis qua illis iesus apparebat vt nullus eorū auderet: nō solū negare: sz nec dubitare: ꝛ iō stultū esset interrogare. Ex cōuiuiū suete hūilitatis sue more ministrans eis: accepit panē ꝛ dedit eis bñdictū tm̄ ꝛ distribuendo fractū ꝛ piscē similiter ꝛ comedit cū eis: nā eo mō diuidebat eis ꝛ distribuebat sicut consueuerat añ passionē ad declarādā suā resurrectionē. Stant igit̄ reuerenter multūq; alacriter isti septem discipuli cū dño suo pariter comedentes cū eo. Aspiciunt desiderabilem ꝛ iocundā facie eius: ꝛ exultāt in cordib⁹ suis. Accipiūt de sacratissimis manibus ei⁹ escas desiderabiles: ꝛ reficiunt nō minus spūal'r q̄z corporaliter. O quale est istud cōuiuiū. Cōsidera bñ per singula: si potes pascaris cū eis in exultatiōe ꝛ leticia. In hoc cōuiuio ecclesie spūali xp̄s p̄parat prunas charitatis quas de celis portauit ad terras: qz ignē venit mittere in terrā ꝛ vult vt accēdat. Itē p̄parat piscē suppositū prunis: qui est ipse xp̄s: q̄ super prunas ponit qm̄ ex incendio charitatis pro nobis in cruce immolat. Itē p̄parat panem quo reficimur: q̄ est ꝛ ipse: nā ipse reficit nos per doctrinā: ꝛ etiā dando corpus suum nobis in cibū. Dedit etiā dñs discipulis piscē: quia suā passionē imitandā ondit: dedit ꝛ cū pisce panē: qz post tolerātiā passionis gaudia eterne societatis repromisit. vñ Augu. Fecit dñs prandiū septē discipulis de pisce assō et alijs quos ceperāt. piscis assus xp̄s est passus: ipe est ꝛ panis q̄ de celo descēdit huic cōparatur

Jsido. Discium genera. cliij.

Chriso.

Augu.

Augu.

ecclesia ad participandā beatitudinē eternā ꝓpter qđ dictū est: afferte de piscibus quos apprehēdistis nunc: vt oēs q̄ hanc spē gerimus p illū septenariū numerū discipulorū p quē pōt nr̄a vniuersitas intelligi figurata tanto sacramēto nos cōmunicare noscemus ꝛ eidē beatitudini nos sociari. hec Aug. Jdeo etiā vltimū cōuiuiū cū septē discipulis piscantib⁹ voluit celebrare: qz illi post vniuersale iudiciū cū dño eternū cōuiuiū sunt celebraturi: q̄ septiformis spūs sācti gr̄a repleti fluct⁹ p̄ntis seculi diuino amore calcāt: ꝛ i lucrādis aiab⁹ inuigilant. vñ Grego. Cur cū septē discipulis vltimū cōuiuiū celebrat: nisi ꝙ eos tm̄ mō q̄ septiformi gr̄a spūs sancti pleni sunt futuros secū in eterna refectione denunciat. Septem q̄z dieb⁹ oē hoc tp̄s euoluit: ꝛ sepe septenario numero p̄fectio designat. Illi ḡ vltimo cōuiuio de p̄ntia ꝛitatis epulāt: q̄ nūc p̄fectiōis studio terrena trāscēdūt quos huius mundi amor nō ligat qb⁹ sivt cūq; p tētamēta obstrepit cepta tm̄ eorū desideria non retundit. hec Grego. Sicut ḡ dñs in alia piscatione significauit ecclesiā q̄l'r nūc ē: sic ꝛ in hoc loco q̄l'r in fine seculi. s. in vltima resurrectiōe mortuorū futura sit. Ware em̄ p̄ns seculi sig̃t: litus qđ est finis maris finē seculi designat. vñ ibi iesus ascendit in nauem: qz adhuc in fluctibus vite corruptibilis cū discipulis erat. Hic aūt in litore stabat: qz iā ad statuz vite immortalis trāsierat. Jbi nō in dexterā nec in sinistrā sed indifferēter inquit. Laxate rhetia vestra capturā vt intelligam⁹ bonos ꝛ malos: hic aūt [mittite inquit i dexterā nauigū rhete] vt significaret eos q̄ stabunt ad dexterā solos bonos. Jbi numerus piscīū non exprimit: quia multiplicati sunt sup numerū. Hic ꝛo certus est numer⁹. s. cliij. q̄ numer⁹ hz quinquagenarīū p quē designat tubileus in quo cunctus populus ab omni ope quiescebat: et insup hz tria ꝓpter mysteriū trinitatis. Jō aūt dictū est ꝙ erāt magni: qz oēs electi magni sunt in regno celorum licet gradus sint diuersi. Jbi rhete ꝓpter significanda scismata rūpebat hic ꝛo nō est scissum rhete: qm̄ in illa summa pace sanctorū nulla erunt scismata. Et ideo ad hoc cōmendandū valet: ꝙ iohānes añ hāc apparitionē tanḡ finem libri sui interposuit dicens. Multa quidē et alia signa fecit iesus in cōspectu discipulorū suorū que nō sunt scripta in libro hoc: qđ esset etiā secuture narrationis quasi premiū. Attende nihilominus q̄ sequunt: qz pulcherrima sunt ꝛ vtilia: iā cōpleto isto solēni cōuiuio ꝛ refectiōis bñficio oib⁹ cōiter exhibito [dicit] dñs spāl'r [symoni petro] volēs ei cōferre bñficiū speciale [symon iohānis]. s. filius [diligis me plus his?]. i. plusq̄z isti me diligāt. q. d. q̄d mihi dabis: q̄d mihi p̄stabis: qz diligis me. vbi Alchui. Mystice aūt symō obedies. Johānes gr̄a ꝛ meri

Connuiuiū vltimū dñi.

Ware.

Alchui.

to ḡ nole vocat. i. obediēs grā dei: vt ostenda tur q̄ ardētior illū charitate amplectit nō me riti humani sz diuini esse muneris interrogat dñs an se diligat: quē semper z vbiq̄ maiorē amoris affectionē erga se ostēdere videbat. [Symon inq̄t iohannis diligis me plꝰ his] q̄ tui amoris affectū plusq̄ hi circa me ostēdis.

Dilectio pferenda. In quo apparet q̄ ille q̄ eligit ad officiū plationis: debet diligere deū pre ceteris: z q̄ ceteris paribꝰ melior z pfectior debet pfici in prelatū: qz dñs requirebat preficiēdū: an plus diligeret eū z plus habet charitatis q̄ est vinculum pfectionis: nā in oi regimine ille q̄ presidet z gubernat debet excellentior eē z ad plura ac maiora z magis ardua tenet prelatꝰ q̄ quicūq̄ subditꝰ: qz sicut se habet alia ad corpꝰ qō regit: z ratio ad vires inferiores: et pastor ad gregē: z hō ad bruta animalia sic se debet habere platꝰ ad subditos. Et iō videt q̄ ille qui aliquē eligit ad tale officiū tenet semper eligere meliorē: nō n̄ intelligit melior: litterator vel astutior: sz ille qui oibꝰ cōditionibꝰ pensatis melior est ad tale officiū: ad honorē dei z advtilitatē ecclie. Aliter aūt eligēs vel ꝓmouens nō videt iudiciū diuinum euadere. Qō autē ꝑm iura sufficit eligere bonū z ydoneū: hoc est ꝑm' iudiciū humanuz per qō talis non est puniendus. cū ꝑm Augu. aliqua ꝓmittunt humano iudicio icorrepta ꝓpter maiora mala vitanda: que n̄ sunt diuino iudicio corrigēda. Nā aliquid sufficit ꝑm iudiciū humanuz qō non sufficit ꝑm iudiciū diuinū. ꝑm iudiciuz hūanū sufficit illud de quo hō nō pōt accusari nec electio eius improbari. Constat autem difficile esse electiones fieri si possent ex hoc reprobari: q̄ inuenitur alius melior q̄ ille q̄ est electus. Uñ sufficit ꝑm iudiciū humanum: vt electio sic recta z eligatur ydoneus. Secundum ꝝo iudiciū diuinū z conscientiam necessariū est eligere meliorē q̄tū ad honorē dei z vtilitatem ecclesie: si vero aliquis minus bonuz ꝓecligat z aliquid priuatū puta affectio carnalis spes bñficij z cōmodi tēporalis euz moueat est fraudulenta electio z ꝑ sonarū acceptio z peccat. Sciēs ergo dñs interrogat sciebat eē q̄ nō solū diligeret eū: verūetiaz plus oibus diligeret: sed innuit: vt z corde credam' z ore cōfiteamur: nesciēs aūt petrus quātū alū xp̄m diligebāt: nō est ausus respondere pluri q̄ alij: qz cor alterius videre non poterat: sed cū modestia locut' ē z absolute respōdit [ēt] hoc est ita [dñe tu scis: qz amo te]. q. d. te ip̄m testē inuoco: q̄ secretoꝝ es cōsciꝰ qz amo te z tu q̄ interiora cōsideras scis si plus alīs amēt te qō ego nescio tu scis q̄tū diligo te: q̄ itegro corde te diligo: q̄tū ꝝo alij te diligunt nescio. Itē qz experꝰ ꝓprie fragilitatis in xp̄i negatione fuit: cautius de se respōdit nec vlira se efferre in xp̄i dilectione ausus fuit: sed q̄tutatem sue dilectionis in iudicio xp̄i qui secretaz cordiū intuet posuit: nec audet inuocare conscientiā ꝓpriam in qua prius deceptꝰ fuit: sed dñi conscientiā inuocat dicens [tu scis qz amo te] ac si dicat: tu nostri plusq̄ ego humilians se corā apostolis nō dicit plus his: sed simpliciter [amo te] instruēs nos q̄ nō debemꝰ nos alīs preponere: sz alios nobis: qō ergo de se nouit. s. q̄ diligeret dixit qō nesciuit. s. vtrum plus alīs diligeret tacuit. docēs nos q̄ in dubijs suspensam debemus sniam tenere: z non temere ꝺ occultz diffinire [dicitiei] dñs officiū pastorale sibi committens [pasce agnos meos]. q. di. hoc mihi dabis. hec prestabis si amas me vt pascas gregē meū. In hoc sciaz z experiar q̄ me amas si. s. gregē meū pascis: exhibitio operis sit probatio dilectiōis: dilectio eīm dei ꝓbat in dilectiōe ꝓximi: q̄ ꝝo opꝰ pietatz ꝓximo nō impēdit minus deū diligit. vñ Aug. Confitenti aūt amorē suū oues suas cōmēdauit tanq̄ nō esset vbi ostenderet petrꝰ amorem suum in xp̄m nisi esset pastor fidelis sub principe olum pastorū. Cunq̄ dñs secūdo ab eo quesisset si ip̄m diligeret: z petrus idem qō supra respōdisset. Itē subdit [pasce agnos meos] Cuz ꝝo dñs tertio q̄reret si eū amaret [cōtristatꝰ est petrus] eo q̄ sepius esset interrogatꝰ ab eo: q̄ sciuerat qō interrogabat z turbatꝰ fuit: eo q̄ iciebat eū scire etiā oia futura propter qō timuit ex tali replicatiōe ne xp̄s sibi vellet predicere aliquē casum suuz futurū sicut supra predixit et suā negationē futurā: z iō merito timuit z turbatꝰ fuit. vñ ꝑm Chriso. Rursus formidat ne forte estimās se diligere si nō diligat corripiat sicut z prius correptꝰ est multū se estimans fortē. vñ ad ip̄m xp̄m refugit [z dicit ei: dñe tu oia] scis z ineffabilia cordis presentia z futura z de vltimo cordis ꝓtulit amantis vocē dicēs [tu scis qz amo te]. q. d. tu scis oia z presentia z futura. Jō tu scis q̄ nūc te diligo: sed quid sit mihi futuꝝ ego nescio tu scis. Deinde posit tertiā petri respōsionē dñs adiecit [pasce oues meas.] Interrogauit aūt eū ter: nō ignorās quo animo cōfiteret xp̄i amorē sed vt trina cōfessio amoris deleret trinā negationem timoris: ter negauit timor. ter cōfessus est amor. vñ Augu. Reddit negationi trine trina cōfessiōe minꝰ a morte lingua seruiat q̄ timori: z plus vocis elicuisse videat mors iminens q̄ vita presens: z ꝑm Ambro. interrogauit nō vt disceret sed vt doceret quē eleuandus in celū amoris sui velut vicariuz relinq̄bat: nō vult dñs suos agnos vel oues cōmittere: nisi illi q̄ eū diligit: quos ipe tm̄ dilexit vt pro eis mori dignaretur: z ideo prꝰ ecclesie pastorem interrogat an se diligat: et sic postea ad pascendū suos agnos z oues ei cōmittit: sicut ei fuit timoris indiciū negare pastorē: sic est amoris officiū pascere dominicuz gregē. vñ Chrisost. Si diligis me inq̄t presidete fratribꝰ: z feruentē amorē quē per omnis de

Eligendus optimus.

Augu.

Electio improbanda.

Petri cauta modestia.

Augu.

Chriso.

Ambro.

Chriso.

mõstrasti nũc ostẽde: z alaz quã dixisti positu
rã te esse ꝑ me hãc pro ouib⁹da meis ostẽdẽs
quãti appreciak pſistentia ꝓpriarũ ouium: et
qm̃ h maxime ei⁹ q̃ in ipm est amoris signũ.
Grego. vñ z Greg. Si ergo sũ gnũ dilectionis est cura
pastoris: quicũq; virtutib⁹ pollens gregẽ dei
negligit pascere summũ pastorẽ cõuincit non
Augu. amare. vñ z Aug. Quid est aliud: diligis me
pasce oues meas: r̃ si diceret. Si me diligis
non te pascere cogita: sed oues meas: et sicut
meas pasce nõ sicut tuas: gloriã meaz in eis
quere nõ tuã: dãnũ meũ non tuum: lucra mea
Berñ. nõ tua. vñ Berñ. Nõ ociose totiẽs repetitũ est
petre amas me in cõmissiõe ouiũ. Et ego q̃dẽ
id significatum proinde puto acsi illi dixisset
iesus: nisi testimoniũ tibi perhibẽte cõsciẽtia
q̃ me ames z valde pfecteq; ames: hoc ẽ plus
q̃ tua: plusq; tuos: plusq; etiam te: vt trine re
petitiões mee nũerus ipleat: neq; q̃ suscipias
curã hãc: nec te itromittas de ouib⁹ meis: pro
q̃b⁹ vtiq; sanguis meus effusus est terribilis
sermo: z possit etiã ipauida quozũuis tyrãno
ruz corda cõcutere. Propterea attẽdite vobis
q̃cũq; opus ministerij hui⁹ sortiti estis: attẽdi
Prelato te inq̃ vobis: z p̃cioso depositũ q̃ vobis credi
um pe- tũ est. hec Berñ. Uide qũo dñs xp̃s cõmitten-
culum do petro pastorale officiũ ip̃z ter examinat de
Petri ex dilectiõe: qz pastores eccl'e debent deũ ac̃et p
amina ximũ pre ceteris hoib⁹ diligere: nõ ergo debet
to. quis eligi i prelatũ nisi habitis certis signis
Berñ. z argumẽtis de dilectiõe ei⁹ erga deũ z proxi-
mũ. vñ Berñ. An nõ incongrue de dilectiõe re
quirit q̃ pascendo gregi preponit. Ille ei pre-
esse debet alijs qui vino charitatis inebriat⁹
exestuat: inemor sui vt nõ querat q̃ sua sunt:
Exami sed magis q̃ iesu xp̃i. Attende etiã q̃ dñs pa-
nari de storale officiũ iniungit trina examinatiõe pre
ber⁹ pla- missa: z iõ qui ad hoc officiũ assumit pri⁹ exa-
turaz su minari debet diligenter. Primo autẽ z secũdo
mẽdus. agnos ipfectos quodã lacte vescẽdos: z tertio
oues perfectiores solido cibo alendos petro
cõmisit: qz nõ solũ pastorẽ: sed z pastorũ pasto
rem eũ constituit: sunt enim in ecclesia tria ge
nera seu tres gradus hoim fideliuz: qui sicut
agni z oues i ecclesia sunt pascendi. s. incipiẽ-
tes et proficiẽtes: z qui quasi adhuc impfecti
nomine agnoꝝ: z perfecti qui nomine ouium
possunt intelligi: z bis dictuz est: pasce agnos
meos: sed semel pasce oues meas: qz infirmi
z adhuc tenelli in fide ãplioꝛi pastorali cura
z solicitudine indigent q̃ fortiores z grandiu
sculi qui se regere valent: nec tanta cura egẽt
pascit igit petrus agnos: pascit z oues: pascit
filios: pascit z matres: qz regit z subditos z p̃-
latos: omniũ igitur pastor ẽ: qz preter agnos
3 z oues i eccl'ia nihil est: nihil inq̃ qõ suis pa-
Jo. plus storib⁹ commiserit. Sed cũ iohãnes aidhio ma
dilectus gis esset dilectus quare nõ est alijs apostolis
tur non prelat⁹ sed petrus: qz erat adolescens z si esset
datus. prelat⁹ illi icandalizarentur forte in eo: iz nõ

ita in petro qz senex. Item ne videret amicos
carnales exaltare z eos alijs preferre. Utinã
eccl'ia imitaret hoc exemplũ z nõ facerent in
multis ꝛium. Considera hic solitã dñi charitatẽ z benignitatẽ: aperte em̃ vides quõ diligenter z affectuose imprimit reiterat: z recõmendat petro alas nr̃as. Ter enim interrogans eum de amore'. Ter' subiunxit pasce.
¶ Nõ dicit ei tũde: munge: macta: z mãduca: sed dicit trib⁹ vicib⁹ pasce scilz pane doctrine z sancte p̃dicatiõis ꝛbo vite z honeste cõuersationis exẽplo tẽporalis sustentationis subsidio. Ter ergo dictũ est pasce ad significandũ q̃ habens curã animaruz debet subditos pascere pastu triplici. s. ꝛbi dei z boni exẽpli: z prout põt temporalis subsidij. Sed istud qõ ter pasce quidaz mali mutant in tunde: mũge: z occide: qz multi hodie subditos exactionibus tẽporaliũ opprimũt malis suasionibus z exemplis corrũpunt z occidunt: sed de triplici pastu predicto paruz cogitant vel curãt. Deinde postq̃ petr⁹ dñz se amare ter respondit et p hoc amoris sui priuilegiũ cõfirmauit mortem suã ei dñs nunciãs suũ martyriũ sibi predixit in qua morte quantũ petrus eũ dilexerit demonstrauit a parte: qz prelati ecclesie tantam debẽt charitatẽ habere: vt parati sint se morti pro grege exponere. Uñ ait xp̃s loquẽs petro parabolice. [Cũ esses iunior] nõ tã etate q̃ sensus z virtutis imbecillitate: qua negasti me [cingebas te] z ad libitũ tuũ properabas [z ambulabas vbi] ꝑm appetituz [volebas: cũ autẽ senueris] nõ tam etate q̃ sensus z virtutis stabilitate: sicut tam tua demõstrasti confessione [extendes manus tuas]. s. ad crucem: hoc est crucifigeris: vbi promptitudo eius ad martyriũ tolerandum designatur: et genus mortis [z alius]. s. tortoꝛ [te cinget] z ligabit vinculis: fuit em̃ ligatus chordis: z sic in cruce positus: nõ clauis affixus: vt viueret diutius: z longius esset ip̃i⁹ cruciatus [et ducet te]. i. viriliter trahet [q̃ nõ vis] ire naturaliter ꝑm appetium sensitiuũ scz ad mortẽ quã refugit. sensualitas z volũtas naturalis: voluntate tñ deliberata z electiua qua cupiebat esse cum xp̃o in vita eterna: z ꝑm appetitum intellectiuũ etiã senex voluit ad mortẽ duci z crucifigi sequens magistruz suum qui ait: nõ mea sed tua volũtas fiat. Sed si fieri posset vitam eternam preter mortis molestiam cõcupisceret. Est em̃ in homine duplex appetitus scilz sensitiuus z intellectiuus: z vterq; aliquando z large loquendo voluntas nominatur: quia solus appetitus intellectiuus proprie voluntas dicitur. Licet ergo appetitus intellectiu⁹ in petro esset prõptus ad martyriũ: tamen appetitus sensitiuus refugiebat: quia mors est vltimum terribiliũ. Et eodẽ mõ in xp̃o fuit vt visum est supra vbi ad patrem orauit. Nã inter animã z corp⁹ est adeo naturalis amor: q̃

Alligat⁹ petrus cruci.

R Appeti⁹ homis duplex.

nunc̄ valet aia a corpore separari: nec econuersor: et ideo dicit [quo tu nō vis]. s. ꝑm naturę instinctū: q̄ sic est naturalis: vt nec ipsa senectus eū petro auferre potuerit: sed deside

Phil'. s. Chriso. riū gr̄e hoc immittit. vñ dicit apl's. Cupio dissolui ꝛc. vñ Chriso. dicit ḡ quo nō vis ꝓpter naturalē cōpassionē aie q̄ in vita separat a corpe: de hoc vtiliter dispensante vt nō multi sibi mortē inferant violentā. hec Chri. sed ꝑm

Augu. Augu. quantacūc̄ sit molestia carnis dz eā vincere vis amoris quo amat xp̄s: qui etiam mori voluit ꝓ nobis: q̄ si nulla esset vel pua mortis molestia non esset tā magna martyrij

Grego. gloria. vñ Greg. Nec̄ enī si plenissime petr⁹ nollet ꝓ xp̄o pati potuisset: sz martyriū qō ꝓ infirmitatē carnis noluit: p ꝟtutē spūs amauit. Qui dū ꝓ carnē ad penas ire trepidat ꝓ spm̄ ad gloriā exultat. Actūc̄ est vt cruciatū martyrij nolendo voluisset. Sic nos quoc̄ cū gaudiū querim⁹ salutis amarū poculū sumimus purgatiōis. Amaritudo q̄dē in poculo displicet: sed restituēda ꝓ amaritudinē salus placet. Cum ḡ cognouit dñs q̄ diligeret a petro ꝑdixit ei fructū dilectionis. s. coronā martyrij quo ones pasceret ecclesiā multiplicare ꝛ se caput sequi deberet. vñ glo. Passurū ꝑdicit q̄ negaturū ꝑdixerat: hoc iā poterit. s. pati ꝓ xp̄o rōne firmat⁹ qō immature pollicebat infirm⁹. Jā nō metuit hui⁹ vite interitū: q̄ resurgente dño vite alteri⁹ ꝓ:essit exēplū. vñ et

Chriso. aiaz suā ponere pro xp̄o datū est petro. Chri. Et nimirū hoc volebat ꝛ cupiebat idcirco ei manifestū ꝟ fecit: q̄ enī dixit aiam meā ponā ꝓ te: si oportuerit me mori tecū nō te negabo dedit ei qō desiderabat. Q̄ enī petrus semp volebat esse in eis q̄ ꝓ eo erant periculis cōfide ait: ita enī tuū implebo desiderū vt q̄ nō passus es iuuenis existēs hoc te oporteat pati senē factū. hec Chri. Hoc aūt qō ait: ali⁹ te cinget ꝛ ducet te dz ꝓcedere hoc qō dicit extendes manus tuas: nā in alterius cinctione exprimit impositio vinculorū a ꝓsecutore. vñ

Augu. Augu. Extendes inquit manus tuas hoc est crucifigeris: ad hoc aūt vt venias: ali⁹ te cinget ꝛ ducet nō quo vis: sed quo nō vis. Petrus

L Triginta septez annis supuixit petrus. dixit q̄ fieret: ꝛ deinde q̄o fieret: non enī crucifixus: sed crucifigēdus quo nollet est ductꝰ. hec Augu. Et bñ dixit cū senueris. Nā post tp̄s quo ꝟba ista dicta sunt vsq̄ ad tp̄s mortis petri fluxerūt vere trigita septē ānī. Unī ptz q̄ satis senex erat. Ju hoc aūt q̄ petr⁹ cū senuisset ꝛ ꝓpe terminū vite iā esset passus est molestiā crucis: mystice significatum est q̄ post peccati remissionē toto tpe vite sue debet hō ꝓ peccato suo dolere: et vsq̄ ad terminū vite

Miseriā patitur etiaz cui pctā remissa sūt miseriam sustinere vñ glo. etiā remissis peccatis tolerat hō miseriā: in quam tamen ex peccato venit productio: est pena cū culpa: ne parua videret culpa si cū illa finiret: pena in petro typus est seculariū ꝛ religiosorum: secularis enī quo vult vadit dūs sue voluntatis: sed religiosus superioris ligamine cinctus granitate religionis senior et ꝓfessione maturior ꝓcepto maioris frequenter ducit quo nō vult: nisi ꝓpter obediētie fructū [hoc aūt dixit] iesus petro [significās] q̄ esset crucifigendus: et hac morte deū clarificaturus: martyrium enī petri fuit ordinatū ad gloriā dei: q̄ sicut ne cingeret vinculis cū dño xp̄m obscurauit in cordibus audientiū negatiōe: clarificata extendendo man⁹ in simili cruce sicut xp̄s glorificauit xp̄m ꝓ exēplū constantie in veritatis confessione: in auribus crucifigentium tortorū. Quāuis enī xp̄s nō clarificetur in se a malis ꝛ infidelibus: tñ clarificatur quotidie per exemplū patientie a sanctis ꝛ bonis fidelibus: mors ergo sanctorū est ad gloriā xp̄i: q̄ ex hoc ostēditur magnitudo dñi q̄ ꝓ eius veritate ꝛ fide sancti exponunt se morti. Cum enī vis amoris graues vincat molestias mortis: ꝓfecto martyres morte sua deū clarificāt ostendentes ea quantū colendus ꝛ amādus sit. Et nota q̄ xp̄s ldirectū: crucifix⁹ qō petr⁹ ob reuerentiā dñi in cōtrariū. s. deorsum: sed andreas in trāsuersum. [Et cū hoc dixisset] iesus petro nuncians ei mortē ꝛ passionē ne dura et intolerabilis petro videretur passio hāc suo exēplo pius magister lenire curauit: ꝛ ad genus mortis exēplo sui eū inuitās [dixit sequere me]. i. imitare me: sequi enī dñm imitari est: ac si diceret tāto tolerabilius crucis passionē sustinebis: quāto in ei⁹ sufferentia mea te sequi vestigia recordaberis: vt sicut ego ꝓ tua salute crucis patibulū sustinere nō distuli: ita q̄z tu ꝓ cōfessione nois mei te pati debere memēto: q̄ eo gloriosiorē palmā martyrij ꝓsequeris: quo ad hanc ꝓmerēdā arcti⁹ magistri iter sequeris: q̄ enī petrus ꝓus singulariter ad hāc se exhibuerat seqlā dicēs q̄re nō possum te sequi aiam meā ꝓ te ponā: nō singulariter ab eo exigit dñs ꝓmissum di. [Seq̄re me]. s. in genere mortis. Si me inq̄t diligis seq̄re me: veni post me: ꝛsicut ego pro te ita ꝛ tu moriaris ꝓ me sicut ego: tu in crucē ascende: tu eandē quā ego mortē patere. Unī nō dixit ei soli: sed signanter pre aliis q̄ ipse pre oib⁹ debebat aiam ꝓ grege ponere ꝛ oib⁹. Hoc aūt dicēdo dñs surrexit ꝛ a loco quinq̄ abire cepit. Et sic p illā sequelā corporalē idē significabat qō prius petro ꝓ ꝟba expresserat: sicut enī i veteri testamēto ꝓphete significabant aliqua ꝟbis ꝛ aliqua factis: similiter xp̄s faciens postc̄ ꝟbo ꝑdixerat petro suū martyriū incepit ire: ꝛ tūc dixit ei seq̄ me. s. in hoc qō ꝑdixi tibi. [Conuersus petrus] retrahendo oculos ab aspectu dñi [vidit iohānē quā diligebat iesus etiā sequētē] q̄ sicut ꝛ petrus ceperat ire post xp̄m ꝛ volēs certificari de morte iohānis ex amore quo eū diligebat de eo dñm q̄siuit di. [Hic aūt q̄d] s. patiet. q. d. ecce ego sequor te in passiōe: hic

W De morte io. interroga tio.

autem quēvt me diligo nunq̄d moriet̄ sicut ꝛ ego? Postq̄ petrus audierat se crucifigēdū voluit etiam agnoscere fratris exitū. Diligebat eñ petrus iohannē speciali dilectione: et ideo volebat eum in martyrio sociū habere.

Chriso. vnde dicit Chriso. q̄ valde diligebat petrus

Petrus iohannē a dño

iohannē ꝛ audiens tā magni amoris indicia a dño q̄ videlicet simili genere mortis secutus esset dñm quo dñs precesserat petrum cupiebat tam magnorū munerū habere sociū.

diligebat.

N De hoc aūt q̄ petrus interrogauit etiā iohānes interrogasset: sed nō audebat. Diligebat aūt vt hic dicit ihesus iohānē nō quidē singulariter solū sed pre ceteris familiarius et specialia signa dilectionis ei ostendendo pre ceteris: ꝛ hoc signū inter cetera: vt per pacē exiret de vita nō p certamē passionis: diligebat primo quippe ꝓpter mundiciā puritatis: q̄ virgo est electus a deo ꝛ virgo pmānsit. Secūdo ꝓpter sublimitatē sue sapiētie: q̄ ceteris altius archana diuinitatis vidit. Tertio propter feruorē sui affectus ad xp̄m qui diligentes se diligit: ꝛ rndēs ihesus petro di. [Sic eū volo manere].i. expectare.s. absq̄ passione martyrij [donec] eccl'ia sua pace firmata [veniā].s. ad deū vocandū: ꝛ per placidā mortē de hoc mundo ad gloriā celestē assumendū: quasi dicat nolo eū mori per martyrium ꝛ me sequi per viā passionis: sed magis volo eum occupari in quiete contemplationis [donec] me vocante de hac vita in aliā trāsferat̄ suauiter ꝛ iocūde.

Nō dilexit dñs io. ob multa.

Mors iohan.

Habet̄ eñ in legenda eius: q̄ xp̄s apparuit sibi circa finem vite sue cū discipulis suis vocans eū ad gloriā: ꝛ ad epulandū cū illis [quid ad te].s. inuestigare de ipo q̄ ad petrū nō ptinebat scire q̄ deus ordinabat in futurū de iohanne: sed tm̄ ptinebat ad ipsum verbo xp̄i prompte ꝛ humiliter obedire. Ideo sequit̄ tu me seq̄re.s. crucis passiōe.

Chriso. vñ Chriso. Sic eū volo manere inquit: quid ad te: per hoc erudiens nos nō anxiari neq̄ multū inuestigare: neq̄ vltra ea q̄ placent ei q̄rere et nihil vltra q̄ oportet circunscrutari. Hoc aūt faciebat ad intēperanea cōpassione que ad seinuicē erat diuidēs eos. Quia enim debebant orbis terrarū ꝓcuratione accipere non oportebat eos ad seinuicem de reliquo esse cōplexos: pfecto eñ magnū huic orbi terrarū factū esset dānū. Propterea ait: opus cō missuz est tibi id attēdere: pfice ꝛ exercez certa. Huncvero si voluero manere hic [q̄d ad te.] Tu ea q̄ tuū pīus sunt attende ꝛ de his solicitus sis. hec Chrisost. [Exiuit ergo sermo iste inter fratres].i. discipulos: qui erant vniti fraterna charitate: ꝛ diuulgatū est in publicū per narrationē vnius ad alterū [q̄ discipulus ille nō morit̄.] Hunc intellectū cōcepe runt ex verbis xp̄i: et in isto intellectu sermo ille recitabat̄ q̄ iohānes nō esset moriturus: sed donec xp̄s ad iudiciū veniret victurus. Sed non erat hoc magnū donū si datū esset discipulo: cū melius sit dissoluizesse cum xp̄o. Ille tamen intellectus fuit erroneus. Quia iohannes ꝑm veritatem est mortuus. Et ideo Johannes statim excludit̄ cū subditur. [Et non dixit ie nes mor sus nō morie t̄] q̄ sententia mortis in omnes tuus. in originali peccato natos prolata est. [Sed dixit sic eū volo manere] a dolore persecutionis alienū [donec veniā] vocādo eū in morte per resolutionē naturalē ad celū [q̄d ad te] hoc remissiue legendū est: q̄ nō querit: sed solum recitat hoc q̄ ante dixit: habebat aūt iohannes nonagintanouē annos cū moreretur ꝛ sexagintaocto annis p̄dicauit. [Hic est discipul⁹ ille. s. iohānes de quo saluator tam locutus est [qui testimoniū phibet de his] que vidit ꝛ audiuit: ꝓpter q̄ ei⁹ testimoniū est efficax ꝛ verum [ꝛ scripsit hec] tanq̄ testis verax testimoniū phibēs de eis. Modus erat antiquorū q̄ illi scriberent hystoriā qui vidissent scribēde ꝓpter q̄ dicitur hystoria ab hystorin quod mos. est videre: quia qui videt quod fit pōt inde hystoriā cōtexere: ꝛ ideo iohānes qui verba xp̄i audiuit et facta eius vidit: conuenientissime scribere potuit. Omissa aūt omni cōparatione inter duos istos discipulos de dilectiōe potest ad mysteriū referri ꝛ mystice accipi. nā p Vita duhos duos duplex significat̄ vita. s. actiua ꝛ cōplex. templatiua: per petrū eñ cui dictū est sequere me: labor exprimitur vite actiue ad quem pertinet necessitatibus proximorum insudare: ac pro veritate et iusticia si necesse fuerit vsq̄ ad mortem certare: per iohannem vero suauitas designatur vite contemplatiue ad quē pertinet omnibus alijs omissis soli deo inherere: de quo bene dictū est [sic eum volo manere donec veniā].i. eos quos gustu mee contemplationis inebriauero semper proficere volo quousq̄ me in die iudicij cum eterna remuneratione apparente de fide transeant ad spem. Et de imperfecta vite huius contēplatione ad perfectam glorie contemplationē. Utriusq̄ autem vite finis ꝛ obiectum est deus pro quo exercetur hec illa: sed vita actiua plus diligit q̄ cōtemplatiua: quia magis sentit angustias presentis vite: ꝛ estuantius desiderat ab eis liberari ꝛ ad deū ire: cōtemplatiua vero vitam deus plus diligit: quia eam magis conseruat: non enim simul finit cum vita corporis sicut vita actiua: et ideo ips. dicitur. Diligit dñs portas syon sup omnia tabernacula iacob. vñ dicit dñs de vita cōtēplatiua: sic eū volo manere.i. expectare: donec veniam: vel in fine mundi: vel in morte cōtēplatiua: sed vite actiue dicit tu me seq̄re q̄ ꝓtēplatiua hic inchoata nō perficit: sed inchoata manet ꝛ expectat donec veniat xp̄s pficiendo cū venerit: sed actiua vita pfecta ꝛ informata ei⁹ passionis exēplo: interim sequit xp̄m patiendo ꝓ eo: potuisti itaq̄ attēdere q̄.

multa ꝛ ꝯ magnifica dicta ꝛ facta sunt in hac apparitiōe:ꝛ hāc apparitionē vocat iohānes tertiā.ſ. a numero dierūiſz nō a numero apparitionū. Prīa apparitio fuit in prīa die q̄ surrexit:q̄ pluries se manifestauit. Secūda post dies octo:qñ Thomas vidit ꝛ credidit. Tertia hac die qñ de piscib⁹ prandiū fecit:sed post quot dies ab octaua resurrectionis id fecerat euāgelista nō determinat:vl̄ pōt referri advices:qz nō legit q̄ multis vel plurib⁹ discip'lis simul apparuerit:niſi prīo Thoma absente ꝛ secūdo eo p̄sente ꝛ tertio hic ad mare. Un̄ signāter in plurali dicit discipulis suis. Et deinceps apparuit vſq̄ ad diē ascēsiōis quotiēs voluit ꝯ suis nō oīa scripta sunt. Tādē dñs bñdictiōe data discip'lis disparuit ab eis. ¶ Oro

Domine iesu xp̄e p̄sta mihi misero:vt pul mētariuz tibi adhibeā mādatis tuis obediēdo:tu em̄ nr̄a obediētia quodāmodo reficeris:qz ea q̄ plurimū delectaris. Fac q̄z me idignū tui gaudij participē vt te piſce assō ꝛ p nobis passo reficiar p te patiēdo ꝛ te pane vero satiar nūc in tua doctrina ꝛ tui corporis sacramēto:ꝛ tandē in eterne societatis gaudio:da etiam mihi domine:vt cum petro merear te diligere pro te mala perferendo:et cum iohanne a te diligi inherendo:ꝛ in hoc semper proficere ꝛ vſq̄ in finem perseuerare. Amen.

P Apparitio tertia id est tertia die.

¶ Quomodo dñs apparuit.xj.discipulis in galilea ꝛ etiam quingentis fratribus. Capitulum.lxxx.

A Mat. xxviij.



Beda.

Post hec vndecim discipuli abierūt in galileā sm mandatū xp̄i ꝛ angeli in mōtē ꝛ locū vbi principaliter cōstitutū erat eis vbi dominꝰ ordinauerat se visibilē prebere illis. vndē Beda. Nam pergens dominus ad passionem ait discipulis:postq̄ resurrexero precedam vos in galileā. Angelus quoq̄ mulieribus ait:qz precedet vos in galileaz. Quapropter iussioni magistri obedientia discipulorū obsequit. Quānis em̄ supradicta apparitio ad mare tyberiadis fuerit in galilea vbi est idē mare:nō tn̄ illa principal'r intēdebat cū ibi pauci.ſ. septē tn̄ essent discipuli: sz potius ista i qua simul oēs erāt ꝯgregati. Et sciendū q̄ ꝓpe montē oliueti ex parte borealī ad vnū miliare est mons q̄ appellat galilea:ꝛ dicūt quidā q̄ ille est mons p̄dict⁹ ad quem discipuli vndeciz abierūt: nō qz mons sit in galilea:cū sit in iudea:sz qz mons iste appellat galilea. Alij [qō magis videt]dicūt ḡ fuisse in monte thabor:in quo dñs trāsfiguratus fuit q̄vere in galilea cōsist it. Ibi em̄ pancis sez trib⁹ discipulis ostenderat gloriam sue future resurrectionis:ꝛ iō ibi resurrectionem suā cōpletā manifestauit oibus suis discipulis. Un̄ ꝓbabiliter credit q̄ ibi etiā fuerūt q̄n gēti fratres p̄ter p̄dictos vndeciz discipulos: ꝛ q̄ illa fuit manifestatio de qua ad Corinth. scribit apostolus dicēs deinde visus est plusq̄ q̄ngentis fratrib⁹ simul. hic tn̄ nō exprimunt nisi vndeciz ap'li:qz erant principales discipuli xp̄i. vn̄ Eusebius. Duo em̄ euāgeliste scilz lucas ꝛ iohānes solis vndeciz hunc scribūt apparuisse hier'lm:ceteri vo in galileā ꝓperare nō solū vndecim:sz vniuersis discipulis ꝛ fratribus dixerūt angelū ꝛ saluatorez vidisse:de quib⁹ ꝛ paulus meminit dicēs:deinde apparuit plus q̄ quingētis fratrib⁹ simul. hec Eusebius. Quō aūt tot fratres erant ibi cū apte dicat in actib⁹ q̄ oēs discipuli erant in hierusalē in cenaculo cōgregati ꝛ nō erāt niſi centum viginti. P̄ōt dici q̄ oēs credentes de hierusalē cū apostolis nō erant niſi centū viginti. Multi tn̄ erant credentes de alijs ciuitatib⁹ ꝛ locis q̄bus simul apparere voluit ad ipsorum consolationē sicut ꝛ alijs. Et ibi scz in monte apparuit eis dñs:quia illi eū q̄q̄ videre meruerunt in altitudine celoꝝ:qui nūc celsitudinem perfectionis ascendētes in yma calcant desideria terrenoꝝ. vn̄ Raba. In mōte quidē apparuit eis dñs: vt significaret: qm̄ corpus q̄ de cōmuni generis humani terra nascēdo suscepit:iā sup oīa terrena resurgēdo subleuauerat:ꝛ vt admoneret fideles:si illuc celsitudinez resurrectionis ei⁹ cupiunt videre hic ab infimis voluptatib⁹ ad suploernas studeant desideria transire. hec Raba. Discipuli autē dñm videntes visum adorauerūt in aduentu suo adoratiōe latrie:ꝛ ante eū hūiliauerūt se credentes dñm deū ꝛ hoiem immortalē surrexisse. Quidā aūt dubitauerūt ꝓpt̄ rei nouitatē lquorū dubitatio nostrā auget fidē:ex q̄ patet q̄ ibi erant alij ꝯ apostoli:qui oēs erant certificati:etiam thomas q̄ inter eos fuit magis incredulus. Dubitatio quidē discipulorū nostre fidei fuit confirmatio:qz quo amplius dubitauerunt:eo solicitius inquisierūt:ꝛ quo verius probauerūt eo firmius crediderunt et nō solū fidem nostrā corroborauerunt:sz etiā hereticorū vesaniam destruxerūt: pius aūt et clemens dñs credētes in fide cōfortat:ꝛ fidez eorum roborat:ac dubios ad fidem reduxit:ꝛ dubietatem eorum excludit intimans eis ad quantam gloriam peruenerit. Un̄ ꝛ omnē dubietatem a cordibus eorum auferret accedēs locutus est eis ad certificandum,eos de sua resurrectione dubios dicēs. [Data est mihi oīs potestas in celo ꝛ in terra]quia licet christus quantum ad diuinitatem ab eterno haberet hanc potestatem ꝛ inquantum homo ab instāti conceptionis haberet potestatez in celo ꝛ in terra. Auctoritatē tn̄ executiue nō habuit ante suam resurrectionē:sed voluit passibilitati

Appari tio principalis in galilea ꝛ que galilea.

Euseb⁹

Cur in mōte, vi sus dñs Raban⁹

B Ptās data xp̄o vt homini.

esse subiectus ꝓpter nostrā redēptionez. Hoc ergo loquitur a parte humanitatꝭ in qua minorat⁹ est paulominus ab angelis: nō a pte diuinitatꝭ: in qua patri est consors ⁊ coequalis. Tāta q̄libet ꝑsona cū ꝑte oēs. Nam ꝑm diuinitatē tantus est pater aut filiꝰ aut spiritussanctus: quantus est pater ⁊ filiꝰ ⁊ spiritussanctus. vnde Augu. Tanta est tota trinitas in solo ꝑtre vel in solo filio: vel in solo spiritusancto: quāta est simul in parte ⁊ filio ⁊ spūsancto. hec Aug. Igitur ꝑm diuinitatē semp simul cū patre ⁊ spūsctō oīpotens sup oia: ꝑm humanitatē oium rerū ⁊ inter oia potestatē accepit: ⁊ oia in manu eius sunt tradita vt homo ille qui nup factꝰ est de celo dominetur ⁊ in terra. Habet eñ ptātez in celo coronandi quos vult: et in terra eligēdi quoscūq; vult: qz ⁊ hic ibi et facit qđ vult: non solū ergo in terra sed etiā in celo potestatē accepit qz in humanitate exaltatus ad dexterā patris est collocatus ⁊ sup oēs angelos eleuatus nomē qđ sibi datū est qđ est sup oē nomē vt in nomine iesu omne genu flectatur celestiū: terrestriū: et infernoꝝ: nō solū est sup oim hominū nomen: sed etiā super oim angelorūz sanctissimū: nulli eñ hoim vel angelorū cōcessum est vt natura filius dei dici possit: nisi illi soli cui a patre dictuz est. Hic est filius meus dilectus in quo mihi cōplacui: nulli quoq; sanctoꝝ vel angelorūz datum est: vt in nomine eius daret salus mūdo nisi soli deo. de quo Petrus ait. Nō est in aliquo alio salus: neq; enim aliud nomē datum est sub celo hoīb⁹ in quo oporteat nos saluos fieri. ¶ In natura q̄ppe hois a patre accepit: qđ in natura deitatis etiam ipse donauit. Actu. iiij. vnde Seuerianus. Filiꝰ quippe dei virginis filio deus hoi diuinitas carni cōtulit qđ semper ipse cum patre possedit. Hec aūt potestas sibi data peccatores nō spernit: sz omnes sine personarū acceptiōe colligit. vñ consequēter instituens baptismū subiungit [Euntes per mundū vniuersū docete] fidem [oēs gētes.] i. omnia genera gentiū sine distinctiōe personarū. Ex hoc patet ꝙ ꝑdicatores euāgelij debent omnib⁹ ⁊ magnis ⁊ paruis sine acceptione predicare [Ēūtes] ergo qđ est cōtra negligentes qui ire nolunt [docete] quod est cōtra ignorantes qui docere nesciunt ⁊ officium assumunt [omnes gentes] quod est contra personaruz acceptores qui tm̄ ad aliquos vadūt [baptizantes eos] qz nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ spūsancto nō ꝓt intrare regnum dei [in noīe] ꝓpter vnitatem substātie [patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti] ꝓpter distinctionē personarū vt quorū est vna diuinitas: vna sit largitio: non ait in nominibus patris ⁊ filij ⁊ spūssancti: sed in nomine vt individuam trinitatem vnum deum esse insinuet. Ista ergo est forma baptismi a xp̄o instituta: sed familiari ⁊ filio spiritussancti: quodāmō mutata fuit in primitiua eccl'ia quādo apostoli baptizabant in nomine xp̄i: vt nomen xp̄i qđ tunc odiosum erat publicaretur ⁊ magnificaret ꝑ ambitū mūdi. Et addit [docentes eos seruare] ope ⁊ p seueratia [oīa quecunq; mandaui] et dixi [vobis] scz sacramenta a xp̄o instituta: ⁊ alia ad fidem catholicā pertinentia ac mores circa dilectionē dei et proximi instituētia. ¶ Preceptū qđ dñs ante passionem suaz discipulis dederat: scz ꝙ iudeis ꝑdicarēt ⁊ in viam gentium nō abirent ad tēpus erat certuz qz ante xp̄i resurrectonē fides xp̄i non erat diuulganda per orbem vniuersum: ⁊ ideo post resurrectionē precepit eis vt in oēs gētes irent ⁊ prio docerent. i. cathezizarent: ⁊ in fide instruerēt. Deinde fidei sacramento: scz baptismo intingerent qz adulti prius debent instrui de his q̄ ad fidē pertinent q̄z baptizari. Et ideo catheciſmus debet baptismū p̄cedere: ⁊ tandē post doctrinā fidei: ⁊ post baptismuz oīa quecunq; essent obseruāda preciperēt: qz vt dicit Jacob⁹. Oportet non t m̄ auditores esse verbi: sed etiā factores: ⁊ q̄ offenderit in vno factus est oium reus cōgruus ordo. Primo enim auditor in fide est docēdus: qz nisi prius fidē aia recipiat nō est dand⁹ baptismus qz sine fide ipossibile est placere deo: nec valet baptismi inūdatio si nō quantū potest bonis operib⁹ in sistat: qz si cat corpus sine spū mortuum est: ita ⁊ fides sine operib⁹ mortua. Igit oportet omnia seruare quecūq; mandauit ipse. Cui hoc videt impossibile soluz teneat ⁊ custodiat charitatē. vñ Augu. Dilectio fortis res est fratres. Multis videre q̄z sit fortis dilectio quisquis ꝓpter aliquam necessitatē non potuerit implere quod iubet deus amet illum qui implet: ⁊ in illo implet. Et iterū diuinarū scripturarum multiplicem abundantiaz latissimamq; doctrinā si ne vllo errore cōprehendit: et sine vllo labore custodit: cuius cor plenū est charitate dicente apostolo. Plenitudo aūt legis charitas totaz magnitudinem diuinorum eloquiorū secura possidet charitas qua deum proximūq; diligimus: docet eñ celestis vnus medicus nos ⁊ dicit. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota anima tua: ⁊ diliges proximum tuuz sicut teipsum. In his duobus preceptis tota lex pendet ⁊ prophete: si ergo nō vacat oēs paginas, sacras perscrutari oīa inuoluta sermonum euoluere: oīa scripturarū secreta penetrare: tene charitatem: vbi pendēt oīa. Ibi tenebis qđ ibi didicisti: tenebis etiā quod nō didicisti: si enim nosti charitatē aliquid nosti. vnde ⁊ illud pendet qđ forte nō nosti. Et in eo qđ in scripturis intelligis charitas patet. ⁊ in eo quod non intelligis charitas latet. Ille ita qz tenet et quod patet: ⁊ quod latet in diuinis sermonibus qui charitatem tenet in moꝝ⁹. Et iterum quanta est charitas que si desit frustra habentur cetera: si assit habentur oīa: et iterū homo fide: ⁊ spe: ⁊ charitate subnixus ⁊

Cathecismus. Jaco. j. Augu. Charitas legē implet. Dilectionis fortitudo. rom. xiij

eas incōcusse retinens nō indiget scripturis nisi ad alios istruēdos. Multi p.hec tria insolitudine sine codicibus viuūt. hec Augu. Est Charitas alie etiā tantū bonū charitas: vt nō tm̄ defect⁹ nostros suppleat: sed etiaz bona aliena nostra esse faciat. vñ Greg. Aliorū bona opa nostra sunt q̄ si imitari nō possum⁹ in alijs amemus et amantiū fiūt quecūq; amant in nobis. vnde2 Aug. Pensent inuidi quātū bonū est charitas que sine labore nostro aliena bona nostra facit. Et iterū si amas vnitatez: etiā tibi habet: quisquis in illa aliquid hz: tolle inuidiā2 tuū est qō habeo: tolle inuidiā2 meū est qō habes. Liuor separat: charitas iūgit. hec Aug. Per charitatē quippe est homo in participio oim bonoz ecclesie: 2 ex defectu charitatis amittit hō meritū oim bonorū eccl'ie: et etiā boni opis ꝓpriū. 2 vt dicit Ber. Charitas est virt⁹ in qua nec minimū opus respuit' sine qua nec maximū acceptat'. Et breuiter cōcludēdo charitas inter virtutes tenet principatū: qz sine ipsa ad pfectionis culmē nemo cōscēdere valet. tūc em̄ hō pfectus est qñ charitate plenus est. Deinde qz magna eis inūxit erigēs eoz sensus 2 eos cōfortās ait. [Et ecce ego vobiscū sum] protectione diuine virtutis coopatione laboris 2 operis: ac etiā sacramētali pñtia corpis [oibus diebus vsq; ad consummationē seculi] inclusiue cū finitis laboribus: 2 cōsummato seculo mecū regnabitis cui⁹ rei pignus est pñtia mee deitatis et gre etiā in pñti. Ex quo patet quāta merces pie cōuersationis qualeve pign⁹ future beatitudinis etiā in pñti fideles moneat: 2 q vsq; ad finē mūdi fides nō deficiat quātūcūq; tribulationib⁹ agitet': ac si dicat ꝑm Chrisost. Nō excusetis vos: nec mihi dicatis difficultatē inūctoz negociorū: qz ego vobiscū sum: qui oīa facia leuia. hec Chriso. Magna ꝓmissio: magnus2 insup̄abilis clipe⁹ securitatis: ego inquit vobiscū sum: in vobis pugno: vos defendo: nihil timeatis: ite securi. Si em̄ deus pro nobis quis cōtra nos? dicam⁹ ergo in deo faciem⁹ virtutē 2 ipse ad nihilū deducet tribulātes nos2 inimicos nostros: 2 spāliter predicatorib⁹ euāgelij ꝓmittitur assistētia dñi cuz dicit' [2 ecce ego vobiscū suz] scz dirigēdo sermones ad salutē audientiū 2 meritū vestrū. ꝑm Chrisost. Nō tm̄ loquitur illis qui tūc erāt: nec cū illis solū dixit se futurū eē: sz et ꝓipos loquit': oibus futuris qui post illos credēt cū quibus etiā semp erit. Nō em̄ vsq; ad cōsummationē seculi apostoli permāsuri erāt. Sed sicut vni corpori loquit' fidelib⁹ quib⁹ coniungit' vt caput mēbris. hec Chriso. Quāuis em̄ dñs quo ad presentiaz corporalē abscesurus esset a discipulis: tm̄ p presentiā diuinitatis 2 spiritualē influxum suoz donoz 2 sue gratie presens semp manet: 2 manebit cū fidelibus vsq; ad finem seculi. Sapiens enim 2 fidelis nauta nauē non dimittit donec fuerit ad portū applicata: ecclesia ꝙ est nauis et xp̄s est Eccl'ie nauta regens ipsam: qz eā non dimisit nec dimittet donec ad portū paradisi puenīat. hec xp̄i. ecclesia in Apocal'. de celo descēdere dr: quia ꝑm Aug. Celestis est gratia qua deus eā fa- cit. vbi Raban⁹. Ex hoc aūt intelligit' q̄ vsq; ad finē seculi non sunt defuturi in mūdo qui Rab' diuina māsione et inhabitatione sunt digni. Usq; Quod aūt dicit vsq; ad cōsummationē seculi semp ꝑm Bedā finitū ꝓ infinito ponitur. Nā qui Bed' in presenti seculo manet cū electis eos protegendo: 2 occultos instinctus spūssancti diri gēdo: ipse cū eis post finē seculi manebit eos remunerādo: 2 sine fine sua presentia satiando. vnde2 Leo papa. Qui em̄ ascendit in cē- Leo p los nō deserit adoptatos 2 ipse deorsum ꝓfor pat ad patriā qui sursum inuitat ad gloriā. Manebit etiā cū fidelibus in presenti seculo non solum virtualiter: sed etiā per presentiā corpalē in eucharistie sacramēto: vbi est xp̄s totus: et post finem videbunt eū facie ad faciem luce clarius. Rememorat aūt eis: vt ait Chrisost. 2 consummationē seculi: vt eos magis attrahat: et ne presentia singulariter inspiciāt solū que simul cū presenti vita dissoluūtur: sed 2 futura bona 2 sine fine māsura: quasi dicat. Tristia q̄ sustinebitis simul cum presenti vita dissoluent': cum et totū seculū in consummationē deueniat: bona antē quib⁹ potiemini sunt ineternū mansura. hec Chri. Cōsidera nunc bene discipulos 2 ea que modo sunt eis dicta: quia sunt valde manifica. Stāt in magna iocūditate cum dño: manifestat eis qualiter est dñs omniū: dat eis mandatū de predicando: 2 dat formam baptismi: dat 2 vigorē permaximū dux dicit q̄ semper cūeis erit. Et stans benignus familiariter inter eos predicans 2 loquens de regno dei: magna eos iocunditate replenit 2 letitia inenarrabili. Uides quātam consolationē dat eis: 2 quot ostendit insignia charitatis apparet q̄ isti dñm cuz desiderio 2 solicitudine expectare curauerūt. Et ideo leti euz aspicere meruerūt. Sic et nos cōtingere sentirem⁹: si in expectādo dñm et aduentū eius feruidi et soliciti essem⁹. Per istos quib⁹ dñs in monte thabor predicto apparuit contēplatiui designātur: qz in hoc mōte trāsfigurat⁹ dr 2 talibus ipse frequēter apparere dignat': deinde dñs ab eis discessit 2 more solito ad sctōs patres redūt: discipuli ꝙ cū magno gaudio remāserūt: 2 postea in hierl'z redierūt. ¶ Ofo.

O Omine iesu xp̄e fili dei viui qui corda discipuloz de morte tua dolentiū tue exhibitiōe p̄sentie gaudio incredibili in monte eis apparens pfudisti: da mihi misero vt nunc celsitudinē perfectionis ascendēs in ima studeā desideria terrenorū calcare 2 ab infimis voluptatibus ad

D Charitas alie

Gre. Aug.

Ber. Charitas oia facit acceptabilia.

E Fides nō deficiet.

Chriso.

Ro. viij

Chriso.

Christ⁹ quō sp ꝑsens.

Chri

supna desideria transire: quatenus temerear quādoq; i altitudine celoꝝ videre. Fac etiam dñe me ola que mādasti seruare z mane nobiscū in hoc seculo protegēdo: dirigendo: z post finē seculi remunerando: z sine fine tua presentia satiando. Amen.

ℭ Epilogus apparitionū domini post resurrectionē. Capi.lxxxj.



quē facta est oīs creatura ſciētiā habet vocis i. linguarū. Ac ſi diceret. Spūſſanct⁹ replens orbē terrarū dedit diſcipulis ſcientiā lingua rū: vt linguis oīm gentiū loq̄rent. Tūc enim eccl'ia in vna gēte erat: cūq̄ loq̄rent linguis oīm ſignificabat q: eccl'ia creſcēdo per oēs gentes linguis oīm locutura eſſet: q: iā eccle ſia linguas oīm habet. Ubi ergo iaz oēs lin gue loquebātur: oēs lingue crediture oſten debātur. Ihā aūt ſpecies creature in q̄ ſpūſ- ſanct⁹ viſibiliter deſcēdit ad quē vſum tūc in apoſtolos deſcēderit [exp̄ſſit: vt ſcz oīs verbū intellectui lucē ⁊ affectui ardorem ⁊ cordi ro bur miniſtraret. ¶ Lingua eniz verba expli cat: ignis ꝟo illuminat calefacit ⁊ teſtā robo rat. Sed ad aliū vſum. ſ. ad relaxandū petā datus fuit quādo poſt reſurrectionē ſuā dñs apoſtolis inſufflauit ⁊ dixit. Accipite ſpiritū ſanctū quorum remiſeritis peccata remittū tur eis: ⁊ quorum retinueritis retenta erunt. ¶ Ubi notādū q: ſpūſſanctus bis miſſus eſt ſuper chriſtū: et bis ſuper diſcipulos. Super xp̄m quidem in ſpecie columbe in baptiſmo et in ſpecie nubis in tranſfiguratione: q: gr̄a xp̄i que datur p ſpūſſctū derivanda erat ad nos per ꝓpagationē gratie in ſacramētis: et ſic deſcēdit in ſpecie colūbe que eſt animal ſe cundum ⁊ per doctrinam: ⁊ ſic deſcendit in nu be lucida. Unde ⁊ ibi oſtendit doctor iēm in quit audite. Super apoſtolos aūt primo de ſcendit in flatu ad ſignificandū ꝓpagationē gratie in ſacramētis: cui⁹ ipſi miniſtri erāt: vnde dicit: quorū remiſeritis peccata remit tūtur eis. ſecūdo in linguis igneis ad ſignifi candū ꝓpagationē gratie p doctrinaz. Unde poſtq̄ [repleti ſunt oēs ſpirituſancto] ſtatiz [ceperūt loquivarijs linguis.] Bis ergo ſm Grego. ſcriptū legimus apoſtolos manifeſta donatione ſpiritūſanctū accepiſſe. Primū do mino conſiſtēte in terra p inſufflationē: poſt modum preſidēte in celo in varijs linguis p ignem: q: charitas que in cordibus per ſpiri tumſanctum diffundit duobus preceptis: ſcz dilectione dei ⁊ proximi impleť. In terra da tur ſpiritus: vt diligatur ꝓximus: e celo dat ſpiritus: vt diligat deus. Et ſicut vna est cha ritas ⁊ duo precepta: ita vnus ſpiritus ⁊ duo data. Et q: per dilectionem proximi perueni tur ad dilectionem dei recte primo datur ſpi ritus in terra: ⁊ poſtmodum e celo. Sicut em̄ ij. Joh. iij. ait Johānes. Qui non diligit fratrem ſuum quem videt: deum quem non videt quomodo diligere poteſt? Inſuper etiā datus est apo ſtolis ſpūſſanctus ante paſſionem ad purgā dum quando fuerunt baptizati: et ad faciē dum miracula: quando ad predicādum ſunt miſſi: ⁊ dictū eſt eis egros ſanate: ⁊ demones mar. vl. ejcite: mortuos ſuſcitate. vnde Hieroñ. Ego Hiero. quidem audacter p̄nūcio apoſtolos ex eo tē pore quo crediderūt dño ſemper ſpiritū ſan-

Spūſſā ctus bis miſſus

Grego.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK MAINZ Universitätsbibliothek Mainz

ctū habuisse: nec absq; eius gra signa facere potuisse: sed eū p modulo atq; mensura recepisse. Primo aūt die resurrectiōis eī⁹ acceperunt gratiā sanctiſpūs qua peccata dimitterent ꝛ baptizarēt ac ſpm̄ adoptionis credētibus traderēt. Die ꝟo pēthecostes eis ampli⁹ repromissuz est: vcz q ꝟtutē ex alto reciperēt qua ꝛ euāgeliū xpi cūctis gentib⁹ p̄dicarent. vñ Leo papa. Nō igit ambigam⁹ q cū in die penthecostes implenit discipulos dñi ſpūſſācti nō fuit hui⁹ inchoatio muneris: sed adiectio largitatis. Nā patriarche: pphete ꝛ sacerdotes oēsq; p̄ retō tēporū sancti sunt eiusdē ſpūſſācti sanctificatiōe vegetatiꝛ sine hac gra nulla vnq; sunt instituta sacramēta: nullaq; celebrata mysteria: vt eadē semp fuerit ꝟtus charismatū: cuius nō eadē fuerit mēsura donoꝛ. hec Leo pa. Et sciendū q ſpūſſanct⁹ dat seu mittit visibl'r ꝛ inuisibl'r. Uisibil'r cum in aliquo signo visibili demōstratur. Est aūt in quintuplici specie demōstratus. Primo in specie colūbe sup xp̄m baptizatū. Secūdo in specie nubis lucide sup xp̄m trāſſiguratū. Tertio in specie flatus qñ insufflauit ꝛ dedit spm̄ sctm̄ ipso die pasche. Quarto in specie ignis ꝛ linguē: in q̄ duplici ſpecie apparuit hodierna die. Inuisibl'r aūt mittit cū ad sanctificandū creaturā mentib⁹ castis illabit. Un dicit. Spūs vbi vult spirat: ꝛ vocē ei⁹ audis. Sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Nec mirū q dicit Ber. De ꝟbo inuisibili p oculos non intrauit q nō est coloratū: ſz neq; p aures q nō insonuit: neq; p nares: q nō aeri miscetur sed mente: neq; per fauces: quia nō est mansum. ꝛ. comestum vel hausum: nec tactu cōperi illud: quia palpabile non est. Queres igit cū sint inuestigabiles vie eius: vnde illud ad esse nouerim. Nēpe ex motu cordis intellexi presentiā ei⁹: ꝛ ex fuga vitiorū carnaliūq; cōpressione affectuū aduerti potentiā virtutis eius: ꝛ ex discussione siue redargutione occultorū meorū admiratus sum pfunditatem sapientie eius: ꝛ ex quātulacūq; emendatione morū meorū expertus sum bonitatē māsuetudinis eius: ꝛ ex omni reformatiōe ꝛ renouatione spūs mentis mee pcepi vtcūq; speciem decoris eius: et ex cōtuitu eōrum simul expaui multitudinem magnitudinis eius. hec Beꝛn. vñ ꝛ Chriſo. Si q̄ boni aliquid cogitamus: sciamus q spiritusſanctus habitat in nobis: si ꝟo aliq̄d mali signum est q spiritus sanct⁹ recessit a nobis. vñ etiā Augu. Primis temporibus cadebat super credentes spiritusſanctus: ꝛ loquebāt linguis quas nō didicerant quo spiritusſanctus dabat eis pnuntiare. Signa erant tēpore oportuno. Oportebat em̄ ita sanctificare in oibus linguis spirituz sanctū: q euāgelium dei per omnes linguas cursurum erat toto orbe terrarū. Significatū est illud: ꝛ transijt. Si ergo p hec miracula nō fiat modo testimoniū presentie ſpūſſancti vnde fit: vnde cognoſcit quisq; accepisse se spiritum sanctū. Interroget coꝛ suuz si diligit fratrem: manet spiritus dei in illo. Uideat pbet seipm̄ coꝛā oculis dei. Uideat si est in illo dilectio pacis ꝛ vnitatis ꝛ dilectio eccl'ie toto terrarū orbe diffuse. Non attendat eū solū diligere fratrē quē attendit ante se. Multos em̄ fratres nostros nō videm⁹: ꝛ in vnitate spiritus illis copulamur. Quid mirū: q nobiscuz non sunt? In vno coꝛpore sumus vnuz caput habemus in celo: ergo si vis nosse q accepisti ſpm̄ sanctū: interroga coꝛ tuū si est tibi dilectio fratris: secur⁹ esto nō pōt esse dilectio sine ſpū dei. quia paulus clamat. Charitas dei diffusa est in coꝛdib⁹ nostris per spm̄ sanctum qui datus est nobis. hec Aug. Missio ꝫ ſpūſſancti inuisibilis fit in habitatione creature rōnalis: sed missio visibilis fit ad inhabitationē demōstrandā alijs. ¶ Et notandū q spiritū sanctū alicui inesse certitudinaliter scire non possumus: q spūs vbi vult spirat ꝛ nescis vnde veniat aut quo vadat. Cōiecturaliter tn̄ possum⁹ colligere aliqua signa per effect⁹ ex quib⁹ vtcūq; conjcere possimus spiritum sanctū alicui adesse vel inesse: ꝛ hoc differēter scōm triplicē statum: scz incipientium proficientiū ꝛ perfectoꝛū. Nam ꝟm cuiuslibet status exigentiā spiritusſanctus diuersimode in hominib⁹ operatur. Et ꝟm hoc diuersimode signa accipiūtur. Nā ſpūſſanctus spirat: inhabitat: et replet. Spirat quo ad incipiētes: inhabitat quo ad proficiētes: ꝛ replet quo ad pfectos. ¶ Signa aūt ſpūſſancti q̄b⁹ spirat quo ad incipiētes ꝟm Beꝛn. tria sunt. Primū est dolor de culpa p̄terita: q spiritus sanct⁹ odit soꝛdes: nec habitare pōt in coꝛpore subdito peccatis. Secūdū est firmū ꝓpositum cauēdi futura cū effectu q̄ nullatenus haberi pōt conatu ꝓpio sine spiritusctō per gratiā assistēte ꝛ infirmitatē nostrā adiuuante. Tertiū est p̄optitudo boni. q ꝟm Gregoꝛ. amoꝛ dei qui est ſpūſſanct⁹ nunq; est otiosus operat em̄ magna si est. ¶ Quo ad pficiētes ꝟo sunt tria alia signa quib⁹ conjcit spiritū sanctū eos inhabitare. Primū est frequēs et iusta consciētie examinatio: nō solū de peccatis mortalib⁹: immo de venialib⁹: q sicut spiritusſanct⁹ opponit peccato mortali: ita feruoꝛ charitatis qui est a spiritusctō opponit peccato veniali: vt ipsum ab ala expellat ne spiritusctō displiceat. Secundū signū est concupiscētie diminutio. cū em̄ in pficiēte charitas semp auget tanto coꝛ a tēporalib⁹ elongatur. vnde dicit Augu. Qō charitatis venenū est cōcupiscētia tpaliū: et nutrimentū charitatis est diminutio cupiditatis. Tertiū signū est studiosa mādatoꝛ obseruatio: q obseruatio mādatoꝛ sine ꝟa dilectiōe esse non pōt. Et ponit de ho exemplū Augustī. Quis

D Leo pa. Spūſſācti nō nūcp̄mū datus.

Spūſſācti missio duplex.

Spes in q̄busdā paruit quinq;. Mat. ij Marci xvij. Joh̄ā. ij Act. ij. Joh. iij.

Ber. Uerbi diuini gressio.

Chriſo.

Augu.

E Spūſſācti p̄sentie signa

Ro. v.

Signa p̄sentie spūſſcti.

In inciēpiētib⁹. Ber.

Gregoꝛ. In pficiētib⁹.

In pfectis.

est inquit qui dicit diligo imperatorē: sz odio legē suā. Si ergo te dicis diligere deū: māda ta ei⁹ obserua. Quo ad pfectos aūt sunt alia tria signa ex quib⁹ cōiecturaī spūsctūs eos repleuisse. Primū est diuine veritatis manifestatio. cū em spūsctūs sit spūs veritatis p: primū est sibi docere oēm veritatē: z ideo i quocūcz fuerit spūsctūs p aliquas reuelationes diuinoꝝ secretoꝝ se pandit: z ei tancz amico secreto cōicat. Scōz signū est nihil timere: ni

ij. Co. iij

si solū deū. pfecta em charitas foras mittit timorē. hec em nihil penale hz: timor aūt penā hz. vñ ap'ls. vbi spūs dñi ibi libertas: libertas aūt nō stat cū timore ſnili. Tertiū signū est desiderū dissolutionis: vt videlz hō ex vehemētia diuini amoris cupiat dissolui et esse cū xp̄o: qz spūsctūs leuat mētē ad desiderū supnoꝝ. Felix ergo alia q̄ cupit dissolui z esse cū xp̄o: qm certissimū hz signuz q⁹ spūsanctus eam repleuerit. ¶ Preter predicta aūt signa sunt alia tria p q̄ quis pōt cōūcere se spm̄sanctuz habere. Ideo em spūsctūs in triplici signo apparuit: scz in specie nubis super xp̄m trāsfiguratū: in specie colūbe sup xp̄m baptizatū: z in specie ignis sup ap'loꝝ collegiū congregatū. Primū g̃ signū est abūdātia lachrymarū: et ideo apparuit in specie nubis. sicut enim aduenīēte austro nubes resoluūtur in pluuias: sic aduenīēte spūsancto mentes resoluunt in lachrymas. Scōz signū est dimissio iniuriariū: ideo apparuit in specie colūbe q̄ felle caret. Tertiū signū est desiderium supnoꝝ: ideo apparuit in specie ignis. sicut em ignis sursuz tēdit: sic spūsctūs corda sursuz eleuare facit. [Erāt em iudei viri religiosi in hierl'm z i iudea habitātes] z p̄ter illos multi alij fere [ex oi natiōe q̄ sub celo est] supueniētes: qz multis captiuitatib⁹ iudei dispersi fuerāt z mō ordinante deo ad diē festū oēs cōuenerāt. Audito g̃ fragore z sonovēti q̄ supra cenaculū in aere sonuerat intm̄ q⁹p totaz ciuitatē audiri poterat cōuenerūt oēs ad discipulos et mirati sunt [qz audiebat vnusq̄sq̄ lingua sua illos loquētes]. Alij aūt irridebāt eos dicētes: qz musto pleni essent. i. vehemēter ebrij: qz vehemētio: est ebrietas de musto cz̄ de vino defecato. Et cz̄uis hoc irridēdo dicerēt: tñ verū erat: qz non vino veteri qō in nuptijs fuit: sed musto gratie spūalis erāt impleti: de quo ōr alibi nemo mittit vinū nouū in vtres veteres. Tūc surrexit petrus cū vndecim ostēdēs eos nō ebrios cū esset hora diei tertia: z nōdū esset tp̄s comedēdi: nec solebāt inebriari ieiuni: sz pot⁹ spūsctō repletos z pphetatū esse ad Johel spūsancti aduentū sup̄ hoies: tūc ergo xp̄s q̄ ascēderat dedit dona. i. spm̄sctm̄ hoibus: qz oia nostra bona de sursum sunt quo ipse ascendit. Tūc implet qō ante passionē pmiserat dicēs. Si ego nō abiero paracletꝰ nō veniet ad vos: si aūt abiero mittā eū ad vos. Si carni carnaliter adheseritis: capaces spūs nō eritis. Sensus est. Non potestis plene capere spiritū cz̄ scōm carnē sum vobiscū. Unde ille qui iā ceperat spiritū ait. Et si noueram⁹ p̄m carnem sum xp̄m: sed nūc iā nō nouimus. ¶ Ubi attēdāt ritussani carnalibus desiderijs z delectationib⁹ dediti ci capaces verbū Ber. dicētis. Si ap'li carni adhuc dñi: ce adherētes que sola sancta: qz sancti sctoꝝ ij. Cor. v erat spūsancto repleri nequiuerāt donec tolleret ab eis. Tu carni tue que sordida est: z dieſarū spurcitiarū fantasijs repleta astrict⁹ z cōglutinat⁹ illū veracissimū spiritū te posse putas suscipere: nisi istis carnalib⁹ cōsolationibus fundit⁹ renūciare tentaueris. Reuera cū iceperis tristitia implebit cor tuū: sz si pseueraueris tristitia tua conuertet in gaudiū. Tunc em purgabit affect⁹ z volūtas renouabit vel noua creabit z erit vt q̄ p⁹ difficilia: imo impossibilia videbant cū multa p̄currāt dulcedine z auiditate. hec Ber. Si g̃ delectationes spūs desideras delectatiōes carnis respuere debes. qz vt ait Greg. Si carni quodlibet abscindim⁹: mox in spū qō delectat inuenimus. Sed heu pauci sunt spūales hodie z delectatiōes spūs delectationib⁹ carnis p̄ferētes lz m'lti deferāt habitū spūalē. Possunt aūt spūales z carnales cognosci ex vbis ap'li dicētis. Qui scōm carnē sunt que carnis sunt sapiūt: qui vo p̄m spiritum: que spiritus sunt sentiūt. Specialiter tñ ex quibusdā p̄bat hō vere spūalis: videlz si tam cito et tantū fugit locū vbi ledi pōt in spū: sicut vbi offendi pōt in corpore: z si taz libēter studet medicari spiritui sicut corpori: qz quāto dignior est spiritꝰ corpore tanto magis cauendū est spiritui cz̄ corpori a lesione. Itē si cibus spiritualis siue sit oratio: siue p̄dicatio: scriptura siue lectio: siue corpus xp̄i: siue diuinū officiū tantū delectat z cōfortat spiritū: sicut corporalis cib⁹ corpus: et si tam inuit⁹ negligit tempus cibi spiritualis sicut tempus cibi corporalis. Itez si tam diligens est circa spiritū: sicut homo carnalis circa carnem. Soliciti enim sunt homines carnales vt in singulis temporibus habeāt necessitates corporis in victu et vestitu hyeme z estate cōpetētib⁹: ita spiritualis hō solicitari debet qua gratia indigeat i aduersitate z qua in p̄speritate qua egeat ad amicos: et qua ad inimicos quō habeat se solus cū deo z quō inter hoies conuersando z sic de ceteris. Sed quis est hic z laudabim⁹ eū: cz̄uis em aliqui huiꝰ ipis viri bona operentur dimidij tamē operis sunt. Quia alij largitatis gratiam sunt adepti: sed carnis incōtinētia sunt lubrici. Alij vo corpore quidē sunt casti: sed auaricie estibus sunt cupidi. Alij aūt gratiā lenitatis habētes: sed rancore animi sunt pusillanimes. Alij vero non recordando iniurias suas cito ignoscunt: sed minus cau-

ff Signa alia.

Wusti ebriatio

Ro. viij E Spūalis hois signa.

te cor custodiēdo citiusq; irascēdo rixas pro-
uocant. Aliq; qō deus singulis largiēdo dona
uit in hoc quasi ꝓprio labore acquirētes glo
riātur. Alq; corp⁹ in abstinētia affligūt: sz su-
pbiā auariciā iuidiā z alia nephāda admit-
tūt vel detrahēdo ꝓmo quasi carnes illi⁹ cū
sanguine comedūt. Et sic i multis hodie qui
optim⁹ in eis est quasi palinur⁹ z rect⁹ quasi
spina de sepe. Sciendū aūt q; plura sunt ne-
cessaria hoi voleti ꝑficere z i vita spūali deo
seruire. Primū est clara z pfecta notitia suo-
rū defectuū et infirmitatū. Scōm est ira ma-
gna z feruens ꝫ suas naturales malas incli
natiões z volūtates. Tertiū est timor magn⁹
quē dz habere de offensis hacten⁹ cōtra deū
factis. Quia nō est cert⁹ an bñ satisfecerit z si
cū deo pacē fecerit. Quartū est magn⁹ timor
z tremor q; dz esse in ipso ne p suā fragilitatē
relabat iterū in similib⁹ vel maiorib⁹ pctis.
Quintū est fortis disciplina: aspa correptio
ad regēdū; q̄q; sensus corporales z totū suū
corp⁹ subiugādū in obsequiū iesu xp̄i. Sextū
est vitare virtuose oēm p̄sonā z oēm aliā crea
turā q̄ impellit eū nō solū ad pctm: sz etiā ad
aliquā imꝑfectionē spūalis vite sicut vnū de-
monē infernalē. Septimū est dulcz z cōtinua
recordatio beneficioꝝ dei q̄ hacten⁹ recepit z
q̄tidie recipit a dño iesu xp̄o cū gr̄arū actiōe.
Octauū est nocte et die stare in oꝛone. Nonū
est q; portet sup se crucē xp̄i q̄ quatuor hz bra
chia. quoꝝ primū est mortificatio mortaliū vi
tioꝝ. scōm derelictio oiz bonoꝝ tpaliū. tertiū
p̄cilio oim affectuū carnaliū amicoꝝ. quartū
suū ꝓpri⁹ contēpt⁹ z abominatioꝛ annihilatio.
Discipuli itaq; spūssancti virtute docti z illu
minati accēsi z adiuti cōfortati z roborati cō-
solati z omni gaudio repleti cū pauci essent z
simplices totū mundū concusserūt z pro ma-
gna parte subiecerūt: partimq; ꝛ̄bis ignitz:
partimq; pfectis exēplis: partimq; miranda
ꝓdigijs per totū mūdū eccl'ias plātauerūt q̄
z eiusdē spūssancti virtute purgata illumina
ta atq; pfecta amabilis facta est spōso eiusq;
paranymphis: vt speciosa nimis miraq; va-
rietate circūdata: sathane ꝛ̄o z angelis eius
terribilis vt castroꝝ acies ordinata. [Pro-
fecti] quidē sunt non tā passib⁹ pedū q̄ passi
bus virtutū ꝑm supradictū xp̄i mandatū non
immediate post ascēsionē: sed post sancti spi
ritus acceptionē: nec statim accepto spūsan-
cto dimisi sunt per mundū: sed perdurauerūt
adhuc circiter duodecim annis in iudea z dei-
de solēnis dimisio eoꝝ facta est per orbē vni-
uersuz cū eatenus tm̄ in iudea predicassent:
sicq; [profecti] z dimisi [predicauerunt] intel
ligenda credēda agēda z appetēda [vbiq;]
per orbē vniuersum [dño] sine quo nihil fa-
cere poterāt [cooperāte] hoc est virtutē ope-
ris ministrāte [z sermonē cōfirmāte sequen-
tibus signis] vt in virtute nominis iesu chri-
sti imperarent omnibus creaturis z morbis.
Nam vt predicationis eoꝝ doctrina credibi
lis fieret: z firma adhibita sunt signa z mira
cula. sermo em̄ qui super naturā z rationem
est nō nisi signis cōfirmari pōt. vnde Grego.
Preceptum obediētie sequitur: obediētiam
signa comitantur. Sicut ꝛ̄o tunc confirmata
est predicatio signis: ita nunc quēlibet predi
catorē sermonē confirmare oportet signis bo
ne operationis. vnde Theophilus. Scien
dum autē est et hoc q; nunc sermo per opera
confirmatur sicut in apostolis: tunc opera cō
firmabant sermonē sequēnbus signis. Fiat
autē o christe vt nostri sermones quos de vir
tute dicimus per opera confirmētur z actus
vt tādem simus perfecti te cooperāte in oi-
bus verbis z operibus: quia te decet z sermo
num z operū gloria cū sis virtus dei z sapiē-
tia in secula seculorum. hec Theophi. Et tūc
impleta est prophetia que ait. In omnē ter-
ram exiuit sonus eoruz z in fines orbis terre
verba eorum. Seminauit quidez igneus ac
sanctificus spiritu⁹ in apostolorū corda sermo
nes z vt sapiens adinuētor duodecim tybias
fidei in organo positas nouo flatu impleuit:
diuersisq; spiritualib⁹ currēs in fistulis apo
stolicis canctis verba diuine virtutis sparsit
omnes gentes delectabilem inuitauit ad so-
cium trinitatis predicauit mysteriū. Igitur
effectus z fructus non modicus ex hoc subse
cutus ostendit q̄ magna veneratione sit di-
gna solēnitas hodierna. vnde Grego. Pensa
te fratres charissimi post incarnationē vni-
geniti filij dei qualis sit hodierna solennitas
de aduentu spūssancti. Sicut em̄ illa ita q̄z z
hec est honorabilis. In illa quippe de⁹ in se
permanēs suscepit hominē: in ista ꝛ̄o hoies
venientē desup susceperūt deū. In illa de⁹ na
turaliter factus est homo: in ista hoies facti
sunt per adoptionē dij. Pēsate quāta sit ista
solēnitas habere in cordis hospitio aduentū
dei. Tergat ergo sordes praui operis q̄ deo
preparat domū mētis. hec Greg. Et notan
dū q; nō statim post ascensionē: sed post decē
dies misit spm̄sanctū. primo vt apli ieiunijs
z oratiōib⁹ se aptos eius aduētui ꝑpararēt.
scōo q; hi spiritū sanctū perciperent qui decē
p̄cepta explerent. Misit aūt quinquagesimo
die a resurrectiōe: vt sicut ppls iudeoꝝ post
liberationē suaz ab egypto quinquagesimo
die accepit legez timoris: ita populus fidelū
post liberationē suam a mundo quinquage
simo die accipet legē amoris. In iubileo etiā
t. in quinquagesimo anno recepit populus iu
deorum libertatē amissam z hereditatez: ita
hac die recepit populus christian⁹ libertatē
amissam z paradisi hereditatē. Dies ĝ pen-
thecostes erat apud iudeos celebris: qr tunc
descendit dñs super montē synai in flamma
ignis z cunctis audiētibus dedit legem eis.

Hy Spūali hoi ne-cessaria

Grego.

Theo.

Psalmo xviij.

R Grego. Penthe-costes. solēni tas.

Spūssā cti: effica cia.

Missio spūssancti cur dila ta.

Math. xiij.

Cur. l. die fctā.

Jubile⁹

Legalia penthecostes mysteria.

Ita quinquagesimo die a pascha spūssanct⁹ in mōte syon sup discipulos i linguis igneis descendit: z leg ē nouā gratie spiritualis eorū mentibus impressit. vñ Beda. Hec nimirū solennitas nō tm charismatibus consecrata est euāgelicis: verūetiā legalibus iam olim est

Beda.

prefignata mysterijs ac domino iubente per oēs annos sacris obseruata cerimonijs. Liberati q̄ppe ab egyptiaca fuitute filij israel p immolationē agni paschalis exierūt in desertū vt venirēt ad terrā repromissionis: perueneruntq; ad montē synai z descendens dñs in igne sup mōtē quinquagesima die pasche peracta: legis decalogū eis disposuit atq; in memoriā date legis statuit eo die p annos singulos sacrificiū sibi de frugib⁹ eiusdē āni ad altare deferri: q̄ aūt sit agni paschalis immolatio: q̄ egyptiace seruitutis absolutio cūctis legentib⁹ liquet: qz videlicet pascha nostrum immolatus est xp̄s et ipse verus est agnus q̄ abstulit peccata mundi: q̄ sui sanguinis p̄cio nos a peccatorum seruitute redemit: sue resurrectionis exēplo nobis spē vite z ppetue libertatis oñdit. Quiquagesimo ḡ die post ociſionē agni data est lex descendente dño sup mōtē in igne: z quinquagesimo eque die post resurrectionē nostri redēptoris data est gr̄a spiritus sancti discipulis in cenaculo constitutis. Et hic aūt altitudo cenaculi z ibi cacumē montis sublimitatē preceptorū z donorū indicat celestiū: z qz nemo infimis adhuc desideriis inherens vel diuinis obtēperare mandatis vel supernis possit dignus existere donis. hec Beda. Sic ḡ spiritus sancti missio fuit in legislatione prefigurata z festū pēthecostes q̄d mō pagitur ab ecclesia olim quasi figuraliter peragebat a synagoga. Quinquagesima ergo die postq̄ iudei de egypto exierunt decē p̄cepta in mōte synai a dño receperunt ita quinquagesima die postq̄ nos fuim⁹ ab inferno liberati receperūt discipuli gratiam spūssancti. Istud etiā p̄figuratū fuit i supabū

Figura iij. Reg. xvij.

dātia olei q̄d datū est paupcule vidue p̄ces heliseī. Qui mia motus sup paupercula impetrauit ei a dño olei abūdantiā. Per viduā istā designat sancta ecclesia q̄ oblato sponso suo xp̄o videbatur tanq̄ vidua: sed dñs mia motus dedit ei olei abundantiā: hoc est spiritus sancti gratiā et linguarum intelligentiā. Istud miraculū de intelligentia linguarum quasi p figurā deus p̄mōstrauit in eo q̄ in edificatione turris babel diuersas linguas creauit. Tunc em̄ vnā linguā in diuersas mutauit: mō vnicuiq; intelligentiā oim illarum dedit. Nec miraculū istud nunc fecisset: si diuisionē linguarū tunc non p̄misisset. Et sicut tūc p linguas cōfudit edificantes: ita nūc per linguas cōfundit indeos q̄ multū cōfusi fuerunt q̄n tam grande miraculum audiuerāt.

Gen. xj.

In hac ergo solēnitate laudem⁹ totis viribus dñm exultem⁹ z letemur in ea: quia inde fructum nō modicū nos qui ad fidem venimus cōsecuti sumus. Nō solū aūt hoibus gaudiū in hac solennitate prouenit: sed z b. virginis gaudiū inde cremētū accepit. de qua Ansel. sic ait. Sed z gaudiorū suor̄ magnitudo non nihil incrementū accepit cū veniēte super discipulos spūsancto mox ad predicationē illor̄ fidem filij sui tanta hominū multitudo suscepit. Ibi nāq; excepto gaudio q̄d de salute generis humani in istor̄ conuersione concipiebat intellexit filiū suū nō fuisse gratis: id est frustra mortuū: cū tā efficaciter videbat operi fidem mortis eius etiam in eis qui actores illius extiterāt. Genus humanū ad salutē vocari videbat: cui⁹ rei gratia filij de se incorporatum z in cruce passum ante intellexerat: quapropter letabat q̄ spes quā ante cōceperat iam in rē verā trāsibat. Gaudebāt gaudent hoies: quia q̄d amiserūt cētuplicati precij fenore recipiūt: coruerūt serui resurgunt fratres z filij. hec Ansel. Et q̄uis precipue z spāliter in solēnitatib⁹: nihilomin⁹ tñ semp z momētis oibus deū laudare debem⁹. Nā vt dicit Grego. Mirū est q̄ hō semp deū nō laudat: qz q̄libet creatura ad deū laudāduz nos inuitat. Ad hoc aūt nobis valde est necessaria spūssancti gratia. vñ Ber. si q̄s torpet de dei laude certissimū hz i se experimētū q̄ nō habeat in se spm̄sanctū: qz vbi spūssanct⁹ inhabitat laudem dei excitat. Inuocātes ergo spm̄sanctū semp laudemus deū: ad hoc enim facti sumus: vt deū sine fine laudemus sicut supni ciues semp deum laudāt z cōtinue vbi semp sunt dies letitie z nunq̄ deest solēnitas z gratiarū actio z vox laudis. Scriptū est em̄ Beati qui habitant in domo tua dñe: in secula seculoz laudabūt te. Hoc maxime veri monachi faciūt q̄ die ac nocte psallūt. vñ Hiero. Monachi debēt habere puritatē martyrū: si quidēr ipsi martyres sunt. Q̄d em̄ faciūt angeli in celis hoc monachi psallētes die ac nocte faciūt i terris. hec Hiero. Et maxime assimilat nos celestib⁹: q̄uis adhuc in terris peregrini sim⁹. vñ Bern. nihil ita ꝓprie quēdā terris repñtat celestis habitationis statū sicut alacritas laudātiū deū dicēte scriptura. Beati q̄ habitāt in domo tua dñe: i scl̄a seculoz laudabūt te. hec Bern. Festinem⁹ igit̄ et nos ingredi in illā requiē vbi tāta supabundat ideficiēter letitia: z ad patriā nostrā totis conatib⁹ suspirem⁹. Westri in seculo: qz pegrinamur a dño. q̄ em̄ non pegrinat a corpe suo pegrinat a dño. Multo aūt melius est dissolui a corpe z adherere deo. Odiam⁹ ḡ hui⁹ miseri z putridi corpis nostri cōpagē et ei curā in desideriis nō faciam⁹ q̄d h nos detinet carceratos z pegrinos a tāto bono: qz ꝑz apl'm q̄uis diu in hoc corpe sum⁹ pegrinamur a dño: dicamusq; cū eodē apl'o. cupio dissoluī esse cū

M Laudā dus de⁹ semp. Grego.

Bern.

Psalmo lxxxij. Hiero. Monachoz est deū laudare.

Bern. Celū de siderare.

Phil. j. Ro. vij.

pō. Et iterū. Infelix ego hō qs me liberabit de corpore mortis huj⁹. Deliderem⁹ eī⁹ dissolutionē ꝛ eā cōtinue a dño postulem⁹: qz p nos eā cōsequi nō valemus. Et interim saltē moriamur mūdo ꝛ pōpis ac cōcupiscentijs eius ꝛ abstrahamus nos corde forti et pseueranti ab his rebus caducis ꝛ a miserijs breuibus ꝛ leuib⁹ harū rerū visibiliū solatijculis que alas nostras vitijs inficiunt ꝛ ꝑtutes a nobis excludūt. qz ꝑm Grego. cōcupiscens visibilia inuisibiles ꝑtutes amittit. ꝛ ꝑm Chri. Nulla res sic ꝓpedit virtutē sicut voluptas corpalis. vñ ꝛ Leo pa. Hoc maxime interiora hois corrūpit qō exteriora delectat: ētāto rōnalis alia purgatior ꝯto fuerit substantia carnis affli ctior. Et breuiter vt ait Augu. cetera creatura vilescat: vt solus creator i corde dulcescat: Nā ꝑm apl̄m vanitati creatura subiecta est ꝛ tō amatores suos facit vanos ꝛ multos decipit incautos. O ꝯ felix quē misera mundi vanitas nō seduxit q nūc ꝑcipue multis illudit. vñ Chriso. Semp quidē sed nūc ꝑcipue cōpetenter dr. Uanitas vanitatum ꝛ oia vanitas. Hūc ꝑsiculū si sapereī q in potētia ꝑsant in parietib⁹ oibus ꝛ vestib⁹ suis scriberēt in domo: in ianuis: in ingressib⁹: ꝛ añ oia in cōsciētijs suis vt semp eum oculis cernerēt ꝛ corde sentirent. Qm̄ quidē multe sunt facies multe imagines false q decipiunt incautos. Istud opz ꝗtidie recitare carmēi prādijs: in cenis ꝛ in oim cōuentu vnūquēq; ꝓmo suo canere a ꝓmo suo libenter audire: qz vanitas vanitatū est ꝛ oia vanitas. hec Chri. Amorē g̃ rep deficientiū ad incorruptibilia trāsferamus ꝛ ad sublimia vocati celestibus delectemur. Ut sancti gaudent inde gaudeam⁹ hoz diuitias cōcupiscentes p bonā emulationē ad ipsos tē dam⁹. Cū q̄b⁹ nobis fuerit cōsortiū deuotiōis erit ꝛ cōio dignitatis. Mentē nostrā semp in celis habeam⁹ ꝛ ad dñm multipharie nos vocantē toto corde ꝛ desiderio tēdam⁹. Qz vt ait Augu. Exultauit vt gygas ad currendā viā nō em̄ tardauit sed cucurrit damās dictis factis morte vita discēsu ascensu vt redeam⁹ ad eū: ꝛ discessit ab oculis vt redeam⁹ ad cor ꝛ inueniam⁹ eū. Ad ipsum q̄z aspiciētes ꝛ eū semper in corde retinentes pugnem⁹ viriliter: qz tota hec presens vita militia est ac cōflictus ꝛ pugna. Nā ꝓspera ꝛ aduersa feruor ꝛ tepiditas refectio ꝛ inedia: sopor ꝛ vigilia: solicitudo ꝛ pigritia: fletus ꝛ letitia: q̄es ꝛ labor: salus ꝛ infirmitas: afflictio et voluptas. Et q̄cūq; in hoc mūdo sūt pugnāt ꝫ nos ꝛ insidiāt nobis. Et qz nunq; deest aduersarius nobis insidiādo sit semp parat⁹ nr̄ anim⁹ resistendo: quia certamē nostrū breue est: ꝑmiū vero eternū. Necvnq; a pugna cessemus qz quantūcūq; vincerimus semp tñ restat q vincamus. vñ Leo papa. Donec licet sanctis suis quotidianam gratia diuina victoriam non aufert tñ dimicandi materiā: qz ꝛ hoc ipm̄ de mia ꝓtegētis est q̄ nature mutabili ne de cōfecto plio supbiret semp voluit supesse q vinceret. vnde et Chri. Scti ꝛ si a carne vinci nō possunt quasi iam spiritales: tñ ipcuti possunt quasi adhuc carnales. hec Chri. Igit quicq̄d delectamēti vel cruciat⁹ trāsitorij occurrit statim hoc tāq; ꝑteritū reputem⁹ ꝛ ad id qō semp manet mētis oculos dirigam⁹. Nā oia q̄ in mūdo sunt velut vmbra velociter trāseūt: ita vt ꝑterita sunt nec fuisse putātur. Et ideo mometaneū est ꝛ cito trāsit qō hic delectat ꝛ cruciat: ꝫ eternū est ꝛ sine fine manet qō ibi cruciat vel delectat. Nec tñ digna facere vel pati hic possumus ad ea q̄ ibi consequi vel euadere speramus. vñ Ber. Nō sunt ꝓdigne passiones huj⁹ tp̄is ad pcta q̄ cōmisim⁹: ad beneficia q̄ accepim⁹: ad penas iferni quas euasim⁹ ad premia eterna q̄ expectam⁹. hec Ber. Tāta q̄pe est ꝑeminētia eterne gl̄ie ad tpales ꝛ trāsitorias passiones vt diligēs pspector deberet poti⁹ eligere ml̄tis annis in fornace ignis ardētis: velle torq̄ri ꝛ multa mala pati q̄ minimo premio in futuro sibi reseruato velle puari: qz laborest cū fine ꝛ merces sine fine. vñ Augu. O aia mea si quotidie oporteret nos pati tormēta ꝛ pferre penas si ipam gehēnā lōgo tpe tolerare vt xp̄m in gl̄ia sua possem⁹ videre ꝛ sctis ei⁹ associari: nonne esset dignū pati oē qō triste est vt tāti boni tanteq; glorie participes haberemur. Insidient ergo ꝛmones: parēt ꝛuas tētatiōes: frangāt corp⁹: ieunia p̄māt: vestimēta labores grauent vigilie exicēt: iclamet me iste: inq̄etet me ille: frig⁹ icuruet: cōsciētia murmuret: calor ꝛ trat: caput doleat: pect⁹ ardeat: infleꝫ stomachus: pallescat vult⁹: infirmer tot⁹: deficiet in dolore vita mea ꝛ anni mei in gemitib⁹: ingrediaꝫ putredo in ossib⁹ meis: ꝛ subter me scateat vt; reqe scā i die tribulatiōis ꝛ ascēdā ad pp̄m accinctū nr̄m. vñ ꝛ Chri. Oia agam⁹ vt nō a gl̄ia excidam⁹. ¶ Nequaq; em̄ difficile si voluerim⁹ nequaq; onerosuz si attēderim⁹. ¶ Si em̄ sustinuerim⁹ ꝛ conregnabim⁹. ¶ Quid est si sustinuerim⁹. Si tribulatiōes ferim⁹: si psecutiones si arctā ambulauerim⁹ viā. arcta em̄ via est ꝛ laboriosa: optiōe ꝛo nr̄a leuior fit spe futuroꝝ. Trāsponam⁹ igit oculos i celū ꝛ semp illa imaginem ꝛ videam⁹. Si em̄ i illis semp ꝓseruabimur nō a voluptuosis q̄ hic sunt patiemur: q̄d neq; tristia vt grauia portabim⁹. ¶ hec ꝛ hīs sil̄ia deridebimus ꝛ nihil: neq; nos subijcere: neq; eleuare poterit solū: si desideriū illud tenderim⁹: si ad amorē illū aspiciemus. ¶ Et q̄d dico qm̄ nō dolebim⁹ in p̄ntib⁹ versutijs. Neq; em̄ videre ea putabim⁹ de reliquo. tale em̄ est amor spūalis. Eos dēniq; q̄ nō p̄ntes sunt nobiscū ꝫ absunt: diligunt aūt ꝑmanāquāq; imaginamur dīē. magna enim amoris tyrānis: ab oibus em̄ desistit ꝛ ei qui

Chriso. Ecclī. j. Grego. Uoluptas vitanda. Chriso. Leo pa. Augu. Amāda celestia. Augu. ꝑs. xvij Aduersarī⁹ nō deesse. Leo pa.

Chriso. Ro. viij. Berñ. Ro. viij O Glorie celestis preemiñtia. Augu. Oia toleranda ob gloriā celestem. Chriso. ꝗ. Ti. ij. Gene. j. Similitudo et imago dei.

dilig[it] alligat ala[m]. ¶Si ita x̄p̄m amauerimus oia que hic sunt vmbra oia imago videbunt[ur] ⁊ somniū. Et dicemus ⁊ nos. Quis nos Ro.viij. separabit ab amore x̄pi. Tribulatio v[el] arctatio. N̄ō dicit pecunie vel dignitie vel pulchritudo: hec ei valde vilia ⁊ desiderabilia: sed que videbant esse grauia posuit: fames: psecutiones: mortes: deinde ille q̄d̄ā hecvt nihil existentia expuit. Hec igit oia excogitantes ⁊ voluptatē voluptati cōparantes eligamus que meliora sunt: vt et futuris fruamur bonis. hec Chrisostomus. ¶Oratio.

IEsu largitor donorū omnium qui ignis specie sup discipulos tuos misisti sp̄m scm̄: precor et obsecro pijssime: vt h̄ dona q̄ discipuli tui de tua sumpserūt largitate licet indignus sumā ad salutē meā te largiente: ⁊ mitte super nos seruos tuos spiritū tue charitatis dilectionis et pacis qui corda nostra visitet: a vitijs purget virtutib⁹ illustret: in vincula dilectiōis astringat: lumine tue cognitionis illustret ⁊ ardore tue dilectionis inflāmet: cōdona nobis peccata ⁊ dona vitam eternam. Amen.

¶De laude diuina. Capi.lxxxv.

A Laudis diuine cōmēdatio.



Et quia dictū est de laude diuina qua semper deū laudare debemus idcirco cōsequenter de ea aliquā tulū latius videam⁹. Immēsa quippe creatoris ⁊ cōditoris tui beneficia q̄ tibi o aia mea ab eo cum te ex nihilo creauit ⁊ cōdidit collata sūt ad debitū cōtinue dilectionis: ac gratiarum actionis ⁊ laudis iugiter reddendū te astringūt. At hoc em̄ cū nō esses sola ⁊ gratuita bonitate illi⁹ creata ⁊ ad similitudinē dei facta es: vt eū diligēdo semp ⁊ sine fine collaudes. vñ Ansel. Euigila aia mea euigila adhere diuinis bonis intende sempiternis tpalib⁹ oere lictis. Cōsidera in ipso creatiōis exordio: q̄d sublimitatis: q̄d dignitatis cōditor tibi cōtulerit et ppende quo amore qua veneratiōe colendus sit. Certe cū vniuersitatē rerū visibiliū ⁊ inuisibiliū creās ⁊ ordinās h̄uanā naturā facere disposuisset: summo p̄silio de tue cōditionis dignitate tractauit: vtpote quā ceteris creaturis que in mūdo sunt alti⁹ honorare disposuit. Vide igit sublimitatē sue creationis ⁊ retracta debitū reddēdi amoris. Faciamus ait deus hoiem ad imaginē ⁊ similitudinē nostrā. Attende igit diligenter q̄d sit ad imaginē ⁊ similitudinē dei te esse creatū. Agnosce aliud esse similitudinē: aliud imaginē. ꝟbi gr̄a. P̄ōt habere similitudinē quādā cū hoie equus bos ⁊ cetere similes creature: imaginē v̄o hois nō h̄z nisi alter hō. Mādu-

Gene.j. Simlitudo et imago dei.

cat hō: mādūcat ⁊ equus. Ecce q̄dā similitudo ac cōmunis inter naturas diuersas: imaginē v̄o hois non imitat: nisi alter hō eiusdē nature cuius imago est. Dignior igit est imago q̄ similitudo. Similitudinē itaq; ad deū hoc mō h̄re poterim⁹ si eū esse bonū cōsiderātes nos boni esse studuerim⁹. si eū iustū eē cognoscentes nos iusti esse cōtendam⁹: si miam cōtēplātes nos mie operā dem⁹. Quo aūt ad imaginē suā attende. Deus semp meminit sui intelligit se amat se. ¶Et tu g̃ si p̄ modulo tuo infatigabiliter memor fueris dei: intellexeris deū: amaueris deū: eris ad imaginē eius: q: hoc facere niteris q̄ semp facit de⁹. Ad memorandū ⁊ intelligendū atq; amandū summū bonū totū dz hō referre q̄ nititur. Ad hoc ois cogitatio ois volūtas cordis torqueatur arceat ⁊ confirmet vt infatigabili affectu sis memor dei. Intelligas deū: ames deum ⁊ tue creationis dignitatē qua ad imaginē dei creata es salubriter exprimis. Ut q̄d te deus tā preclaro p̄ditionis priuilegio sublimaret nisi te suis laudibus indesignenter intēdere vellet. Ad laudandū igit conditorē tuū creata es vt ei⁹ laudib⁹ vacās ⁊ hic iusticie merito in illū semp p̄ficias ⁊ in futuro beate viuas: laus em̄ ei⁹ ⁊ hic iusticiā ⁊ ibi beatitudinē tribuit. Sed si laudas ex toto corde: lauda diligendo lauda. Hec est em̄ sanctis laudandi: p posita regula de oi corde suo laudauit dñm ⁊ dilexit deū q̄ fecit illū. Lauda g̃ ex toto corde lauda: ⁊ quē laudas dilige: q: ad hoc facta es vt laudes et diligas. Laudat nāq; se ex toto corde nō laudat quē ad b̄ndicendū deū p̄spera demulcent sed a b̄ndicēdi munere aduersa restringunt. Laudat q̄z sed nō diligit q̄ in dei laudib⁹ aliud q̄ ip̄m laudando requirit. Lauda igit ⁊ digne lauda vt nulla in te cura nulla intentio: nulla cogitatio: nulla solicitudo mētis: inquātū tibi ꝟtus suppetit a laude dei sit vacua. Ab eius laude nulla te hui⁹ vite p̄sperita reuocet: nulla cōpescat aduersitas. Sic em̄ ex toto corde laudabis dñm. Sz cū ex toto corde eū laudaueris ⁊ diligēs landa nil aliud ab eo q̄ ip̄m expetens vt ipse sit finis desiderij tui: ipse p̄miū laboris: ipse solatiū hui⁹ vmbratilis vite: ipse possessio illi⁹ beate vite. At hoc itaq; facta es vt eū sine fine collaudes q̄ tunc vtiq; intelliges plenius cū ei⁹ beata visione sublimata videbis te sola ⁊ gratuita bonitate illi⁹ cū nō esses de nihilo tā beatā ⁊ ad tā ineffabilē beatitudinē creatā: vocatā: iustificatā: glorificatā. Talis nāq; cōtēplatio infatigabilē tibi amorē dabit eū sine fine laudādi: ⁊ ex quo p quē ⁊ in quo tantis ⁊ tā immutabilibus bonis ⁊ beatificatam gaudebis. hec Ansel. N̄ō solū aūt hec premissa: sed maxima q̄z redēptoris ⁊ salutoris tui beneficia: quibus te cū p̄dita esset redemit et saluauit ac multiphar ie multisq; modis visi

B Officij hois.

Laudādo dei creatis mus.

Regū ⁊ sanctoꝝ

Eccli xlvij

tauit ꝛ sublimauit ad laudandū deū te ꝓuocant multipliciter ꝛ obligant. Exerce ergo te

C Mēbra in laude diuina: qr ad hoc tibi mēbra sunt data vt deo laudes canas ꝛ gratias ei referas. vñ Chri. Nā ꝛ oculos nos ad auditū ꝓpterea in nobis posuit deꝰ vt oia ipsi mēbra seruirēt vt q̄ ipsius sunt audiam⁹: q̄ ipsius sunt loquamur: que ipsius sunt operemur: eiq; laudes canamus assiduas ꝛ gratias ꝓ cūcta referamus ꝓ que hec oia conscientie nostre secreta mundem⁹. hec Chri. Ut aūt melius in laude diuina te valeas exercere prius hūilia te deo valde ꝛ dic ex intimis p̄cordijs tuis hūiliter ꝛ deuote. O pater miseri cordiarū scio ꝛ vere cognosco q̄ me peccatorē miserū magis deceret cora te tacere ꝓstratū ꝛ cū fletu ac gemitu peccatorū veniā flagitare q̄ te ore polluto laudare. Sz tñ de tua pūssima bonitate ꝛ ingenita dulcedine oibus q; mortalibus ꝓmulgata virtute cōfisus te laudare cupio ex intimis p̄cordijs obsecrans viscera miserationū tuarū vt me vermē immundū: canē mortuū ꝛ cadauer putridū nō despicias dñe deus meus. Nēpe ✠tutes celorū te condigne laudare nequeunt q̄to minus hō fragilis putredo et vermis. Bonorū quidē meorū nō indiges sed tuā superexcellentē bonitatē tāto nobis manifestā facis quanto infirmitatib⁹ nostris magis miserando cōdescēdis ꝛ gr̄am gratis ex sola liberalitate ligaris. Umbrā q̄dē nitit apprehendere ꝛ sequit̄ ventū q̄ se ex condigno laudare te existimat. Impossibile attēptat q̄ te ad plenū laudare laborat. Nec tñ iō a laude cessandū est sed mihi pariterq; oib⁹ creaturis laudare conuenit suū creatorē: qr nulla creatura est q̄ opificē suū nō laudat vel saltē laudabilē reddat. Nō ignoro dictū ꝓphetic̄ū qr videlicet rectos decet collaudatio: ꝛ qr nō est speciosa laus in ore peccatoris: ꝛ ideo ve mihi quia q̄d dicā nō habeo aut quid rñdebo mihi cum ipse fecerim. Si em̄ iustificare me voluero os meū condēnabit me. Sed nunq̄d ideo te non laudabo qr immundū me esse cognosco. Nōne ꝛ vermes ꝛ rane immūde ex putredine generate coaxitantes ꝛ i paludib⁹ te suū creatorē laudare cupiūt ꝓut sciunt ꝛ possunt? Nā ꝛ si velut a laudula ꝛ philomena dulciter cātare nesciūt: sed nec velut hō rōnalis te cognoscere possunt saltē hoc faciunt q̄ te cognoscētibus materiā tue laudis tribuūt. O vtinam cuncta suauia instrumēta musicalia celestes q̄z armonie: ac terrestres melodie de corde suo sursum ꝓcederent ꝛ cōdignas laudes tā dulciter p̄sonarēt: vt oc̄lis diuine maiestatis tue grate fierēt: ac totā celestem curiā nono quodāz ineffabili gaudio letificarēt. Sed q̄d dicā? Memet ipm dñe tua laude indignū esse cognosco quāobrē p̄cor: vt saltē cetere creature nobilitate p̄clare impfectū meū dignentur supplere. Igit̄ opto ꝛ ex toto corde desidero: vt orbes planetarū: ac celū sydereū limpidissimo lumine radiosum. Florifera q̄z germina vernali decore conspicua pulchrisq; coloribus adornata necnō et oia ignite charitatis desideria de cordib⁹ te vehemētissimo amore diligentiū ꝓcedētia te laudēt ꝛ bñdicāt in secula. Optarē etiā ex intimis p̄cordijs meis: vt si iuuēt⁹ celeri⁹ cōsummata annositatē mathusalē coequasset q; vnusq̄sq; ann⁹ tā lōgeui tpis p̄dicti ꝛ vnusq̄q; mēsis annorū eorūdē: et vnaquecq; ebdomada horē mēsiū ꝛ q̄libet dies ebdomadarū ꝛ q̄libet hora iporū dierū ꝛ q̄libet minutū horarū p̄dicti tēporis te ex psona mea collaudarent tā deuote ꝛ affectuose q̄tū vnq; aliq̄s de numero beatorū spirituū i splē dorib⁹ sanctorū te laudare in tāta duratione potuisset: ac si hec oia in ꝓpria p̄sona cōpleuissem ꝛ q; hui⁹ laudis frequēs innouatio in sua infinitate oēs excederet species numerorū. Quid plura. Fac de me hoc q̄ tibi placuerit: qr quādiu est halu⁹ in narib⁹ meis a tue laudis p̄conijs nō cessabo. Sed ꝛ cū ✠tus loquēdi mortis hora defecerit ꝛ meū tesum amplī⁹ pre debilitate ꝓferre nō valebo peto: vt saltē nut⁹ oculorū vel extēsio digitorū sit innouatior ꝓfirmatio oim desiderabiliū affectuū ꝛ ✠borū atq; operū ꝓteritorū ꝛ futurorū q̄vsq; ad extremū iudicij diē tibi cū deuoto famulatu offerre vellē si tādiu viuere possem. Insuper dilecte ✠ adijcio cōsiderās corde affectuose: vt q̄n corp⁹ meū fuerit i pulueres minutissimos redactū ꝛ lapide clausum q; de q̄libet ꝓticula minutissima vox amena laudis ꝛ glorie tue exurgat q̄ durissimū lapidē penetrās celorū altitudinē trāscēdat et vsq; ad extremā iudicij diē viue laudis p̄coniū extollat: donec i resurrectiōe btā corp⁹ ꝛ aia paritervnita in tue laudis glorificatiōe eternal⁹ copulēt. Sane quā diu adhuc sum in ✠ corpis ergastulo a laude tua nō tacebo. Nimirū videm⁹ q; plerūq; inter dulcissimas nemoris auiculas ꝛ tintinnā laudās. tes philomenas corui q̄z crocitātes assunt in hoc eodē modico q̄ acceperunt creatorē suo subseruiētes. Sic ꝛ ego pctōr cū sim cantū ad man⁹ habeo pctōrū et ꝓut possum deū meū ꝓ ipm laudo ꝛ glorifico in eternū. Si q̄dē aliud de deo dulci⁹ canere nescio nisi hoc vez q̄m suauis est dñs vniuersis ꝛ q̄ mia eius super oia opera eius. O de⁹ me⁹ mia mea. In hoc letat aia mea: exhilarat cōscientia ꝛ gaudio immēso irrigant oia ossa mea. Hoc suaue canticū aia mea vsq; in seculū inter spūale gen⁹ auiū cū leto corde dulci canit carmine. Quotiēscūq; etern̄i mente revoluo qualis aliq̄n fui q̄lis discrimia euasi: a quātis piculis me ꝓtexisti ꝛ a q̄b⁹ malis me eripuisti. Dirupisti vincula mea: sanasti vulnera putrida ꝛ laq̄os piculosos cōtriuisti: ame dulcit̄ ac p̄fne liberasti. Cū ✠ inq̄z sīlia bona a te mihi exhibita ꝓtracto mirū est q; i hoz oim affectuosa recordatiōe

Psal. xxxij.

Omnes creature deuz laudare optant.

Christo.

Hūilian dus qui deū laudet.

Hūilian diforma

Anicula

D Facula laudis.

meiꝫ pre amore portare valeo ardentissimis si
quidē amoris ignib⁹ icādesco. O dē⁹ me⁹ quādiu
pctōrē tibi recalcitrātē patienter expectasti q̄
tiens z ꝑ paterne nūc q̄dē dulciter nūc ꝺo du
re me āmonuisti nescientē i būdictiōib⁹ dulce-
dinis p̄ueniſti filio p̄digo z petis p̄grauato:
ac gratiꝰs nudato: in occursu z venies paterne
occurristi ab iterātē vias prauas misericordē
faciē nō auertisti sed sp zubiq; pius z miseri-
cors fuisti. Et qō his oib⁹ mai⁹ est qō his oib⁹
bonis tā multiplicib⁹ ingrat⁹ semp extiti: nec
tu sūma bonitas ꝓpt̄ hoc destitisti donec tan
dē me dulciter ad te traxisti. Ac sūma z inesti
mabilis pietas nūq̄d in his oib⁹ meip̄m a lau
de ꝯtinere potero? Nequaq; de⁹ me⁹ mia mea
p his oībus z alīꝭ inumeris bñficijs opto z
desidero vt talis tāq; iocūda laudatio sit tibi
ex me qualis fuit brōꝝ spirituū laus: tūc cū i
pīo aspectu tue diuinissime maiestatꝭ gaude
bant se eternal'r in tua laude ꝛfirmatos ma-
los ꝺo a te sine fine detrusos. Itēq; tā magna
tāq; iocūda sit illa laudatio quāta ē alaꝝ san
ctaꝝ cū a carcere purgatorij ereptevultui glo
rie tue p̄io p̄sentant̄ vt tuā iocūdā faciē itueā
tur z q̄ta erit laus i plateis celestis hierl'm
post finalē oim resurrectionez q̄n electi a ma
lis segregati deū iocūdo corde laudabūt ac de
tua saluatiōe eternal'r gloriabunt̄. O amātis
sima sapientia bonitas immensa te precor vt
oi mane diluculo cum ad te surrexero et ocu
los aperuero simulq; q̄z cor meū in tua laude
apiat̄ ac q̄dā lucifero ip̄lēdore z flām̄eo ardo
re laudis tue fcula imēsa ex eo simul exur
gat. et peto vt ꝫ laus tā blādez suauit̄ f̄sonet i
corde tuo paterno sicut sonare ꝫsueuit suo mō
oium cytharedoꝝ ac musicaliū istrumētoruz
suauis modulatio i corde iocūdo statu inuen
tutꝫ florido. Et i hac laudis facula simul ascē
dat tue laudis tā odorifera fumi virgulatam
gr̄osa ac si eēt cōpositā ex oib⁹ aromatib⁹ myr
rhe z thuris z vniuersi pulueris pigmētarij:
iā speciosa sicut cū ꝺna li tēpore flores herba
rū pullulāt i cāpis coloꝝ pulchroz arbores
stant frōdib⁹ ornatꝭ gratis odoꝝ. Sitq; lau
dis huius facula tā amorosa z delitiosa vt in ea
oculi tui delectabil'r ferāt totaq; celestis aula
resultet z ꝫ ingiter sine itermissiōe feruidissi
mo estu z rapidissimo colore tui amoris exur
gat ex corde p̄ ꝺuotā meditationē: ex labijs p
feruidā locutionē z ex oib⁹ opibus meis p san
ctā ac celestē conuersationē. Et hec laudis fa
cula sua virtute oēs inimicos repellat gratiā
augeat: finē beatū obtineat: z gloriā eterne
beatitudinis acquirat vt finis huius tēporalis
laudis sit initiū eterne laudis patrie celestiꝭ.
Ut aūt ad dei laudē magis ꝓuoceris abstra
he queso mētē tuā a terrenis et leua eā ad ce
lestia toto conatu q̄ poteris: ac considera quo
mō illi⁹ celestis curie ciues delectant̄ iubilāt
z exultāt in deo cōtinue: singulo: ūq; gaudia
rememoratās tandē prout poteris z pmitteris
ipsis letantib⁹ z iubilantib⁹ te ingere z imisce.
Exclama ergo corde toto: z dic ex intimis cuz Anſel.
Anſel. De⁹ me⁹ q̄d melius quid amabilius te
estimaui sup terrā vt abstraherē cor meū a te
ad cōcupiscēdū quicq; in mūdo absq; te. Cur
amaui? quare cōcupiui in oi vita mea quicq;
p̄ter te ieſuz deū meū. Quare distuli? cur iter
misi vllo tēpore te Jesu versare in corde: te to
ta mente āplecti z delectari in tua dulcedine.
Cur nō oia desideria mea a te cōuerti: q̄ abie
runt q̄n te solum nō audierunt oia interiora
spirit⁹ mei. Ubi erā q̄n tecū mēte nō erā. Quo
defluxerunt q̄n nō te solū habuerūt desideria
mea. Jā ex hoc nūc oia desideria mea incale
scite z affluite in dūm iesum: currite q̄ satis
hacten⁹ tardastis: pperate quo pergitis: q̄ri-
te quē queritis. Jesum q̄ritis nazarenū cruci
fixum. Ascēdit in celū nō est hic. Amantissim⁹
dñi habitat cōfidēter z flagellū nō appropin-
quabit tabernaculo ei⁹. Sup altitudinē celo-
rū: sup oēm excellētiā āgeloꝝ p̄pria virtute
ascēdit: sup soliū singularis glorie in dextera
patris tui coetern⁹ z cōsubstantialis sedet z di
uino amict⁹ lumine coronat⁹ gloria et honore
vt decet vnigenitū dei serenus in leticia plen⁹
omni potē tatu: dñs in celo z in terra. Jbi ado
rant eū oēs angeli dñi: z vniuersa multitudo
ciuiū celestis syon. In ipso vnanimiter letant̄
oium corda. In eius desiderabili facie: pascū
tur oium oculi beatoruū: in ipsum vndiq; con-
fluunt desideria omniū sanctoꝝ. Ipsi iubilat
ipsi applaudit. Ipsum magnificat tota vrani
ca ciuitas gloriosa p̄ omnē modū in splendori
bus ei⁹. Exulta z lauda habitatio syon: q̄ ma
gnus in medio tui sanct⁹ israel. Per ipsuz cen
tena decies: millies millena assistunt in san-
tuario vranici tēpli intendētes vultū maiesta-
tis claro z inflexibili visu ac p̄sonantes armo
niam incessabilis hymni in gloriā trine z sim
ple diuinitatis. Per ipsum milia miliū ad cō
plenda patris mysteria alacri discursu ingit
meāt inter celū z terrā: quasi apes negocioſe
inter aluearia z flores disponētes oia suauit
popul⁹ accinct⁹ nescientes labē vel inobediētie
morā. Per hos quippe summa nr̄e salutꝭ ad-
ministrant̄ negocia: summaq; supni cōsilij ad
nos deferūt archana: per hos sanitates mor-
talū procreant̄: per hos consistunt regna et
iperia mūdi. Inter quos precipuum nouim⁹
michaelem signiferū nobilē celi ciuē qui stat
p̄ acie dei viuēt̄ extēdēs rūpheā ꝓpugnatio-
nis: ac voce terrifica itonās q̄s vt de⁹ sup eos
q̄ ex aduerso sunt. Exultate i nobili filio vr̄o
vos illustres patriarche q: ipleta ē in eo oīs
expectatio vr̄a: z ip̄e sublimis est valde z bñdi
cētur in ip̄o vr̄o videlicet semine oēs gētes sic
em̄ pollicitus est sermo diuinus. Gaudete in
iesu ꝓpheta magno vos ꝓphete viri veraces
quia mirifice et glorioſe impleta videtis oia

D Facula laudis.

